



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Università  
"La Sapienza"  
C.S.I.  
BIBLIOTECA DI FILOSOFIA

F.Vec.

4

F. C. 4







---

**Imprimatur,**

*Feb. 25.*  
169 $\frac{1}{2}$ .

*Rob. Midgley.*

---



AUR. THEOD.  
MACROBII OPERA  
Cum Notis

Sumptibus { Tho: Dring & } in Fleet Street.  
Car: Harper }



AUR. THEODOSII  
MACROBII  
V. CL. & INFLISTRIS  
O P E R A.

ACCEDEDUNT  
INTEGRÆ  
ISAACII PONTANI, JOH. MEURSII,  
JACOBI GRONOVI

*Notæ & Animadversiones.*

---

EDITIO NOVISSIMA;  
CUM  
Indice Rerum & Vocab.  
LOCUPL ETISSIMO.

---

LONDINI:

Typis M. C. & B. M.  
Impensis T. D R I N G & C. H A R P E R ,  
in Vico Fleetstreet dicto. MDCXCIV.

ΤΑΦΕΦΙΣΣΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΗΣ ΠΑΠΑΓΙΑΝΝΗΣ

Ι Η Ε Λ Ο Ο Α

Π Α Σ Φ Α Τ Η Η

Αγιονομία της Κύπρου

Αγιοτάτη οικουμένη

ο

εγκαταστάθηκε στην Κύπρο

119:10

112:12 113:13 σημείωση

3

---

---

# JACOBUS GRONOVIUS

## LECTORI,

### S. P. D.

**S**I hoc, quidquid est à me observatorum in Macrobianam Somnii commentationem, erumpere privatos parietes libenter vides, Paulus Junius nuper schola Lagdunensis Rector rospigitator, nunc cœlestis pacis consors, habet quod impatet tibi, Benevolè Lector. Post delegatam Patri meo ordinationem publicorum librorum (anni jam sunt quatuor) dum curiosus, quicquid membranarum aut chartarum veterum illic pestem & libitinam vitavit, recenseo ac purgo, duorum hujus commentarii Manuscriptorum situ & squalore horrentium, satis tamen antiquam manum ostendentium, confluendi cupido animum incessebat; & prout queque varietas se mihi probarat, annotabam. Hac cum ille (erat enim affidua nobis & suavissima jam à convictu & condiscipulatu consuetudo) forte conspexisset, vix considerato, essetne aliquid publico dignum, non defit obtundere amicus affectu nimius, ut ad editionem, qua comparabatur, velut ex symbolo conferrem. Nec negare ei poteram, cat pene omnia jura in me ipse concesseram. Sed & dum Somnium præla properant, idem me Saturnalibus applicuit, in que nonnihil ex chartaceo ejusdem Bibliotheca MS. margini alleveram. Iam procedebant omnia ex voto: Iam committebatur operis liber secundus; cum reno omnem pertur-

## P R A E F A T I O.

perturbavit & vel retroegit Beñiciorum manœuvræ à fe-  
rali precedentis anni morbo mihi quoque adempta. O in-  
felicitatem & miseriam ejus diei, que me post patrem jam  
totum in imagine mortis, ita ut ne Iunio quidem, tanto-  
pere meo, tantopere in domus nostræ salute anxi, valere  
dicerem, festinare ad mutandum aerem & fomenta alibi  
quaerenda compulit! O acerbam calamitatem & amarum  
runcium, quum infirmitas (à qua eum curatissima vitæ  
disciplina redimere videbatur) mei Iunii, & duodecimo  
deinceps die decretoria hora mittebatur febricitanti & mi-  
hi, & post ejectam hanc tabificam ~~neg~~ta scivis sociatos cum  
eo, ut ante, annos & studiorum impetus exoptanti? Nunc  
quod solum possum, sola recordationis pietate dulcissimam  
animam prosequar, nullâ memoria ejus (ut Pacuvii verbo  
utar) concordiam dejugaturâ. Sed hæc nimia; quamvis  
pro titulo, quem judico pensandum cum amore viventis &  
novissima ejus in me voluntate, perpaucâ. Narro autem  
ista tibi, Lector benevole, ut animum advortas ad subita  
& condicta fercula te vocari. Neque enim ambigendum,  
quin si assidue ac diutius inhærere licuisset, idque corpusculo  
bene composito, accessione non parvâ locupletior & ple-  
niore apparatu Macrobius proditus fuerit. Atque uti-  
nam aliquis ad ea, quæ mihi latuerunt, vestiganda, tan-  
tundem laboris afferre non dedignaretur! Ita certe fore  
augurarer, ut Macrobius vere nomine suo frueretur. Nos  
quidem auctorem hunc, qui gratulandum nobis habemus,  
quod bonorum scriptorum laverna audiat, nec posthanc cu-  
ram omnino è manibus deponemus, quantum per alias oc-  
cupationem fas erit; tantum, ut hæc minuta & juvenilia  
possint placere, opto. Sic & destinatum tetigisse & fortuito  
eventui ea commisisse non putabo. Vale & vive, ac, si  
commodum est, hæc suo loco repone.

P A G.

**P**A G. 26. *Media autem convercio mensis per lunam*] *Augenda hæc ex Ms. Oxoniensi Bodleiano: media autem convercio, id est, mensis per lunam.* Vides eum plane sic loqui de maxima eonversione tribus ante verbis. Deinde idem liber: *tertia sicca, quia plus est ab ortu remota.* Quod indubitanter accipio. Nam profecto rationem dat variationis, non hariolatur; & ita de prima hebdomade loquitur.

**Pag. 31.** *Unde igitur ista diuinimus.*] *Tempo decernimus, ut habetur Oxonii;* id est, dijudicamus. Illud est separamus, cui locus hic non est.

**Pag. 37.** *Oblivionis fluvium aliud non esse.*] *Oxonensis: Oblivionis fluvium Letum nihil aliud esse.*

**Pag. 39.** *Inter & Siculas, &c.*] *Oxonii legitur; cumque ille & Siculæ & tyrannicas opes presentis mortis periculo despiceret, talis, &c.*

**Pag. 51.** *Rursus anima partem quam insuetur, induitur.*] *Oxonii menem, quod omnibus interdictis defendendum puto. Animæ pars, quæ mentem proxima est, mentis consors sit: quæ vero à mente remotior, & rebus corporeis propinquior est, licet ipsa anima sit incorporea participiat.* Hæc sententia Macrobius, quæ per nō partem non parum obscurior videtur fieri.

**Pag. 55.** *Beatorum caru referunt.*] *Abstinet ut damnum verba bene de hominum genere pronunciantia, Oxoniensis tamen reservatum.*

**Pag. 56.** *Duo qui ad numerum prædictum supersunt, meridianus & horizon.*] *Lege rursus ex Oxoniensi; supersunt, id est, meridianus & horizon.*

**Pag. 71.** *Quo umbram terra*

*diximus pervenire.] Pulcherrime & convenientissime Oxoniensis: pertinere.*

**Pag. 72.** *Nota impressione]* Legendum note, ut præter omnes Ms. docet excerptum geometriæ hic annexum.

**Pag. 96.** *Gembro aure sue rigore blandiri.*] *Quis tandem ille geminus rigor? necessario corrigere cum Oxoniensi genuino.* Dicit enim Macrobius Septentrionem apud nos frigidorem esse, utpote cis torridam positos una cum illo: apud istos, qui ab altera torridæ parte habent, calidorem, quippe ad eum non pervenit nisi transgressum torridam, cuius ardore calefit. Autrum vero apud ipsos frigidorem, quippe ubi ejus atra nativa est, non adulterata & calefacta per zonam torridam, qualis demum ad nos pervenit.

**Pag. 107.** *Ut concensus potius conscientie præmio gloriam non requirat.*] *Profecto Macrobius hoc loco obyorum & ix. annos natus, nam utilissimi fætoris est hæc periodus, quam universam audacter deleo. In principio statim sequentis capitil e-antem fententiam paribus vocibus leges, ubi locum suum tutatur. Debo autem hujus rei indicium libro Oxoniensi, ubi nihil eorum erat.*

**Pag. 97.** *In notis column. 2. verl. 3. Pro illis Fortasse hac voce, &c. rescribe, Hanc vocem Macrobius vero usurpatam & ab auctore nunc exhibitam probat mihi Geometria Arioniana, scripta vetere manu, in membrana, quam possibet pater meus. Hæc sunt verba, Lineæ vero rectæ, quibus trigonis vel tetragonis & alia quedam plane figure determinantur, bi ferme vocabulis designantur. Linea que in sima parte*

## P R E F A T I O.

perturbavit & vel retroegit ~~βελίστα μαργέων~~ Τριάδα à fe-  
rali præcedentis anni morbo mihi quoque adempta. O in-  
felicitatem & miseriam ejus diei, quæ me post patrem jam  
totum in imagine mortis, ita ut ne Iunio quidem, tanto-  
pere meo, tantopere in domus nostræ salute anxio, valere  
dicerem, festinare ad mutandum aerem & fomenta alibi  
quaerenda compulit! O acerbam calamitatem & amarum  
runcium, quum infirmitas (à qua eum curatissima vitæ  
disciplina redimere videbatur) mei Iunii, & duodecimo  
deinceps die decretoria hora mittebatur febricitanti & mi-  
hi, & post ejectam hanc tabificam ~~καταστούσιν~~ sociatos cum  
eo, ut ante, annos & studiorum impetus exoptanti? Nunc  
quod solum possum, sola recordationis pietate dulcissimam  
animam prosequar, nullâ memoria ejus (ut Pacuvii verbo  
utar) concordiam dejugaturâ. Sed hæc nimia; quamvis  
pro titulo, quem judico pensandum cum amore viventis &  
novissima ejus in me voluntate, per pauca. Narro autem  
istatibi, Lector benevole, ut animum advortas ad subita  
& condicta ferula te vocari. Neque enim ambigendum,  
quin si assidue ac diutius inhærere licuisset, idque corpusculo  
bene composito, accessione non parvâ locupletior & ple-  
niore apparatu Macrobius proditus fuerit. Atque uti-  
nam aliquis ad ea, quæ mihi latuerunt, vestiganda, tan-  
tundem laboris afferre non deditur! Ita certe fore  
augurarer, ut Macrobius vere nomine suo frueretur. Nos  
quidem auctorem hunc, qui gratulandum nobis habemus,  
quod bonorum scriptorum laverna audiat, nec posthanc cu-  
ram omnino è manibus deponemus, quantum per alias oc-  
cupationem fas erit; tantum, ut hæc minuta & juvenilia  
possint placere, opto. Sic & destinatum tetigisse & fortuito  
eventui ea commisisse non putabo. Vale & vive, ac, se  
commodum est, hæc suo loco repone.

P A G.

**PAG. 26.** *Media autem conversio mensis per lunam*] Augenda haec ex Ms. Oxoniensi Bodleiano: *media autem conversio, id est, mensis per lunam.* Vides eum plane sic loqui de maxima conversione tribus ante verbis. Deinde idem liber: *tertia sicca, quia plus est ab ortu remota.* Quod indubitanter accipio. Nam profecto rationem dat variationis, non hariolatur; & ita de prima hebdomade legitur.

**Pag. 31.** *Unde igitur istud discernimus.*] *Lunum discernimus, ut habetur Oxonii;* id est, dijudicamus. Illud est separatus, cui locus hic non est.

**Pag. 37.** *Oblivionis fluviū aliud non esse.*] Oxoniensis: *Oblivionis fluviū Letum nibil aliud esse.*

**Pag. 39.** *Inter & Siculas, &c.*] Oxonii legitur; *cumque ille & Siculae & tyrannicas opes presentis mortis periculo despiceret, talis, &c.*

**Pag. 51.** *Rursus anima partem quam insuerunt, induitur.*] Oxonii mente, quod omnibus interdictis defendendum puto. Animæ pars, quæ mentem proxima est, mentis consors sit: quæ vero à mente remotior, & rebus corporeis propinquior est, licet ipsa anima sit incorporeæ participiat. Hæc sententia Macrobi, quæ per nō partem non parum obscuræ videtur fieri.

**Pag. 55.** *Beatorum casu referunt.*] Absit ut dannem verba bene de hominum genere pronunciantia, Oxoniensis tamen reservatum.

**Pag. 56.** *Duo qui ad numerum prædictum supersunt, meridianus & horizon.*] Lege rursus ex Oxoniensi; *supersunt, id est, meridianus & horizon.*

**Pag. 71.** *Quo umbram terra*

*diximus pervenire.*] Pulcherrime & convenientissime Oxoniensis: pertinere.


**Pag. 72.** *Nota impressione*] Legendum nota, ut præter omnes Ms. docet excerptum geometriæ hic annexum.

**Pag. 96.** *Gembro aure sue r̄igore blandiri.*] Qui tandem ille geometrus rigor? necessario corrigere cum Oxoniensi genuino. Dicit enim Macrobi Septentrionem apud nos frigidorem esse, utpote eis torridam positos una cum illo: apud istos, qui ab altera torridæ parte habitant, calidorem, quippe ad quod non pervenit, nisi transgredias torridam, cuius ardore calefit. Ausus vero apud ipsos frigidorem, quippe ubi ejus atra nativa est, non adulterata & calefacta per zonam torridam, qualis demum ad nos pervenit.

**Pag. 107.** *Ut concensus potius conscientiae præmio gloriam non requirat.*] Profecto Macrobius hoc loco *εγενέντην καὶ δοσμάς* nam futilissimi fætoris est hæc periodus, quam universam audacter deleo. In principio statim sequentis capituli e- antem sententiam paribus vocibus leges, ubi locum suum tutattur. Debo autem hujus rei indicium libro Oxoniensi, ubi nihil eorum erat.

**Pag. 97.** In notis columnæ 2. verl. 3. Pro illis *Fortasse* hac voce, &c. rescribe, Hanc vocem Macrobius sevo usurpatam & ab auctore nunc exhibitat probat mihi Geometria Anonymi, scripta vetere manu, in membrana, quam possibet pater meus. Haec sunt verba, *Linea vero recte, quibus trigons vel tetragonis & alie quædam plane figure determinantur, huius ferme vocabulis designantur.* Linea quæ in ima parte

parte figuræ directim & non oblique jacet, Basis nomen accipit eo, quod super ipsam figura fundata est. Quæ vero in summâ quasi in culmine figuræ similiter directim ducetur, (suprascriptum dicitur) Coraustus appellatur. At quæ iussum à summo directim more perpendiculari pendens, ubi basi corausto conjugitur, rectum angulum efficit, Catheti sive Perpendicularis vocabulum suscipit. Illa autem, quæ obliqua iussum sive susum deducta bebetis vel acuti anguli effectrix videtur Hypotenusa, id est, obliqua, sive Podismus nominatur. In margine addita erat hæc figura.



Sic ille Geometriæ parte quam Theoricam inscribit. Idem auctor & hic & in Practica Geometriæ, quam definit esse, quæ quibusdam instrumentis agitur, & ex aliis alia proportionaliter conjiciendo dijudicat, Scipio & Boethii & Augustini mentionem facit, & quia etiam hujus, cui cum maxime attendimus, Macrobii non semel, non me teneo, quin aliquid præterea ex eo excerpam & hac occasione evulgem, præcipue quia tractat materiam eandem quæ est Macrobii lib. I. cap. 20. quod & legisse eum res ac verba demonstrant, tum quia Macrobii rara est apud vulgatos auctores memoria. Incipit ergo: Deinceps ad cosmimetriam persequendam acci-

gamur. Mensura mundi à centro medio inchoans in diametris & circumferentias cœlestis sphæræ, & sibi istorum circulorum omnium proportione excrescente discurrit, & in his omnibus, quæ ad hæc probata consecuntur, speculationem exercet certos limites principii & finis omnibus assignans & intervallorum spatia cunctorum in certa proportione & quantitate constituens. Cujus speculationem nos à centro medio inchoantes ad reliquum ordinem progrediamur. Terra igitur in hoc mundi sensu globo medio constituta loco vicem puncti obtinet, qui in circumferentia circuli æquals undique distantiæ ambitu cœnervum vocatur. Hæc igitur licet ad aliam incomprehensibilem sphæræ cœlestis, que omnia suo ambitu includit, immensitatem comparata quodammodo secundum naturam puncti indivisibilis videatur; in se tamen considerata nostris angustiis inestimabilem magnitudinem præfert. Ab hac igitur totius hujus investigationis excursus exordium sumet. Et primum ambitus terræ totius quantus sit, explicandum videtur, & quemadmodum humanus sensus ad hunc comprehendendum accesserit, revolvendum. Terræ igitur ambitus à veteribus, in occulta nature dispositione perquirenda studiosis, ducenta quinquaginta duo millia stadia continere probatus est. Stadum autem octava pars est milliaris, habens passus cxxv. Ducenta igitur & quinquaginta duo millia stadia faciunt millaria xxx. & unum millia & quingenta. Quæ si per trecentos sexaginta gradus dividantur, eveniunt unicuique Stadia septingenta, hoc est, octoginta septem

<sup>1</sup> Forte Conseruntur. <sup>2</sup> Ms. constituto. <sup>3</sup> Ms. distanter.

miliaria & semis unum. i. dimidium. Hujus investigationis primus auctor Eratosthenes fertur: qui in hac disciplina spectabilis & sagacissimus eorum, que latent, scrutator extitit. Hic itaq; cum terræ ambitum estimare disponeret, tali arte viam sibi fecisse dicitur; & hoc argumento sat mirabili ingenio & excogitato usus memoratur. Nam à mensuribus regiis Ptolomei adiutus, qui totam Ægyptum tenebat, à Syene usque ad Meroen horoscopicis vasis cum æquali gnomonum dimensione dispositis, & per singula vasa singulos gnomonice suppurationis doctissimos ordinans, una die omnes umbras meridianam observare præcepit. qua per singulos gnomones computata, compert, quod ultra sepringenta stadia ad unius longitudinis gnomonem umbra non respondit. Post hæc altiori ingenio veritatem hujus rei persequens, substellatæ noctis tempore sumpto astrolapsu qui secundum ambitum firmamenti in CCCLX<sup>5</sup> gradus per circuitum dividitur, & per utrumque mediclinii foramen polo inspecto gradum, in quæ mediclinum stetit diligentia adnotacione signavit. Et projectus inde recta linea à meridie contra septentrionem rursus subsequenti nocte polum per utrumque foramen mediclinis contemplatus, & tertiasimiliter, tandem uno gradu mediclinum ad superiora promotum invenit. Tunc dictante ratione hujus itineris spatiū diligenter emensus invenit DCC stadia, five millaria octoginta septem & semis unum, hoc est, dimidium. Post hæc datis unicuique de trecentis sexaginta totius circuli gradibus totiam, inventus est totius terræ ambitus ducenta quinquaginta duo stadia five xxxi & quin-

genta millaria continere. Atque ita probabili ratione conclusit, quod partes five gradus CCLX, quibus omnis Zodiaci circuli tractus ac cœlestis sphæræ circuitus dividitur, ad terras usque proveniunt, & pars quaæ incomptæ & inestimabilis mensuræ in terra sub certa mensura cadat. Terra ambitu comperto quantitatatem diametri inquiramus. Omne diametrum triplicatum & addita septima parte circulum facit. Igitur de omni circulo ablata vicefima secunda parte & ejus quod remanet, sumptâ tertiatâ quantitas diametri est. Sic ergo de ducentis quinquaginta duobus millibus stadiis vicefima secunda auferatur qua constat in xi CCCCLIIII semis vicefima secunda unius, remanent

CCXL. d. XLV. & decem  $\frac{c}{xx}$   $\frac{c}{ii}$ .

Cujus summa pars tertia sumpta facit diametrum terræ in octoginta milibus stadiis CLXXXI & semis.

unius stadii & vii  $\frac{c}{xx}$   $\frac{c}{ii}$  uni-

us stadii: quamvis Macrobius idem diametrum LXXX stadia vel non multo amplius habere dicat. Nunc jam consequenter pandendum est, qualiter ad altitudinem solis comprehendendam prisca sagacitas pervenerit. Sole medio die desuper constituto & sue lucis radios in omnem partem spargenti trianguli forma pari proportione circumquamque exsurgit, uno in medio omnium triangulorum ad quamcumque partem sumantur catheto, qui est altitudo solis. hypotenuse vero ex omni parte sunt radii obliquo ducti à sole in terram porrecti & unam aliquam partem deorsum in superficie terræ interse & cathetum pro-

<sup>4</sup> Ms. excogito.

<sup>5</sup> Ms. gradibus.

basi apprehendentes. Quodcumque ergo corpus pro catheto erectum sub radio solis in compositam partem umbra projicit, triangulum format in eadem proportione manens cum sit Orthogonium sub eadem hypothenusa constitutum. Qualis ergo proportio inter umbram deorsum jacentem & corpus illud, quod curaque erectum, à quo umbra formatur, fuerit, talis proculdubio inter spatiū illud, quod à fine umbræ ulteriori retrosum usque ad sub solem iure basis protensum est, & ipsam altitudinem solis proportio erit. Hac consideratione altitudo solis primum conserta ab Aegyptiis creditur quod & aequalitate regionis & vicinia solis adjuti mensuram interjacentis spatiū facile comprehendere poterunt. Inventa est igitur altitudo solis super terram stadia quater mille millia octingenta & xx milia, quod est quadrages octies centena millia & viginti millia. Si ergo ab altera quoque parte usque ad solis circulum par mensura tendatur, dupla quantitas exsurgit nonages septies centena millia & quadraginta millia. Quibus si diametros terræ media conjugatur quæ est octoginta millia stadia CLXXXI. 5. & VII  $\frac{e}{xxii}$

erit integra solaris circuli diametros à circumferentia in circumferentiam <sup>6</sup> per medium centrum stadia nonages septies centena millia & xx millia CLXXXI 5 &  $\frac{e}{xxii}$ . Quæ si secundum rationem circuli triplicationi sue septimam adcerit, faciet triges mille millia & quinquies CXLIX & CXLII & dextantem & septimam unius 3. Et

bac est perfecta quantitas circuli solaris. Hanc vero computationem quam ob causam Macrobius ita negligenter preterierit ignoro. <sup>7</sup> Si-  
ve quia apud philosophos diametrum centri quasi punctum indivisi-  
bile ad mensuram computatum non  
est. Ergo ut breviter in unum dicta colligamus, diametrus terræ  
continet stadia octoginta millia &  
CLXXXI. 5. & VII xxii unius.  
Ambitus terræ continet stadia du-  
centa quinquaginta duo millia. Alt-  
itudo solis quadrages octies cen-  
tana millia & xx millia. Dia-  
metrus circuli solaris continet sta-  
dia nonages septies centena millia  
& xx millia & CLXXXI & 5. &  
VII vicefmas secundas unius. Cir-  
culus solaris continet stadia trige-  
sies mille millia & quinquies c  
millia XLVIV. & c: XLII & 555  
& septimam unius 3. Sed ante-  
quam ad reliqua, quæ sequuntur,  
progrediamur, adhuc de altitudine  
solis, qualiter ab his etiam, qui  
remoti sunt in qualibet terræ re-  
gione comprehendendi possit, manife-  
standum est. Ad quos duos modos  
propono. unum secundum umbram  
gnomonis, alium secundum medi-  
clinum & radium solis. Secundum  
gnomonem sic. Erigatur orthogo-  
naliter gnomo cujuslibet quantita-  
tis ad radium solis in media die.  
Deinde umbra quam gnomo pro-  
ject diligerter cum ipso comparetur:  
& eadem proportio inter altitudi-  
nem solis & spatium quod inter-  
jacet esse pronuntietur. Et quia  
illius spati quantitas propter sui  
immensitatem actu vestigari non  
potest, arte retrorsum est mentien-  
dum. Quapropter mensor ad secun-  
dam stationem retrorsum pergat,  
& iterum supradicto gnomone erecto

<sup>6</sup> M. per medium per medium centrum. <sup>7</sup> Sic Ms. Forto Nisi.

umbram ad comparationem adducat, iterumque eandem inter altitudinem solis & spatium quod interjectum est comparationem esse pronuntiat, que fuerit inter gnomonem & umbram ejus comparatio inventa; & videat quantum basis secunda primam basin supereret, quia hoc est spatium quod est inter primam & secundam stationem. quo diligenter emenso per ejus quantitatem cetera omnia facile patescunt. Hec breviter transcurrimus, propterea quod omnia ex supradidis certissime constent. Est autem alius modus longe isto facilior, nec tantum laborem expetens, in quo id magis mireris, quod tam difficilis tamque sublimis res sine grandi argutione & sine laboriosa scrutatione manifesta fiat. Ambitus firmamenti totius, qui in trecentos sexaginta gradus divisus est, terrae ambitum ita medio librarium loco complectitur, ut à singulis sue divisionis interstitiis rectis lineis deorsum deductis in totidem partes ipsum ambitum terreni globi distinguere videatur. Quo sit, ut ille caelestis partes globi, licet incomprehensibilis sint magnitudinis, his tamen, que in ambitu terre sub certa tenentur mensura, partibus aqua circuitionis parsilitate respondeant. Si ergo à quibuslibet duobus gradibus ex CCCLX firmamenti gradibus linea recta usque ad terram deducantur, quot gradus desuper ex gradibus firmamenti inter se continent deorsum, totidem ex minoribus gradibus terreni ambitus complectentur. Et quam proportionem earum intervallum desuper ad totum firmamenti ambitum fuerit, eandem proculdubio distan-

tia ipsarum deorsum ad totum terrae circulum continebit. Sole igitur in linea meridiana desuper constituto subelevato astrolapsu contra ejus radium mediclinium disponamus. cumque eum normaliter per ultraque mediclinii foramina in directum transire viderimus, reduculo statim instrumento, quot gradus inter mediclinium & lineam meridianum desuper numerentur, perquiramus. Quibus inventis totidem inter solem & verticem nostrum de CCCLX totius firmamenti gradibus nullatenus dubitemus, ac per hoc deorsum quoque inter nos & eum locum, qui recta linea desuper solem<sup>2</sup> suspicit totidem de CCCLX gradibus, <sup>10</sup> quos ambitus terrae continet, verissime affirmamus. Cumque trecentesima sexagesima partis terreni ambitus mensura nota sit, numero graduum invento consequenter omnium similis mensura nota erit. Si autem basis mensura & catheti secundum supradictam regulam nota erit. Et de altitudine quidem solis hec ad praesens dicta sint. Nunc de perquirenda magnitudine solaris globi & diametro ejus subsequens sermo exordium sumit. Dic æquinotiali ante solis ortum cosmometra vas horoscopicum cum certis horarum interstitiis signatum gnomone exhibito ita dispositum, ut primum emergentis solis radium stylus excipiens umbram in oppositum super primam lineam prime horæ limitem signantem dirigeret; locusque ipse, qui primum umbra venientis ad tactum exceptit, notæ impressione signatus est, observatusque diligenter est procursus umbra, donec solis orbis totus ab orizonte ita integer emersisset, ut adbus

C<sup>8</sup> Ms. argutione. & suprascriptum subtilitate.  
Ms. Quos ambitus terra continet ambitus.

9. Ms. suscipit. sed illud suprascriptum.

basi apprehendentes. Quodcunque ergo corpus pro catheto erectum sub radio solis in compositam partem umbra projicit, triangulum format in eadem proportione manens cum sit Orthogonium sub eadem hypothenusa constitutum. Qualis ergo proportio inter umbram deorsum jacentem & corpus illud, quodcurque erectum, à quo umbra formatur, fuerit, talis proculdubio inter spatium illud, quod à fine umbrae ulteriori retrosum usque ad sub solem iure basis protensum est, & ipsam altitudinem solis proportio erit. Hac consideratione altitudo solis primum conferta ab Aegyptiis creditur, quod & equalitate regionis & vicinia solis adjuti mensuram interiacentis spatii facile comprehendere potuerunt. Inventa est igitur altitudo solis super terram stadia quater mille millia octingenta & xx millia, quod est quadragies octies centena millia & viginti millia. Si ergo ab altera quoque parte usque ad solis circulum par mensura tendatur, dupla quantitas exsurgit nonages septies centena millia & quadraginta millia. Quibus si diametros terrae media conjugatur quae est octoginta millia stadia CLXXXI. 5. & VII e e ——————  
xx ii

erit integra solaris circuli diametros à circumferentia in circumferentiam <sup>6</sup> per medium centrum stadia nonages septies centena millia & xx millia CLXXXI 5. & e e ——————  
xx ii Quae si secundum rationem circuli triplicationi sue, septimam adjecerit, faciet trigies mille millia & quinquies CXLIX & XLII & dextantem & septimam unius 3. Et

hæc est perfecta quantitas circuli solaris. Hanc vero computationem quam ob causam Macrobius ita negligenter præterierit ignoro. <sup>7</sup> Sive quia apud philosophos diametrum centri quasi punctum indivisibile ad mensuram computatum non est. Ergo ut breviter in unum dicta colligamus, diametru s terræ continet stadia octoginta millia & CLXXXI. 5. & VII xxii unius. Ambitus terræ continet stadia ducenta quinquaginta duo millia. Altitudo solis quadrages octies centena millia & xx millia. Diametru s circuli solaris continet stadia nonages septies centena millia & xx millia & CLXXXI & 5. & VII vicefmas secundas unius. Circulus solaris continet stadia trigies mille millia & quinquies c millia XLIV. & c: XLII & 555 & septimam unius 3. Sed antequam ad reliqua, que sequuntur, progrediamur, adhuc de altitudine solis, qualiter ab his etiam, qui remoti sunt in qualibet terræ regione comprehendi possit, manifestandum est. Ad quos duos modos propono. unum secundum umbram gnomonis, alium secundum mediclinium & radium solis. Secundum gnomonem sic. Erigatur orthogonaliter gnomo cuiuslibet quantitatis ad radium solis in media die. Deinde umbra quam gnomo projectat diligenter cum ipso comparetur: & eadem proportio inter altitudinem solis & spatium quod interjacet esse pronuntietur. Et quia illius spatii quantitas propter sui immensitatem actu vestigari non potest, arte retrosum est mentendum. Quapropter mensur ad secundam stationem retrosum perget, & iterum supradicto gnomone eredo

<sup>6</sup> Ms. per medinm. per medium centrum. <sup>7</sup> Sic Ms. Forto Nisi.

umbra ad comparationem adducat, iterumque eandem inter altitudinem solis & spatium quod interiectum est comparationem esse pronuntiat, quae fuerit inter gnomonem & umbram ejus comparatio inventa; & videat quantum basis secunda primam basin superet, quia hoc est spatium quod est inter primam & secundam stationem. quo diligenter emenso per ejus quantitatem cetera omnia facile patescunt. Hec breviter transcurrimus, propterea quod omnia ex supradictis certissime constent. Est autem alius modus longe isto facilior, nec tantum laborem expetens, in quo id magis mireris, quod am difficilis tamque sublimis res sine grandi<sup>8</sup> argutione & sine laboriosa scrutatione manifesta fiat. Ambitus firmamenti totius, qui in trecentos sexaginta gradus divisus est, terre ambitum ita medio liberatum loco complectitur, ut a singulis sue divisionis interstitiis rectis lineis deorsum deductis in totidem partes insinua ambitum terreni globi distinguere videatur. Quo sit, ut ille celestis partes globi, licet incomprehensibilis sint magnitudinis, his tamen, qua in ambitu terre sub certa tenentur mensura, partibus aqua circuitio*n*is parilitate respondant. Si ergo a quibuslibet duobus gradibus ex CCCLX firmamenti gradibus linea recta usque ad terram deducantur, quot gradus desuper ex gradibus firmamenti inter se consint deorsum, totidem ex minoribus gradibus terreni ambitus complectentur. Et quam proportionem earum intervallum deſuſr ad totum firmamenti ambitum buerit, eandem proculdubio distan-

tia ipsarum deorsum ad totum terrae circulum continebit. Sole igitur in linea meridiana desuper constituto sublato astrolapsu contra ejus radium mediclinium disponamus. cumque eum normaliter per utraque mediclinii foramina in directum transire viderimus, reducto statim instrumento, quot gradus inter mediclinium & lineam meridianum desuper numerentur, perquiramus. Quibus inventis totidem inter solem & verticem nostrum de CCCLX totius firmamenti gradibus nullatenus dubitemus, ac per hoc deorsum quoque inter nos & eum locum, qui recta linea desuper solem<sup>9</sup> suspicit totidem de CCCLX gradibus, <sup>10</sup> quos ambitus terrae continet, verissime affirmamus. Cumque trecentesime sexagesimae partis terreni ambitus mensura nota sit, numero graduum invento consequenter omnium similis mensura nota erit. Si autem basis mensura & catheti secundum supradictam regulam nota erit. Et de altitudine quidem solis h.ec ad praesens dicta sint. Nunc de perquirenda magnitudine solaris globi & diametro ejus subsequens sermo exordium sumit. Die aequinoctiali ante solis ortum cosmometra vas horoscopicum cum certis horarum interstitiis signatum gnomone adhibito ita dispositum, ut primum emergentis solis radium stylus excipiens umbram in oppositum super primam lineam prime horae limitem signantem dirigeret; locusque ipse, qui primum umbræ venientis ad tactum exceptit, notæ impressione signatus est, observatusque diligenter est procursus umbre, donec solis orbis totus ab orizonte ita integer emersisset, ut adhuc

<sup>8</sup> Ms. argutione. & supraſcriptum ſubtilitate. <sup>9</sup> Ms. ſuſcipit. sed ilud ſupraſcriptum. <sup>10</sup> ibidem. Quos ambitus terra continet ambitus.

ima summa orizonti videretur insidere & locus, quem tunc umbra de stilo cadens occupavit, notatus, habbitaque <sup>11</sup> dimensione inter primam & secundam umbræ notam que integrum solis orbem, hoc est, diametrum, natæ de duabus ejus summatis metiebantur, inventa est pars nona ejus spatii, quod inter primum & secundum limitem primæ horæ continebatur. Unde certum est, quod unam æquinoctialalem horam integrum faciat solaris orbis novi es repetitus accessus. Et quia totum cœlestis ambitus hemispherium duodecim integræ horis æquinoctialibus involvitur, tota autem sphæra xxiv horis circumagitatur, xxiv vero novem unicuique datis ducenti sedecim completnur, solis Diametros sui circuli <sup>12</sup> ducentesima sexta decima pars necessaria consequente ratione probatum est. Et si cui hac ratio fortasse vacillare videatur propter motum solis eo quod in ultiora sine cessatione progredens ampliori, quam quantitas sua <sup>13</sup> exierit & in ortu suo, mora mensorem fefellerit credatur, potest per astrolapsum hujus rei certissimum capere experimentum: emergente solis sphæra & insidente adhuc orizontis margini, si ipsum mediclinium ad ejus summitem levaverit & gradus, qui subterius supra mediclinium apparent, ad totum quadrantem comparaverit, eam quoque inter diametrum solis & circulus quadrantem esse dixerit proportionem. Diametro solaris globi invento ratione circuli quantitas orbis ejus facile cognoscitur, si secundum supradictam regulam triplicationi diametri septima pars adjiciatur. Diametros autem solis quia verissima ratione solaris circuli cir-

cumferentia ducentesima sextadesima pars probata est, terræ diametros multum exceedere invenitur. Licit tamen ad duplarem proportionem nullatenus ex surgat X & IX.H. millibus stadiis & eo amplius minus continet ejus duplo. Quavis Macrobius duplam efferat habere proportionem ad altam, temperamento quidem assertionis usus in isto tam audaci in adjiciendo quam prius in terræ diametro in detrahendo fuit, forsitan ratio <sup>14</sup> lectorem parcs in multiplicandis numeris consumate. Nunc superest, ut per diametron solis & per diametron circuli solaris umbram terræ estimemus ex diametro ejus. Ponamus ergo summam in medium & videamus quid ratione dictante ex his consequatur. Diametros solaris circuli, sicut supra dictum est, continet stadia nonages septies centena millia & xx millia trecenta triginta tria & <sup>15</sup> trientem unius. Diametros solis continet stadia c quadragesita unum millia ducenta & quadrantem & semunciam unius & ducenti estimam sextam decimam partem unius integræ & unius semuncie & unius septima partis semunciae unius stadii. Hic est integer diametros solis. Diametros terræ coritinet stadia octoginta millia trecenta tria & trientem unius. Si duo catethi ad eandem basin erigantur, alter in capite duplus & alter in medio subduplus eandem ypotenusam contingit eidem basi concurrentem. Quod si fuerint impares à duplo catethi, alia <sup>16</sup> atque alia ypotenusæ concurrent ad eandem basin à principio medio. Et minoris catethi ypotenusæ à medio vel secundo catetho & deinceps pe subterius tendet majoris desuper ha Exemplum utriusque formavimus

<sup>11</sup> Sic Ms. ac five vellet dimensione est. Scribendum dimensione. Ad verbum hinc de sumpta ex Macrobi lib. 1. cap. 20. <sup>12</sup> Ms. ducentesima. <sup>13</sup> Sic Ms. <sup>14</sup> Proculdubius lectorum. <sup>15</sup> Ms. digentes. <sup>16</sup> adque.

sie. Sint duo catheti duplus & sub-duplus ad eandem basin à principio & medio taliter. Sint item duo catheti ad eandem basin à principe medio impares à duplo, hoc est, non dupli, primo primus major duplo hoc modo. deinde primus major duplo & sit figura talis.

Eodem pertinent Macrobiique mentionem habent, quæ ex Ms Anglicano incerti auctoris excerptissimus: Quamvis Ambrosii Theodosii auctoritate universi orbis ambitus notabilis habeatur, tamen quia ab illo auctoritatis ratio quasi prætermissa est, volentibus scire proponatur. Quia enim à modernis impossibile judicatur, id à veteribus sapientia duce facillimum affirmatur; & quod corporis sensibus indagari non posse videtur, id rationis acuminè luce clarius indagarum habetur. Sumpto horoscopo substellata noctis claritudine, inspectoque polo cum utroq; mediclini foramine nozataq; graduum, in quibus stetit mediclinium, multitudine, profectus est cosmometra per directam lineam contra Septentrionem à meridię, tamdiu, donec in alterius noctis claritudine viso ut prius polo cum utroque mediclini foramine stetit ipsum mediclinium altius gradus unius numerositate. Posthac ratione dictante mensus est hoc itineris spatium, & notata bujus quantitate DCC stadia

semis

five LXXXVII (5) milliaris affirmant. Deinde datis unicuique CCCLX astrolapsus graduum tot stadiis five milia invenitus est ambitus terreni orbis. Nam multiplicato per alios gradus unius spatio quantum ex hac provenitur multiplicatione, tantum contineri probatur in torius mundi circuitione. Eratosthenes philosophus geometri-  
caque sagacissimus totius orbis terræ circuitum per imitationem gnomonis umbrarum in terra secundum

partes zodiaci ingeniose deprehensum CCLII stadia, id est, XXXI Dmilia-aria continere diffinit, unicuique CCCLX partium in zodiaco DCC stadia, id est, LXXXVII miliaria & semissim depurans. Ex his juxta regulam circuli & diametri crastitudinem seu diametrum terræ sic comprehendere poteris. Aufer XXII de circuitu terræ, id est, de CCLII stadiis, tollo XICCCCLIII & se-  
missim & vicefim secundam partem unius stadii & remanent CC cum semisse & XXI partibus stadii unius. horum tertia pars, id est, LXXX CLXXXI semis & VII vice-  
simæ secundæ unius stadii terreni orbis diametrum seu spissitudinem juxta prædictam terræ circuitione dubietate postposita continebit. Quod liquido satis caute supputanti patet. Quamvis Macrobius super somnum Scipianis idem diametrum LXXXI stadiorum tantum vel non multo plus dicat habere. Ambitus terreni orbis CCLII stadiorum sive XXXID miliaria Eratosthenes philosopho probatur auctore, cuius vicefim secun-  
dam partem in XD stadia sive in CCCXII semis milia sol una transcurrit vel transcurrit hora. Hora autem partem quintam decimam, hoc est, unius ex CCCLX gradibus ascensi vel descensi solem DCC stadiis sive LXXXVI semis miliaria transcurrere, prædicti terræ ambitus per CCCLX clarebit divisione. Diametrum autem terre juxta cir-  
culi geometricalem, regulam in LXXX CLXXI semis stadiis seu in X  
XXII militaris cum XI sextis de-  
cimis unius miliaris colligi probatur. quamvis Macrobius idem dia-  
metrum LXXXI stadiis vel non multo plus esse fateatur. Sol unumquodque signum peragit XXX diebus &  
X horis & dimidia, tricesimam autem partem unius signi, id est,  
gradum transcurrit per diem. Ir-  
ter revolutionem firmamenti de-

puncto ad punctum, quod sunt **XXIV** horæ **Et** tertia pars unius horæ **Et** ostentum. Si ergo volueris scire quotam partiem unius infra diem transeat, divide totum spatiū dīei in ostenta rerum in **CCCCLX** ostenta, quibus deinde adde trien-tem horæ, id est, **XX** ostenta cum uno supra memorato ostento, **Et** excre-  
cet summa in ostenta ī **CCCCLXI**. Quia ergo sol in tanto spatio unum gradum percurrit; sic etiam in singulis partibus hujus spatiī, id est, ostentis peragit ipsius gradus singu-las millesimas quadragentesimas pri-mas partes. Infra spatiū ergo unius diei percurrit sol **MCCCCLXI** partes unius gradus. **XXII** vero partem **Et** unam, quam supersunt de toto gradus travolat sol infra tri-en tem unius horæ **Et** ostentum. Itaque finita die restat soli ad cur-rendum de uno gradu sextula, id est, septuagesima secunda pars ipsius gradus **Et** bisse **Et** semuncia unius millesimæ quadringentisimæ sexa-  
gesimæ prima partis unius gradus. In tanto igitur, id est, in sextula unius gradus **Et** in bisse **Et** in se-muncia supra determinata partis gradus firmamenti gradum dies su-perat. Cum ergo sol peragat unum gradum firmamenti in uno die ex-cepito triente unius horæ **Et** ostento constat, quia **CCCLX** gradus firma-menti percurrit infra **CCCLX** dies excepito totiens triente unius horæ

**Et** ostento, unde colliguntur **V** dies **Et** VI horæ. Redit ergosol, de punto ad punctum per **CCCLXV** dies **Et** insuper VI horas, de quibus in quarto anno bis sextus oritur.

Lib. 1. Sat. cap. 18. 'O Κτορές Απόλλων, ὁ Καλῶς Θεός, ὁ μάρτιος Μευρσίου reponit ὡντὸν βάπτιχθεός, ὁ μάρτιος. Silent alii. Nos ultimum tanquam nimis commune, mutabamus in Μάρτιοις. Sic enim liberum apud Caras vocatum testis est Stephanus. Μάρτιον πόλις λαδίας. καὶ οἱ Μέτι θεοὶ τοῦ Ηρακλήστητα, τίγρης εἰν τῷ βρέφει; Άρες ἔπον. καὶ θεοὶ Καροὺν οἱ Διόνυσος Μάρτιοις ἐνδειν εὐλάνθη. Sed omnino sic totus locus scribendus est: οἱ Κυλλάδες Απόλλων, οἱ Ήρακλῆς, οἱ Μάρτιοι. Vel sola Procli verba persuadebunt: Μάρτιος γὰρ αὐτὸν καὶ θεόν τον, οὐ φοβεῖται, καὶ Μάρτιος θεοῖς οὐκέπειτο καὶ έρεις πολυτελεῖς, αὐτός τε οἱ Διόνυσος καὶ Φάνης καὶ Ήρακλῆς Λευκάδες δρουάζεται. Quae cum alii huc facien-tibus vide sis apud Leopardum **XII** Emendation. 22.

Lib. 2. Sat. cap. 13. *Manum tamē **Et** ad alterius unionis aurem similiter admovit.]* Quis non con-spirantes in haec verba editiones om-nes insulsas vocet, &c transponat me-cum? *ad alterius auris unionem.* Sicut paulo ante, illuc unionem dem-pium ex aure altera festinabanda demisi.

DE  
MACROBIO  
Eiusque Scriptis  
TESTIMONIA,  
ET ALIA QUÆDAM.

LIBRI PRIMI SATURNAL.

CAP. I.

**N**IS I siquib[us] nos sub alio ortos celo Latinae linguae venientia non adjuvarat. Et statim: Petum impetratumque volumus æqui bonique consulant, si in nostro sermone nativa Romanis oris elegancia desideretur.

*Comment. In Somnium Scipionis.*

Lib. I. Cap. I.

*Inter Platonis & Ciceronis libros quos de repub. utrumque constituisse constat, Eustabi fili, vita mibi pariter dulcedo & gloria, &c.*

Lib. I. Cap. 2. Saturnal.

*Servius inter Grammaticos Doctorem recens professus, juxta doctrinam mirabilis & amabilis verecundia.*

Lib. 6. Cap. 6.

*Sed nunc dicat volo Servius quæ in Virgilio notaverit, &c. Quotidie enim Romanae indoli enarrando eundem uatem, necesse est habeas hujus annotationis scientiam promptiorēm.*

# TESTIMONIA.

## Lib. 6. Cap. 7.

*Exoratus sit à nobis (Servius) doctissimus doctor. ibidem : doctorum maximus.*

## Lib. 5. Cap. 1. Saturnal.

*Quatuor sunt genera dicendi ; copiosum, in quo Cicero dominatur : breve, in quo Salustius regnat : siccum, quod Frontoni adscribitur : pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo veteram minor mōster Symmacbus luxuriatur.*

## Lib. 1. Cap. 6. Saturnal.

*In locum Postumiani abuentis Eusebium Graecū & doctrinā & facundia claram rhetorem subrogavi.*

## Ibidem Cap. 5.

*Eustathius tantus in omni philosophiae genere, ut solus nobis representet ingenia trium philosophorum, de quibus nostra antiquitas gloriata est. Et ibidem statim : Omnia inter Græcos genera dicendi solus implet : inter nos tamen ita sui locuples interpres est, ut nescias quam lingua facilius vel ornatus expleat operam dicendā.*

## Lib. 1. Cap. 6. Saturnal.

*Flavianus & Eustathius, par insigne amicissae.*

## Lib. 7. Cap. 4. Saturnal.

*Cum ergo videoas, mi Aviene (instituenda est enim adolescentia tua, quæ ita docilis est ut discenda præcipiat) cum videoas, inquam, anceps esse omne scommatum genus : suadeo in convivis, in quibus letitia insidiatur ira, ab ejusmodi dictis facefas.*

## Lib. 6. Cap. 7. Saturnal.

*Quin age, inquit Prætextatus, Eustathi, verecundiam Avieni probi adolescentis java.*

Occurrunt præterea passim *Vettius Prætextatus, Evangelius, Dysarius*. De quibus auctor ipse consulendus, & præsertim lib. 7. cap. 4 introducit loquens *Dysarius* medicæ artis peritissimus. De *Vettio Prætextato*, ut & *Flaviano Avieno*que & aliis vide in Notis ad lib. 1. *Saturn. cap. 17. Notarum inscriptiones aliquot luculentas.*

De

## TESTIMONIA.

De Opere vero hoc suo & modo scribendi insighis est ipsius  
Macrobi locus p. 188. quem subjeci.

Tale hoc præsens opus volo. multæ in illo artes, multa præcepta  
sunt, multarum etatuum exempla, sed in unum conspirata. Et  
paulo ante: Nec mibi vixio veritas, si res, quas ex lectione varia  
mutuabor, ipsis saepe verbis, quibus ab ipsis auctoribus enarrata  
sunt, explicabo, &c. Quæ ad evitandam calumniam (quam  
tamen effugere haud potuit) ab eo dicta esse satis appetet. Sed  
de hoc alias & alibi, si voleat Deus, otio meliori.

Imp. Honorius & Theodosius AA. Florentio P. V.

Qui sacri cubiculi nostri fuere præpositi, vel nunc esse ceperunt,  
vel quos postea sors ad ascendendi bujus gradum fastigii devocari,  
ea dignitate fungantur qua sunt prediti, qui eminensissimam præ-  
torianam & urbanam meruerint præfecturam, aut certe milita-  
rem magisteriam possestam; ita ut sint inter eos post depositas ad-  
ministrations nulla discretio, siue nostræ serenitatis adoraturi ad-  
mittuntur imperium, siue pro suo arbitrio solennes festivitates &  
caetas, vel salutationes, vel quælibet alia officia frequentent, ut in  
sedibus & confessu isti ordo servetur, quem ordo provectionis o-  
ffenderit, sub habitu ipsis videlicet consistro: cum manifeste de-  
cretum sit eum esse, qui præcesserit, potiorem; vel illum subsequi  
quem recentius probaverit examen. Sed ut nos ad hanc promul-  
gationem, Macrobi viris illustris merita provocarint, ita obser-  
vationem quoque legis ab ejus volumus sumere provectionis auspi-  
cium. Cetera, &c locum unde haec sumpta, vide initio Nota-  
rum lib. I. Saturnal. cap. I.

Gesneri Bibliotheca.

Verit in Græcum sermonem Aurelii Macrobi in Somnium  
Scipionis Commentarios Maximus Planudes.

Et in Præfatione Thesauri sui omnium vocum  
Gulielmus Morelius.

Quod Somnium Scipionis Græce translatum, perperam Gazæ  
tribuantur, veteres codices manuscripts testantur: in quibus non  
modo id Somnium, verum etiam tota Macrobi ejus somniū expli-

## T E S T I M O N I A.

catio Græca continetur, maximoque Planudi adscribitur. Hujus opusculi Ms. uti accepi à clarissimo Joh. Scaligero, fide sil- quando penes jurisconsultissimum I. Cujacum. Morelum quoque habuisse liquet ex plurimorum Planudis locorum laudationibus in eodem, quod dixi, vocum Dictionario.

### Isidori Glossæ.

*Vascillum, parvum vas. Macrobius*: Solvens radiis aquæ subjectâ vasculo. Sed monente Scrivenerio locus bic Glossographi corruptus est, legendumque non Macrobius, sed Marbotus fratre Marbodus, aut Marbodus denique, qui de Gemmis scripsit carmine. Auctor sane non contemnendus; à Jano Corpario, celeberrimi nominis medico, suppositio scriptori de Herbis additus, MACRI titulum præferens. Quamquam is censem est esse incerti auctoris, notetque exemplaria quædam babere Merboldi Epikopi. Sed sub Merbodei Galli ~~manu~~ publice Pictorius quædam & Scholæ illustravit. Legitur autem locus, quem designat auctor Glossariorum cap. xxviii. de Heliotropia. Ex re nomen habens (inquit) est Heliotropia gemma,

Quod solis radiis in aquæ subjecta vatillo  
Sanguineum reddat mutato lumine solem.

Quomodo igitur corrigendus fit Isidorus vel quisquis alius, vides.

Laurentius Valla, Lib. I. Eleg. cap. 13.

*Curiosissimus in loquendo & reconditissima scientia MACROBIUS.*

M. Tul.

---

---

# M TULLII CICERONIS SOMNIUM SCIPIONIS.

---

*SCIPIO loquitur.*



U M in Africam, M. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus (ut scitis) militum; nihil mihi potius fuit, quam ut Massinissam convenirem, regem familie nostræ justis de causis amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex collacrimavit, aliquantoque post suspiravit in cœlum : & GRATIAS, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisque reliqui cœlites, quod antequam ex hac vita migro, conspicio in meo regno, & his teatis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor: ita numquam ex animo meo descendit illius optimi, atque invictissimi viri memoria. Deinde ego illum de suo regno : ille me de nostra rep. percontatus est. multisque verbis ultro, citroque habitis, ille nobis consumtus est dies. post autem regio apparatu accepti, sermonem in multam noctem produximus, cum senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaq; ejus non facta solum, sed etiam dicta meminisset. deinde, ut cubitum discessimus, me & de via, & qui ad multam noctem vigilassem, arctior, quam solebat, somnus complexus est. Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti : fit enim fere, ut COGITATIONES, sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet scep-

## S C I P I O N I S

sime vigilans solebat cogitare, & loqui) **Africanus**  
se ostendit illa forma, quæ mihi ex imagine ejus,  
quam ex ipso, erat notior. quem ut agnovi, equidem  
cohorui. sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte ti-  
morem, Scipio, & quæ dicam, trade memoriae. Vi-  
desne illam urbem, quæ parere populo R. coacta per  
me, renovat pristina bella, nec potest quiescere? (o-  
stendebat autem Karthaginem de excelsso, & pleno  
stellarum, illustri, & claro quodam loco) ad quam  
tu oppugnandam nunc venis pæne miles? hanc hoc bi-  
ennio consul evertes, eritque cognomen id tibi *per te*  
*partum* quod habes adhuc à nobis hereditarium. Cum  
autem Karthaginem deleveris, triumphum egeris, cen-  
forque fueris, & obieris legatus Ægyptum, Syriam,  
Asiam, Græciam, diligere iterum Cos. absens, bellumq;  
maximum conficies, Numantiam exscindes. Sed cum  
eris curru Capitolium invectus, offendes *remp. pertur-*  
*batam consiliis nepotis mei.* Hic tu, Africane, ostendas  
oportebit patriæ, lumen animi, ingenii, consiliiq; tui.  
Sed ejus temporis ancipitem video quasi fatorum  
viam. nam cum ætas tua septenos octies solis anfra-  
ctus, reditusque converterit, duoque hi nume-  
ri, quorum ictusque plenus, alter altera de causa,  
habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem con-  
ficerint: in te unum, atque in tuum nomen, se tota  
convertit civitas: te senatus, te omnes boni, te socii,  
te Latini intuebuntur: tu eris unus, IN QUO NITATUR  
CIVITATIS SALUS, ac ne multa, dictator rempubl. con-  
stituas oportet, si impias propinquorum manus effuge-  
ris. Hic cum exclamasset Lælius, ingemuissentq; ce-  
teri vehementius: leniter arridens Scipio, Quæso, in-  
quit, ne me è somno excitetis, & pax sit rebus: au-  
diite cetera. Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutan-  
dum rempubl. sic habeto. **O M N I B U S**, qui patriam  
conser-

## S O M N I U M :

conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia, cœtusque hominum, jure sociati, quæ civitates appellantur: *harum rectores, & conservatores hinc profecti, huc revertuntur.* Hic ego, etsi eram perterritus, non tam metu mortis, quam insidiarum à meis, quæsivi tamen, viveretne ipse & Paulus pater, & alii, quos nos extintos arbitraremur. Immo vero, inquit, *ii vivunt,* qui ex corporum vinculis, tamquam è carcere evolaverunt: *vestra vero, quæ dicitur vita, mors est.* quin tu aspicias ad te venientem Paulum patrem. *Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi:* Ille autem me complexus, atque osculans flere prohibebat. Atque ego ut primum, fletu represso, loqui posse cœpi, *Quæso, inquam, pater sanctissime, atque optime, quoniam hæc est vita,* (ut Africanum audio dicere) quid moror in terris, quin huc ad vos venire propero? Non est ita, inquit ille, *nisi deus is,* cuius hoc templum est omne, quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera, & stellas vocatis: quæ globosæ, & rotundæ, divinis animatæ mentibus, circulos suos, orbeisque conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi, Publi, & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec injussu ejus, à quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum à Deo defugisse videamini. Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, JUSTITIAM cole,

## SCIPIONIS

& pietatem: quæ, cum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est: *ea vita, via est in cælum*, & in hunc cœtum eorum, qui jam vixerunt, & corpore laxati, illum incolunt locum, quem vides: erat autem is splendidissimo candore inter flamas circus elucens, quem vos, ut à Graiis accepistis, *orbem lacteum* nuncupatis: ex quo omnia mihi contemplanti præclara cetera, & mirabilia videbantur. erant autem ex stellæ, quas numquam ex hoc loco vidimus: & ex magnitudines omnium, quas esse numquam suspicati sumus: ex quibus erat illa minima, quæ ultima cœlo, citima terris: luce lucebat aliena stellarum autem globi terræ magnitudinem facile vincabant. Jam ipsa terra ita mihi *parva visa est*, ut me imperii nostri, quo quasi *punctum* ejus attingimus, pœniteret. Quam cum magis intuerer, Quæso, inquit Africanus, quoisque humi defixa tua mens erit? nonne adspicis, quæ in templo veneris? novem tibi orbibus, vel potius globis, connexa sunt omnia: quorum unus est cœlestis, extimus, qui reliquos omneis complectitur, summus ipse Deus, *arcens, & continens ceteros*: in quo infixi sunt illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni: cui subjecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu, atque cœlum, ex quibus unum globum possidet illa, quam in terris *Saturniam* nominant, deinde est hominum generi prosperus & salutaris ille fulgor, qui dicitur *Iovis*: tum rutilus, horribilisq; terris, quem *Martium* dicitis: deinde subter median fere regionem *Sol* obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce illustret, & compleat. hunc ut comites consequuntur, alter *Veneris*, alter *Mercurii* cursus: in infimoque orbe *Luna*, radiis folis accensa, convertitur, infra autem jam nihil est,

## S O M N I U M .

est, nisi mortale & caducum, præter animos generi hominum, munere deorum datos. supra lunam sunt æterna omnia. nam ea quæ est media, & nona tellus, neque movetur & infima est, & in eam feruntur omnia suo nutu pondera. Quæ cum intuerer stupens, ut me recepi, Quid? hic, inquam, quis est, qui complet aureis meas tantus, & tam *dulcis sonus?* Hic est, inquit ille, qui intervallis conjunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu, & motu ipsorum orbium conficitur: qui acuta cum gravibus temperans, varios æquabiliter concentus efficit. nec enim silentio tanti motus incitari possunt, & natura fert, ut *extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent.* Quam ob causam summus ille cœli stellifer cursus, cuius conversio est concitator, acuto & excitato movetur sono: gravissimo autem hic lunaris, atque infimus. nam terra, nona, immobilis manens, ima sede semper hæret, complexa medium mundi locum. illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, Mercurii & Veneris, SEPTEM efficiunt distinctos intervallis sonos: qui numerus rerum omnium fere modus est. quod *docti homines nervis imitati*, atque cantibus, aperuere sibi redditum in hunc locum: sicut alii, qui præstantibus ingeniosis in vita humana *divina studia* coluerunt. Hoc sonitu oppletæ aures hominum obsurduerunt: nec est ullus liebetior sensus in vobis: sicut ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus, ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut cum aures hominum capere non possint: sicut intueri solem adversum nequitis, ejusque radiis acies vestra, sensusque vincitur. Hæc ego admirans, referebam tamen

## SCIPIONIS

tamen oculos ad terram identidem. Tum Africanus, Sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari : quæ si tibi *parva* (ut est) ita videtur, hæc COELESTIA SEMPER SPECTATO : ILLA HUMANA CONTEMNITO. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes ? vides habitari in terra raris, & angustis in locis : & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interjectas : hisque qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsis ab aliis ad alios manare possit : sed partim obliquos, partim aversos, partim, etiam adversos stare vobis : à quibus *expectare gloriam certe nullam potestis.* Cernis autem eandem terram, quasi quibusdam redimitam & circumdatam cingulis: è quibus duos maxime inter se diversos, & coeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos, *obriguisse pruina* vides, medium autem illum, & maximum, *solis ardore torreri.* duo sunt habitabiles : quorum australis ille, in quo qui insistunt, adversa vobis urgent yestigia, nihil ad vestrum genus : hic autem alter subjectus aquiloni, quem incolitis, cerne, quam tenui vos parte contingat. omnis enim terra, quæ colitur à vobis, angusta verticibus, lateribus latior, *parva quedam insula est*, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum, quod Oceanum appellatis in terris : qui tamen tanto nomine, quam sit parvus, vides. Ex his ipsis cultis, notisque terris, num aut tuum aut cuiusquam nostrum nomen, vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnatare ? quis in reliquis Orientis, aut abeuntis solis ultimis aut aquilonis, austriive partibus tuum nomen audiet ? quibus amputatis, cernis profecto, quantis IN ANGUSTIIS VESTRA GLORIA se dilatari velit. Ipsi autem, qui de vobis loquuntur,

quam

## S O M N I U M .

quam diu loquentur? Quin etiam, si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuscujusque nostrum à patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones, exustionesq; terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo *eternam*, sed ne *dinturnam* quidem gloriam assequi possumus. QUID AUTEM INTEREST, ab iis, qui postea nascen-  
tur, sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit.  
qui ante natū sint? qui nec pauciores, & certe meliores  
fuerunt viri: cum præsertim apud eos ipsos, à quibus  
audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni  
memoriam consequi possit: homines enim popula-  
riter *annum* tantummodo solis, id est, unius astri redi-  
tu metiuntur: cum autem ad idem, unde semel pro-  
fecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius  
anni descriptionem longis intervallis retulerint, tum  
ille vere *vertens annus* appellari potest: in quo vix di-  
cere audeo, quam multa sècula hominum teneantur.  
namque ut olim deficere sol hominibus, extinguique  
visus est, cum Romuli animus hæc ipsa in templo pe-  
netravit: ita quandoque eadem parte sol, eodemque  
tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem  
principium, stellisque revocatis, expletum annum ha-  
beto. hujus quidem anni nondum vicesimam partem  
scito esse conversam. Quocirca si redditum in hunc lo-  
cum desperaveris, *in quo omnia sunt magnis & præstanti-  
bus viris*: quanti tandem est ista hominum gloria, quæ  
pertinere vix ad unius anni partem exiguum potest? I-  
gitur alte spectare si voles, atque hanc sedem, & *eternam*  
domum contueri: NEQUE TE SERMONIBUS VULGI  
DEDERIS, nec in præmiis humanis spem posueris rerum  
tuarum: suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad  
yerum decus. quid de te alii, loquantur, ipsi videant:  
sed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille, &  
angustiis

## SCIPIONIS

angustiis cingitur iis regionum, quas vides ; nec umquam de ullo perennis fuit ; & obruitur hominum interitu ; & oblitio posteritatis extinguitur. Quæcum dixisset, Ego vero inquam, o Africane, si quidem bene meritus de patria quasi limes ad cœli aditum patet, quanquam à pueritia vestigiis ingressus patriis, & tuis, decori vestro non defui : nunc tamen tanto præmio proposito, emitas multo vigilans. & ille, Tu vero emitere, & sic habeto, NON ESSE TE MORTALEM, SED CORPUS HOC. nec enim is, quem forma ista declarat : sed mens cujusque, is est quisque : non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deum te igitur cito esse : siquidem Deus est, qui vivet, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit, & moderatur, & movet id corpus, cui præpositus est, quam hunc mundum ille princeps Deus : & ut mundum ex quadam parte mortalem ipse Deus æternus, sic fragile corpus *animus sempiter-nus* movet. Nam *quod semper movetur, eternum est* : quod autem motum assert alicui, quodque agitatur aliunde ; quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. solum igitur, quod sese moveret, quia nunquam deseritur à se ; numquam ne moveri quidem desinit : quin etiam ceteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium est movendi. principio autem nulla est origo. nam *ex principio oriuntur omnia* : ipsum autem nulla ex re alia nasci potest : nec enim esset principium, quod gigneretur aliunde : quod si numquam oritur, ne occidit quidem umquam. nam **principium existentium**, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit : siquidem necesse est à principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum à se movetur : id autem nec nasci potest, nec mori : vel *concidat omne cælum, omnisque*

## S O M N I U M

nisque natura consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, quæ à primo impulsu moveatur. Cum patet igitur æternum id esse, quod à seipso moveatur, quis est, qui hanc naturam animis esse tributam neget? inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo: quod autem animal est, id motu cietur interiore, & suo. nam huc est natura propria animæ, atque vis. Quæ si est una ex omnibus, quæ sese moveat: neque nata est certe, & æterna est. *hanc tu exerce in optimis rebus.* sunt autem optimæ curæ, de salute patriæ, quibus agitatus, & exercitatus animus, velocius in hanc sedem, & domum suam pervolabit: idque ocyus faciet, si jam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea, quæ extra erunt, contemplans, quam maxime se à corpore abstrahet. Nam EORUM ANIMI, qui se corporis voluptatibus dederunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientium, Deorum, & hominum jura violaverunt: corporibus elapsi circum terram ipsam voluntantur: nec hunc in locum, nisi multis exagitati seculis, revertuntur, Ille discessit: ego somno solitus sum.

---

## A U R E-



---

AUR. THEodosii MACROBII  
V. Cl. & Inlustris

*Commentarius in Somnium Scipionis Lib. II.*

*Saturnalia Lib. VII.*

*De differentiis & societatibus Græci Latinique verbi  
Libellus.*

*Cum integris & ex chirographo auctis Joh. Hacii  
Pontani , Joh. Meursii , Jacobi Gronovii  
Notis.*

---

AURE.



AURELII  
MACROBII  
AMBROSII THEODOSII  
V. C. & Illustris

Commentarius ex Cicerone  
IN SOMNIUM SCIPIONIS.  
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

*Quæ differentia & que similitudo sit inter Platonis ac Ciceronis de re-publica libros; curque aut ille indicium Eris, aut hic somnium Scipionis operi suo adsciverit.*

**I**NTER Platonis & Ciceronis libros, quos de r. p. utrumque consti-tuisse constat, Eustathi fili, vitæ mihi pariter dulcedo & gloria, hoc interesse prima fronte perspeximus, quod ille rempubl. ordinavit, hic retulit; alter qualis esse deberet, alter qualis esset à majoribus instituta, differuit. in hoc tamen vel maxime operis similitudinem servavit imitatio, quod cum Plato in voluminis con-

**A**urelii Macrobii | Plura hujus libri in Somnium Scipionis habentur apud plures MSS. exemplaria. Præter cæteros usus est membranis aliquor selectis Franciscus Modius. Quarum tamen lectiones precipuas re-præsentavit edictio nostra prior: Ex nunc quoque isti adjectimus, quæ supererant, præter perpaucas hisce Notis insperfas, utpote dubias, & tales fere, de quibus suum cuique judicium erit. Conculisse etiam se Ms. duo tria Vir Cl. Casp. Barthius in Adversariis suis L. 37. cap. 17. & lib. 39. 12. commemorat; quorum unius hic erat titulus: *Macrobius Theodosii, viri consularis & illustris, Commentariorum tercia diei Saturniorum Liber primus* incipit: quasi Saturniorum pars II. Libri duo in Somnium fuerint. De quibus ipsum Barthium differentem vide locis jam dictis. Alterius codicis ab eodem inspecti haec verba prima fronte reperiebantur. *Macrobius Ambrosii Orniocensi in Somnium Scipi-*

*osis Commentarium* incipit: Quarum tertia voce aut patriam aut potius Onirocriticam respicere exscriptorem idem Barthius existimat. Tertio exemplari inscriptio seu titulus talis erat: *Macrobius Ambrosii Theodosii, viri clarissimi & illustris, ex Cicerone in Somnium Scipionis* incipit. Pont. Scholiaest quoque unius nostrorum codd. testatur triplex auctori nomen fuisse: *Macrobius Ambrosius Orniocensis*. Id monstrum quid sibi velit, aut quomodo procurandum sit, non liquet. Post explicationem priorum duum nominum idem Scholiaest reddit *Onocrisius*, quod antea edidicerat *Orniocensiu*. Sic enīa pergit: *Onocrisius dicitur est q. somniorum index: ideo quia ostendit & adjudicat, qua somnia sint vera, & qua aliquid defigunt, & qua non. Quali ē scholio Cl. Barthii conjecturam natam suspicere. Si nihil aliud latet, frustra laboramus: neque felicius hoc Macrobio, quam Coci Mar-tiali, Plauto Afini vocabula attributa. De-*

**B** clusione.

## 2 A. MACROBII IN SOMN. SCI P.

clusione à quodam vitæ reddito, quam reliquise videbatur, indicari faciat qui sit; exutarum corporibus status animarum, adjecta quadam sphærarum vel siderum non oculosa descriptione, rerum facies non dissimilia significans à Tulliano Scipione per quietem sibi ingesta narratur. Sed quod vel illi commento tali, vel huic tali somnio in his potissimum libris opus fuerit, in quibus de rerum publ. statu loquebatur, quoque attinuerit inter gubernandarum urbium constituta, circulos, orbes globosque describere, de stellarum modo, de cœli conversione tractare, quæsitum dignum & mihi visum est, & aliis fortasse videatur: ne viros sapientia præcellentes nihilque in investigatione veri nisi divinum sentire solitos, aliquid castigato operi adjecisse superfluum suspicemur. de hoc ergo prius pauca dicenda sunt, ut liquido mens operis, de quo loquimur, innoteſcat. Rerum omnium Plato & actuum naturam penitus inspiciens advertit in omni sermone suo de reipublicæ institutione proposito infundendum animis justitiae amorem; sine qua non solum respublica, sed nec exiguis hominum cœtus, nec domus quidem parva contabit. ad hunc porro justitiae affectum pectoribus inoculandum nihil æque patrocinaturum vidit, quam si fructus ejus non videretur cum vita hominis terminari. hunc vero superstitem durare post hominem qui poterat ostendi, nisi prius de animæ immortalitate constaret? fide autem facta perpetuitatis antitharum, consequens esse animadvertisit, ut certa illis loca nexus corporis absolutis, pro contemplatu probi improbie meriti deputata sint. Sic in Phædone, inexpugnabilium luce rationum anima in veram dignitatem propriæ immortalitatis asserta, sequitur distinctio locorum, quæ hanc vitam relinquentibus ea lege debentur quam sibi quisque vivendo

patria non deest, quod conjiciam; deest, cui fidam. Ceterum duo tantum libros Ms. Barthius habuit. Sed quem primum hic videt referri titulum, erat præfixus Saturnalibus, secundum commentario ad Somnium, uterque ejusdem voluminis. Vide Barthii verba. Gronovius.

<sup>2</sup> A quodam vita reddito | Ms. à quodam Eri vita reddito. Est hic Er Platonicus: quem eodem hoc capite Platonicum Erem vocat. Et ibidem statim: qui sit exstarnum corporibus status animarum, idem Ms. à corporibus. Pont.

A quodam vita reddito | Noster item antiquissimum nomen proprium inferit, à quodam gr.: unde non Eri faciendum, quod amplecti videntur Iacius, (Eram vocari video, sed sine auctore, ab aliis) sed Ere, ut c. 2. cum de Platonico Ere jactantur. Neque hoc nomen à priscis libratis recte additum dicimus, sed ab ipso auctore. Tum etiam superiorius in quatuor scriptis inveni uterque constitutus, quod non video, cur vulgato sit posthabendum. Gronovius.

<sup>3</sup> Exstarnum corporibus. | Non addo cum

Barthio & Iacio, particulam s., eti mihi quoque in uno inventam. Arnobius lib. 2. In pecudes arque alias bellus ire animas improborum, posquam sunt corporibus humanis exuta. Gronov.

<sup>4</sup> Hunc porro justitia, &c. | Minus accurate in aliis libris, inculcandum. Inoculare ἀρνοῦλα μίζειν, est metaphora, ut admonet Camerarius, ab infestationibus tracta. Sive etiam allusum, quod non abfōne existimes, ad dictum Poëta apud Atheneum veteris, qui justitie dixit χρήσον οὐ μα. Pont.

<sup>5</sup> Qui poterat ostendi | Addit optimus jusſe, ut & membranæ Barthianæ. Gron.

<sup>6</sup> Quam sibi quisque vivendo sanxerit | Utrus sanxit, sed in duabus melioribus vere opinor sanxerunt. Ut lib. 1. Saturn. 5. Discedentes domum quisque suam regredi sene. Justina lib. v. cap. 7. Sibi quisque ante oculos famam, obſidianem proponentes. Corn. Nepos Themist. 4. Plurimi bararentur, ut domos suas quisque discederent. Ubi pronomen perpetram in nonnullis editis omittitur. Familiariſſimum poëtis, Gronov.

sanxerit.

# LIBER PRIMUS.

3

sanxerit. Sic in Gorgia, post peractam pro iustitia disputationem, de habitu post corpus animarum morali gravitate Socratis dulcedinis ammonemur. Idem igitur observanter secutus est in illis praecipue voluminibus,<sup>7</sup> quibus statum reipublicæ formandum præcepit, nam postquam principatum iustitiae dedit, docuitque animam post animal non perire : per illam demum fabulam (sic enim quidam vocant) quo anima post corpus evadat<sup>8</sup> & unde ad corpus veniat, in fine operis asseruit, ut iustitiae vel cultæ præmium vel spretæ poenam, animis quippe immortalibus subiturisque judicium, servari doceret. Hunc ordinem Tullius non minore judicio reservans quam ingenio repertus est: postquam in omni reipublicæ ocio ac negotio palmam iustitie disputando dedit : sacras immortalium animarum sedes & cœlestium arcana regionum in ipso consummati operis fastigio locavit ; indicans quo his perveniendum vel potius revertendum sit, qui rem publicam cum prudenter, iustitia, fortitudine ac moderatione tractaverunt. Sed ille Platonicus secretorum relator.<sup>9</sup> Er quidam nomine fuit, natione Pamphylus, miles officio, qui, cum vulneribus in prælio acceptis vitam effusisse visus, duodecimo die demum inter cæteros una peremptos ultimo esset honorandus igne, subito seu recepta anima seu retenta quicquid emensis inter utramque vitam diebus egerat viderat, tanquam publicum professus indicium, humano generi enuntiavit. Hanc fabulam Cicero licet ab indoctis quasi ipse veri conscius doleat irrisam, exemplum tamen stolidæ reprehensionis vitans excitari narraturum quam reviviscere maluit.

<sup>7</sup> Quibus statum republ. formandum præcepit | Non Mrs. modo omnes, sed & primi-  
tus editi recepit. Quod omnino auctor est,  
Hujus libri cap. 8. Ut postea locum omnem,  
quem hic tractandum recepimus, revoluimus.  
Ita legendum suo loco dicemus. 11. 4. Illa  
sunt perssequenda, quibus verba, que explananda  
recepimus, possint liquere. Et cap. 5. eod.  
Quia hoc loco explananda recepimus. Giro-  
nov.

<sup>8</sup> Et unde | Idem rufus vel unde. Gr.

<sup>9</sup> Er quidam nomine | Verba Platonis sunt  
libro ultimo de republ. 'Αλλ' ει μίνοι σα,  
ποτε δέ τρόπος, Αλλά τούτοις τρόποι, αλλ'  
αλλίμως μὲν δύο εἴδης. Ήρος τούτους τούτους,  
παμφύλας, οἱ ποτὲ εἰ πολέμων πολυ-  
τοτες, αἴραντες τὸν κρίσιμον τῆς πόλεων

Ιδην δερθερμόν, ώρης μὲν αὔρην, χρυ-  
σεῖς δέ οὐκ εἰσι, μάλλον θεοπλάσιαι, θεοπλα-  
σιαι δέ τοι τὴν ποτὲ κάμψην αρκεῖ. Sed  
fi Plutarchο fides, victum in his verbis latet :  
is enīs non Armenium ipsum fuisse, ut vo-  
lunti interprete Platonis, sed Harmonii filiū  
scribit, & certa ratione Platonem ei hunc  
patrem attribuisse. Verba ejus sunt libro ix  
Sympos. problemata 7: Βούληθα δέ τι αν-  
τεύετον τοῦ οὐδετέ Πάμφυλος γένος. Αρ-  
μονίς πατέρος. Ήρε (sic lege cum quibus-  
dam Mrs.) δέ αυτὸν ισομέλον, αιντίβιον,  
ὅτι γηνούλα μὲν αἱ φυχαὶ καθ' εἰρηνο-  
νας, ηγαγμένοις ποτὲ Κύρωσι. απα-  
λλαχθέντοις δέ Κυροπολίτης πατραχέντοις δέ τι  
δίκη. Est autem Er nomen Alaticum, ut  
dicitur ex sacris libris. Graecu.

## C A P. II.

*Quid respondendum Coloti Epicureo putanti philosopho non esse utendum fabulis: quasque fabulas philosophia recipiat, & quando his philosophi soleant usi.*

**A**C, prius quam somnii verba consulamus, enodandum nobis est, à quo genere hominum Tullius memoret vel irrigam Platonis fabulam, vel ne sibi idem eveniat non vereri, nec enim his verbis vult imperitum vulgus intelligi, sed genus hominum veri ignarum sub peritiae ostentatione: quippe quos & legisse talia, & ad reprehendendum animatos constaret. Dicemus igitur & quos in tantum philosophum referat quandam censuræ exercuisse levitatem, quisve eorum etiam scriptam reliquerit accusationem; & postremo quid pro ea dunt taxat parte, quæ huic operi necessaria est, responderi convenientat objectis. quibus, quod factu facile est, enervatis, jam quicquid vel contra Platonis vel contra Ciceronis opinionem etiam in Scipionis somnium seu jaculatoris est unquam mortis livoris, seu forte jaculabitur, dissolutum erit. Epicureorum tota factio, æquo semper errore à vero devia, & illa existimans ridenda quæ nesciat, sacrum volumen & augustissima irritis naturæ seria. Colotes vero inter Epicuri auditores famosior & loquacitate notabilior, etiam in librum retulit quæ de hoc amarius reprehendit. sed cetera, quæ injuria notavit, siquidem ad somnium de quo hic procedit sermo non attinent, hoc loco nobis omittenda sunt. illam calumniam perseguemur, quæ, nisi supplodatur, manebit Ciceroni cum Platone communis. ait à philosopho fabulam non oportuisse configi: quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret. Cur enim, inquit, si rerum coelestium notionem, si habitum nos animatum docere voluisti, non simplici & absoluta hoc insinuatione curatum est, sed quæsita persona casusque excogitata novitas & composita advocati scena figmenti ipsam

<sup>1</sup> Vel contra Platonis | Sensus auctoris est, se responsurem objectis in ea parte, quæ negabatur fabulas acturo de coelestibus operi immiscendas à Platone fuisse: cuius ubi vanitatem clare ostendisset, jam pariter nullius fore momenti ea, quæ contra Ciceronem vel excogitata sunt, vel forte etiamnum excogitabantur. Qui sensus satis dilucidus & manifestus. Ac propterea rā vel contra Platonis auctoritate scriptorum & veritate cuforum non retinenda judico. Gronov.

<sup>2</sup> Äquo errore devia | Ita loquitur Evangelius de Virgilio 111. Sat. 2. Ne non ubique in libando pari errore sit devius. Id.

<sup>3</sup> Famosor & loquacitate notabilior | Tā famosor & iudicem à posterioribus editoribus esse incauta produnt, quippe nusquam reperiatis. Sed & pro reprehendit, quo verbo in

antecedentibus uititur, omnes constanter cavillans est, & hoc modo non semel sibi adversantes Macrobius perstringit. 11. 16. In his etiam vir tantus & alias ultra ceteros serius, similius cavillanti est. Gronov.

<sup>4</sup> Et composita advocati scena figmenti | Quid est advocati? Utrum longe arcessit? an potius scribendum: & compotisi advocata scena figmenti. Sic advocata esset adhibita, ut quæsita & excogitata. Ut cap. 20. hoc lib. Et interque lunaris defectus argumentum pro se advocat. Sat. vii. 14. Et illam rationem advocata memoria recognoscit. Et cap. ult. Remedium, qua contra perniciem postredinis advocantur. Compositum figmentum, ut compositam fallaciam Plautus, compositam fabulam Livius & Justinus, componere misum Petronius dixerat. Gronov.

<sup>5</sup> quæ-

<sup>5</sup> querendi veri januam mendacio polluerunt? Hæc quoniam, cum de Platonico Ere jactantur, etiam quietem Africani nostri somniantis incusant (utraque enim sub apposito arguento electa persona est quæ accommoda enuntiandis haberetur) resistamus urgenti; & frustra arguens refellatur: ut una calumnia dissoluta utriusq; factum incolumem, ut fas est, retineat dignitatem. Nec omnibus fabulis philosophia repugnat, nec omnibus acquiescit. &, ut facile secerni possit, quæ ex his ab se abdicet ac velut profana<sup>6</sup> ab ipso vestibulo sacræ disputationis excludat, quæve etiam sœpe ac libenter admittat, divisionum gradibus explicandum est. Fabulæ, quarum nomen indicat falsi professionem, aut tantum conciliandæ auribus voluptatis aut adhortationis quoque in bonam frugem gratia repertæ sunt, auditum mulcent; velut comoediæ, quales Menander ejusve imitatores agendas dederunt: vel argumenta fictis casibus amatorum referunt; <sup>7</sup> quibus vel multum se Arbiter exercuit, vel Apuleium nonnunquam lusisse miramur. Hoc totum fabularum genus, quod solas aurium delicias profitetur, <sup>8</sup> è sacrario suo in nutricum cunas sapientiæ tractatus eliminatur. Ex his autem, quæ ad quamdam virtutis speciem intellectum legentis hortantur, fit secunda discretio. In quibusdam enim & argumentum ex dicto locatur & per mendacia ipse relationis ordo contextitur: ut sunt illæ<sup>9</sup> Aësopi fabulæ elegantia fictionis illustres. at in aliis argumentum quidem fundatur veri soliditate: sed hæc ipsa veritas per quædam composita & ficta profertur. & hoc jam vocatur fabulosa narratio non fabula; ut sunt ceremoniarum sacra; ut Hesiodi & Orphei, quæ de deorum progenie actuve narrantur; ut mystica Pythagoreorum sensa referuntur. Ex hac ergo secunda divisione, quam diximus, à philosophiæ libris prior species, quæ concepta de fallo per falsum narratur, aliena est. Sequens in aliam rursum discretionem scissa dividitur. nam, cum veritas argumento subest, solaque fit narratio fabulosa; non unus reperitur modus per figmentum vera referendi. aut enim contextio narrationis per turpia & indigna huminibus ac monstro similia componitur: ut di adulteri, Saturnus pudenda Cœli patris abscondens, & ipse rurus à filio regno potito in vincula conjectus; quod genus totum philosophi nescire maluerunt: aut sacrarum rerum notio

<sup>5</sup> Querendi veri januam. | Eodem modo januam narrandi dixit v. Sat. 2. Id.

<sup>6</sup> Ab ipso vestibulo sacræ disputationis. | Ita vestibulum questionis cap. 21. Nec longum est inventre rationem, qua in ipso vestibulo excubat questionis. Arti<sup>7</sup> quæve etiam MSS. qua vero etiam, quod non iperno. Sed & videtur scribendum: quas ex his ab se abdicet, ac velut profanas: tum quas vero, nempe fabulas. Gron.

<sup>7</sup> Quibus vel multum se Arbiter exercuit | Ita Camerarii &c alia illa vetustior editio. Tamen quod suggerit Stephanus. Quibus vel multum esse Arbitrum, si ex libris est; non displicebit quod aliis jam diu ob-

servatum, In quibus vel multum, &c. Pont.

<sup>8</sup> E sacrario suo in nutricum cunas sapientia, &c. | Servat ad oram, liber Lugdunensis, directo. Quæ fortassis suggestio non temeraria; & velificaretur modo MS. aura, credam fuisse: Sapientia directo eliminata. Videndum de voce ea Festus & Plautus, Pontan.

<sup>9</sup> Aësopi fabula. | Editiones Ascensioniana & Cameratiana Aësopia. quod valde probem, si quæ habuerint membrane. Sic Phædrus libros suos Aësopiarum fabularum inscribit. Sic Theo Sophista Aësopæ & λόγοι, Aphthonius Aësopæ pœtiv. Gronov.

## A. MACROBII IN SOMN. SCIP.

<sup>10</sup> sub pio pigmentorum velamine honestis & tecta rebus & vestita nominibus enuntiatur. & hoc est solum figmenti genus, quod cautio de divinis rebus Philosophantis admittit. Cum igitur nullam disputationi pariat injuriam vel Er index, vel somnians Africanus, sed rerum sacrarum enuntiatio integra sui dignitate his sit tecta nominibus, accusator tandem edocitus à fabulis fabulosa secernere conquiescat. Scendum est tamen non in omnem disputationem philosophos <sup>11</sup> admittere fabulosa; sed his uti solent, cum vel de anima, vel de aëreis ætheriis ve potestatibus, vel de ceteris dis loquuntur. Ceterum cum ad summum & principem omnium deum, <sup>12</sup> qui apud Græcos τὸν αὐτὸν, qui ἀπό τοῦ αἰνοῦ nuncupatur, tractatus se audet attollere; vel ad mentem, quem Greci νῆνη appellant, originales rerum species, quæ θεας dictæ sunt, continentem, ex summo natam & profectam Deo: <sup>13</sup> cum de his, inquam, loquuntur, summo Deo ac mente, nihil fabulosum penitus attingunt. sed <sup>14</sup> si quid de his assignare conantur, quæ non sermonem tantummodo sed cogitationem quoque humanam superant, similitudines & exempla configuiunt. Sic Plato cum de τῷ πάθῳ loqui esset animatus dicens quid sit non ausus est, hoc solum de eo

<sup>15</sup> Sub pio pigmentorum velamine. | Hac erga & vetusta lectio. Miror, quare secutus Stephanum Isaacius maluerit secundam votum loco huic commodius inducere. Rotste nisi legas, quod causu de divinis rebus philosophantis admittit, ne sensum quidem perfectum esse puto: illi tamen boni viri expulerunt in vitro auctore vocem philosophantis. Gronov.

<sup>16</sup> Admittere fabulosa. | Hic auctius olim vulgo legebatur: fabulosa vel licita. Delevit Modius duo posteriora verba, & eum secuti editores. Nostri scripti ea retinent, & leviter corrígenda censeo, admittere fabulosa vel ficta; ut paulo ante per quadam composita & ficta. Gronov.

<sup>17</sup> Qui apud Græcos τὸν αὐτὸν. | Unde probabitur summum Deum vocari Græcis τὸν αὐτὸν? MSS. vitium indicant; quorum in altero expressum quidem est Ταῦγον sed supra scriptum: i. summum. in altero ταῦγον, supra vero Tugator i. summus. Quod sequitur, in priori est, qui ταῦγον, & supra protopanton i. omnipotens: in altero, γνῶντας, & in versu in intervallo, protopanton i. primus princeps omnium. Videtur Macrobius scripsisse: qui apud Græcos Θεον, qui ταῦγον ταῦγον nuncupatur. Nam &c. quod inferius: Plato cum de τῷ πάθῳ logos esset animatus: pro eo quem posteriorum dixi, de ταῦγον, & rursus supra, ταῦγον; prior de ταῦγον, cum explicacione: i. omnium rerum principio. Legas tamen apud Platonem, quod propugnat vulgatum. Idem.

<sup>18</sup> Cum de his, inquam, loquuntur summo Deo ac mente. | Hanc lectiōnēm qui ab auctore esse negant, sed a nescio quo ad commentarios hos commentante, ut eam suspicionem nobis approbarent, non hic st̄tere debuerunt, sed per singulas paginas ire, & quæ passim explanandi causa Macrobius adiicit, recidere. Ita intellexissent, sive id esse, non opificum venire. Nam sic sequenti capite pronunciari quinque somniū diversitatibus, quorum ultima duo εὐρεῖον & παρατρέπον posuerat, addit: Ultima ex his duo, cum videntur, cura interpretationis indigua sunt, quia nihil divinationis appetant: εὐρεῖον dico & παρατρέπομαι. Rursum capite sexto agens de numero dispari septem & pari octo, ait: Unde intelligi datur, haec duos numeros, octo dico & septem, &c. cum tamen nullorum præterea meminisset. Sed fastidium parerem, si plura adderem, quæ exploratum mihi faciunt γνῶντα rara esse. Et libri quatuor omnes confirmant. Gronov.

<sup>19</sup> Si quid de his assignare. | Conjeceram signare, quo utitur pro significare, aperire, cap. 5. Ipsius somni, de quo loquimus, mentem propositamque signavimus. & passim. Sed complicitum ferri potest, quo etiam utitur, cap. 6. Ternarius assignat animam tribus suis partibus absolutam. cap. 10. Omnia in nobismes ipsis humanis corporibus assignare conati sunt. cap. 18. Hac autem etiam quinq; stellarum recessum assignare sufficient. Gronov.

sciens,

sciens, quod sciri quale sit ab homine non posset: solum vero <sup>15</sup> ei simillimum de visibilibus solem repperit; & per ejus similitudinem <sup>16</sup> viam sermoni suo attollens se ad non comprehendenda patefecit. ideo & nullum ejus simulachrum, quod cum dis aliis constitueretur, finxit antiquitas: quia summus deus nataque ex eo mens sicut ultra animam, ita supra naturam sunt: quo nihil fas est de fabulis pervenire. De dis autem, ut dixi, cæteris, & de anima non frustra se, nec, ut oblectent, ad fabulosa convertunt: sed quia sciunt inimicam esse naturæ apertam nudamque expositionem sui: quæ sicut vulgaribus hominum sensibus intellectum sui vario rerum regmine operimentoque subtraxit: ita à prudentibus arcana sua voluit per fabulosa tractari. sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiuntur; ne vel hæc adeptis nuda rerum talium se natura præbeat: sed summatibus tantum viris sapientia interprete veri arcani consciis, contenti sint reliqui ad venerationem figuris defendantibus à vilitate secretum. Numenio denique inter philosophos occultorum curiosiori offensam numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt, visas <sup>17</sup> sibi ipsas Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum Iupanar ludere prostantes; admirantque & causas non convenientis numinibus turpitudinis consulenti respondisse iratas, ab ipso se adyto pudicitiae sue vi abstractas & passim adeuntibus prostitutas. Adeo semper ita se & sciri & coli numina maluerunt, qualiter in vulgus antiquitas fabulata est; quæ & imagines & simulacra formarum talium prorsus alienis, & ætates tam incrementi quam diminutionis ignaris, & amictus ornatusque varios corpus non habentibus assignavit. secundum hæc Pythagoras ipse atque Empedocles, <sup>18</sup> Parmenides quoque & Heraclitus de diis fabulati sunt: nec secus Timæus; qui progenies eorum, sicuti traditum fuerat, exsecutus est.

<sup>15</sup> *Ei simillimum de visibilibus solem repperit.* | Nec vane apud Plutarchum Zoroastres *Lucem* appellavit. Et ipse inter homines homo olim Deus, quid nisi se *Lucem* esse professus est? Unde nec alienum fortassis vulgatum illud Pythagoræ; *De Deo non esse sine lumine loquendum.* Nam ut ait Romanus Philosophus, *furia res est in tenebris imperus.* Pontan.

<sup>16</sup> *Viam sermoni sua attollens se.* | Magis me pascit scriptura antiqua attollendi se. Nisque enim Platonem se attollere ait, sed sermonem; quæ perpetua Aurelii ratio est. Paullo ante est: *Cum ad summum trahi-  
sus se audet attollere.* Gronov.

<sup>17</sup> *Visas sibi ipsas Eleusinias D. ludere pro-  
stantes.* | Tanquam non sati nefas foret & impium eas stare ante forniciem, etiam lascivum lusum affingit. Sed correctorum manu vel sola orationis cuius tuæ tibi pro-

babit; & MSS. omnes cum primis editionibus exhibent: *viso sibi &c. videre prostantes.* hoc est, quem sibi visus est videre. Et propria hæc illarum imaginum oratio est, unde & *metnurus visus.* Noster cap. seq. *Omnium, qua videre sibi dormientes vi-  
dentesur.* Et: *amicum peregre commorantem,* quem non cogitabat, *visus est sibi reversum vi-  
dere.* Cap. 5. Partem cieli in qua sibi Scipio per quietem hæc vel vidisse visus est vel au-  
disse qua resultat. Ovid. 7. Met. 650. *Qua-  
lisque in imagine somni Visus eram vidisse vi-  
rus.* Gronov.

<sup>18</sup> *Parmenides quoque & Heraclitus de Dis  
fabulatis sunt.* | Bartini membranæ: *Parmenides quoque & Heraclitus defabulati sunt.* Et statim: nec secus Timæus; qui progenies Deorum, sicuti traditum fuerat, exsecutus est. Vulgo & perpetua ibi, eorum, pro Deorum. Pou-  
tanus.

## CAPUT III.

*Quinque esse genera somniandi; atque somnium hoc Scipionis ad prima tria genera debere referri.*

**H**I S prælibatis, antequam ipsa somnii verba tractemus, prius quot somniandi modos observatio deprehenderit, cum licentiam figurarū quæ passim quiescentibus ingeruntur sub definitionem ac regulam vetustas mitteret, edifferamus: ut cui eorum generi somnium, de quo agimus, applicandum sit innotescat. Omnium, quæ videri sibi dormientes videntur, quinque sunt principales & diversitates & nomina: aut enim est ὄνειρος secundum Græcos, quod Latini somnium vocant; aut est ἔξειρα, quod *vīsīo* recte appellatur, aut est χερηματοῦς, quod <sup>2</sup> *oraculum* nuncupatur, aut est ἐρύθριος, quod *in-*somnium dicitur; aut est φάντασμα, quod Cicero, quotiens opus hoc nomine fuit, *vīsum* vocavit. Ultima ex his duo, cum videntur, cura interpretationis indigna sunt, quia nihil divinationis apportant: ἐρύθριος dico & φάντασμα. est enim ἐρύθριος quotiens cura oppressi animi corporis five fortunæ, qualis vigilantem fatigaverat, <sup>3</sup> talem se ingerit dormienti. <sup>4</sup> animi; si amator deliciis suis aut fruentem se videat aut carentem: si metuens quis imminētem fibi <sup>5</sup> vel insidiis vel potestate personam, aut incurrisse hanc ex imagine cogitatio-

<sup>1</sup> O servitio deprehenderit. | Scribe, membranis auctoribus: Observatum veterum deprehenderit, cum licentias figurarum q. p. q. sing. sub def. ac regulam mitteret. Gronov.

<sup>2</sup> *Oraculum* nuncupatur. | Oraculum somnium intellectus antiquitas, quod in fanis five templis singulari cura capabant. Cic. 1. de Divinatione: Qui praeceps Lacedemoniis Ephori non contenti vigilantibus curis, in Pasiphæis fano, (quod est in agro propter urbem) somniandi causa incubabant, quia vera quietus oracula ducebant. Apuleii simile somnium in templo Isidis, exstat Milieui sermonis undecimo. Suetonii quoque locus Vespasiano cap. 7. notabilis. E pte, inquit, quidam luminiibus orbatus, item aliis debili cruce, sedentem pro tribunali Vespasianum pariter adeunse, orantes opem Valerianinis demonstraram a Serapide per quietem. Certam eam fuisse demonstrationem addit idem Suetonius: Cum vix fides effici rem solo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet, (Vespasianus) extremo horribilis amictis, palam pro concione utrumque tentavit; nec eventus desuit. Pont.

<sup>3</sup> Talem se ingerit dormienti. animi; ut si amator, &c. | Sequitur Barthius ductum

fui codicis, legitque dormientis animo. Mihi, quod editur, prævalet. Pont.

<sup>4</sup> Animis; si amator deliciis suis | ἐρύθριος par descripsit eleganter Petronius: ubi & id ab oraculo five χερηματοῦ discriminet:

Somnia qua mentes ludant, vultantibus umbris,  
Non delubra Deum, nec ab astre numina mittunt,  
Sed sibi quisque facit. Nam quum prostrata sopore  
Urget membra quies, & mens sine pondere ludit;  
Quicquid luce fuit, tenebris agit, oppida bello  
Qui querit, & flammis miserandas savit in urbes:  
Tela vides, versaque acies, & funera regum,  
Atque exundantes perfuso sanguine campus,  
&c. Pontan.

<sup>5</sup> Vel insidiis vel potestate | Mavult idem Barthius vel insidiis præve potestate cum in membranis sit pro potestate. Pont.

num suarum, aut effugisse videatur. <sup>4</sup> corporis; si temeto ingurgitatus aut distentus cibo, vel ex abundantia præfocari se existimet, vel <sup>5</sup> gravantibus exonerari: aut contra, si esuriens cibum aut potum si-  
tiens desiderare, querere, vel etiam invenisse videatur. fortunæ; cum se quis æstimet vel potentia, vel magistratu aut augeri pro de-  
siderio, aut exui pro timore. Hæc & his similia, quoniam ex habi-  
tu mentis quietem sicut prævenerant, ita & turbaverant dormientis,  
<sup>6</sup> una cum somno avolant & pariter evanescunt. hinc & insomnio no-  
men est, non quia per somnium videtur ( hoc enim est huic generi  
commune cum cæteris ) sed quia in ipso somnio tantummodo esse  
creditur, dum videtur; post somnium nullam sui utilitatem vel sig-  
nificationem relinquit. Falsa esse insomnia nec Maro tacuit,

*Sed falsa ad certum mittunt insomnia manes,*

coelum hic vivorum regionem vocans: quia sicut di nobis, ita nos  
defunctis superi habemur. Amorem quoque describens, <sup>7</sup> cuius cu-  
ram sequuntur insomnia, ait;

--- *Hærent infixi petiore vultus,*

*Verbaque: nec placidam membris das cura quietem.*  
& post hæc.

*Anna soror que me suspensam insomnia terrent?*  
qærtosua vero, hoc est visum, cum inter vigiliam & adultam quie-

<sup>4</sup> *Corporis; si temeto ingurgitatus | Apuleius lib. 1. Ne merito, inquam, medici fidi*  
cibo & crapula distentus seva & gravia somni-  
are austenant. *Miki denique, quod poca-*  
lespi minus temperavi, non acerba diras, &  
truces imagines obnulis. Plutarchus quoque  
Symposiacum lib. 8. quastione decima, cibos,  
ait, certos esse qui difficiles somnos faciant &  
animam perturbant; testatumquid fieri faberum  
exemplo & polypidis capite, quibus abstineri ju-  
bentur qui divinare per somnum eperent.  
Hinc Cicero ( quod à re alienum non erit ad-  
didisse ) censuit Pythagoreis interdictum, ne  
faba vescerentur, quod is cibus tranquillita-  
tem mentis quærentibus constaret esse con-  
trarius. *Sed Aristoxenus musicus, ( ut an-*  
notat studiose Noctium Scriptor ) vir litera-  
rum veterum diligentissimus, Aristoteles audi-  
tor, in libro quem de Pythagora reliquit, nullo  
sapienti legumento Pythagorum dicit usum quam  
fabis: quoniam is cibus & subducere sensum al-  
bum & lavigare. Verba ipsa Aristoxeni ad-  
scripta, quem dixi, Autor, & obiter de  
xvi μονον non esitato causam erroris adnectit  
ex male intellecto Empedoclis versu. Locus  
est lib. 4. c. 11. Et Clemens Alexandri-  
nus 3. Strom. ait prohibitam à Pythagoricis  
fabam, quia sterilitatem mulieribus inducit &  
viris. Theophrastus quoque de causis Plan-  
tarum refert, fabarum semina sata prope ra-  
dices arborum ipsas arbores steriles efficere.  
Et denique Plutarchus: *Fabis abstine, id est,*

reipublica administrationem vita. Nam olim  
Magistratus per suffragia fabis lata creabantur.  
Porro in Apulei, quæ posui, verbis, *medici*  
*fidi*, non fidam satis scripturam animadver-  
tent viri eruditii. Censuit Cl. Liphius rescri-  
bendum, *medicisci*, vel *medicifices* pro *ipisis*  
*medici*, quæque attem eam faciant, ut *signi-  
fices* & *alia*. Alii *medici* viri urgent. Ego  
hic nihil definiam: videndum tamen moneo  
ne Aufosiana vox fuerit; *medicini cibo & cra-  
pula distentus seva & gravia somniare austen-  
tare*. Nam ita pro *medicis* dixisse alicubi  
Burdigalensem illum in Epistolis observavi.  
Hoc, inquam, videndum; quamvis ipse, ut  
rem dicam, malum, *M: dici filii*. Macrobi.  
lib. 1. cap. 17. *Eadem opinio solitatis & Me-  
dici Dei in nostris quoque sacris sovetur. namque*  
*virgines Vestales ita indigerant: Apollo.*  
*Medice. Apollo. Paean. Pont.*

<sup>7</sup> *Gravantibus exonerari | In Ms. Barthius*  
innuit esse *gravantia*; quod eo modo accipi-  
endum sit, quemadmodum abundantia, quod  
uno versu præcedit. *Id.*

<sup>8</sup> *Una cum somno advolant & pariter eva-  
nescunt | Probar magis Modus quod in*  
membranis suis repertiri ait: *avolant & pari-  
ter evanescunt. Pontan. Verissime Modius,*  
& nunc ita edimus. *Graev.*

<sup>9</sup> *Cujus curam sequuntur | In omnibus en-  
tiquis offendit semper sequantur, et si eam par-  
ticulam expellat Modius. Graev.*

tem <sup>10</sup> in quadam, ut aiunt, prima somni nebula adhuc se vigilare aestimans, qui dormire vix coepit, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas, à natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variaque tempelates rerum vel latae vel turbulentas. <sup>11</sup> In hoc genere est ἐπιάλτης; quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere, & pondere suo pressos ac sentientes gravare. His duobus modis ad nullam noscendi futuri opem receptis, tribus ceteris in ingenium divinationis instruimur. Et est Oraculum quidem, cum in somnis parens vel alia sancta gravisque persona, seu sacerdos, vel etiam deus, <sup>12</sup> aperte eventurum quid, aut non eventurum, faciendum vitandumve denunciat. Visio est autem, cum id quis videt, quod eodem modo quo apparuerat eveniet, amicum peregre commorantem, quem non cogitabat, visus sibi est reversum videre, <sup>13</sup> & procedenti obvius, quem viderat, <sup>14</sup> venit in amplexus. depositum in quiete suscipit; <sup>15</sup> & matutinus ei precursor occurrit mandans pecu-

<sup>10</sup> In quadam ( ut aiunt ) prima somni nebula. &c. | Non absimilem dixit somnum suum Seneca ad Luciliu Epistol. 83.

*Consuetudinem meam nosti, brevissimo somno ut quasi inter Jungo; satis mihi est vigilare defusa.*

Sed clarior res erit, si cum scriptis plerisque reformes: & quasi intervigilo, id enim est, quod explicat ipse, & quasi dicat, sufficit mihi nec indormisse omnino, nec plane vigilasse. Sensit hoc liquido Seneca, illud scriptis; sed ita ut vocem intervigilo interpretemur non veluti verbum, verum ut somni adfectionem. Somno itaque brevissimo & quasi intervigilo erit levi & veluti insomni. Tale de canum natura expressit poeta vetus; *Hac levissima canum fido cum murmure corda.* Dicito denique, quam eruimus, possit aliquid, qua flexione, adfertre dubitationem, sed non debet. Plaurus, *Tuam fidem Venus Nollivigila.* Et Apuleius lib. 9. Met. *Lucubrabant per vigilam farinam.* Amo autem virum dum qui licet mentem hanc Philosophi non tetigerit, maluit tamen de scriptura faragere quam temere rejicere. *Pontan.*

<sup>11</sup> In hoc genere est ἐπιάλτης | Maro in Cule:

*Devictum mastus procul aspiciens Elysianum.  
Pont.*

<sup>12</sup> Aperte eventurum quid, aut non eventurum | Utroque membrana quas inspexit Barthius, *venitrum.* & statim nunciat, non denunciat. Pont.

<sup>13</sup> Es procedenti obvius | An non? procedens obvius, quem viderat, venit in amplexus. Egreditus sedibus in publicum, cum obvium habebat, quem secundum quietem viderat. Gronou,

<sup>14</sup> Venit in amplexus depositum | Perpe-

ram interpongit haec postrema editio, quasi omnia essent unum ὄγκος, cum duo sint cōceptū exempla, alterum amico occurrentis reverso; alterum depositos excipientis nummos; quarum rerum uterque somnum imaginem accepatur. Sed & membrana suscepit, recte: nam quia eveniens narrat, quod significatum erat, hoc præterito melius pronunciat. Ut ante: *Visus est sibi reversum videre, non videt: jam enim gesta res fuerat.* Dein membrana: *mandans pecuniam tutela, & fida celandam custodia committent.* Grossov.

<sup>15</sup> Et matutinus ei precursor occurrit | Lucas est Senecæ Philosophic. 16. lib. 6. de Benefiis:

*Itaque medico qui nihil amplius quam mammam tangit, & me inter eos, quos perambulat, ponit, sine ullo affectu facienda vitandave precipiens, nihil amplius debet, quia me non tanquam amicum vidit, sed tanquam imperatorem.*

Qui quam miserum in modum hujus, superorisque ætatis doctissimos exercuerit, abunde sciet quisquis consuluerit Alciat. l. 7. c. 13. parerg. Duarenum lib. 1. cap. 54. Disput. Annivers. Connanum, Hotomanum, Pincianum: &c, omnes ne enumerem, unus Gruterus ad Senecam esto instar omnium. Eo autem sententia fere singulorum redeunt ut segrotos imperantes sive imperatores antiquitus censeant appellatos: quod quam absconsum hoc certe Seneca loco sit, uberior ali quando, si volentibus Muis erit, demonstrabitur; nunc sufficiat monuisse omnino Macrobiiana illa voce faciendum: *qua me non tanquam amicum vidit, sed tanquam precatorem.* Viti causa fuit quod finalis litera in voce *tanquam*, geminaverit in sequenti. De-

niz tutelā,<sup>16</sup> & fidē custodiz celanda committens.<sup>17</sup> Somniū proprie vocatur, quod regit figuris & velat ambagibus non nisi interpretatio ne intelligendam significationem rei quæ demonstratur, quod quale sit, à nobis non exponendum est, cum hoc unusquisque, ex usu quid sit, agnoscat.<sup>18</sup> Hujus quinque sunt species, aut enim proprium, aut alienum, aut communē, aut publicum, aut generale est. Proprium est; cum se quis facientem patientemve aliquid somniet: alienum; cum aliud: communē; cum se una cum alio. Publicum est; cum civitati forove vel theatro seu quibuslibet publicis mœnibus actibus- ve triste vel lātum quid existimat accidisse. generale est, cum circa solis orbem lunaremve globum,<sup>19</sup> seu alia sidera vel cœlum omnes- ve terras aliquid somniet innovatum. Hoc ergo, quod Scipio vidisse se retulit,<sup>20</sup> & illa quæ sola probabilia sunt genera principalitatis am- plectitur, & omnes ipsius somnii species attingit, est enim Oraclum; quia Paulus & Africanus<sup>21</sup> uterque parens, sancti gravesque ambo nec alieni sacerdotio, quid illi eventurum esset denuntiaverant, est Vifio: quia loca ipsa, in quibus post corpus vel qualis futurus esset, aspexit. est Somnium; quia rerum, quæ illi narratæ sunt altitudo recta profunditate prudentiæ non potest nobis nisi scientia interpre- tationis aperiri.<sup>22</sup> Ad ipsius quoque somnii species omnes refertur.

inde amicum & precatorem quam eleganter comparaverit Philosophus, quis nisi cui ani- mus pro fale sit, non videat? Pont. De hoc loco Seneca vide, si lubet, Salmastum ad Spartiani Hadrianum, qui primus verum ejus sensum vidit, pag. 7. & 8. quem sequitur Ludovicus Savoccus de nummis lib. iii. cap. 12. Gronov.

<sup>16</sup> Et fida custodia celanda committens | Libri nonnulli celandam, ut ad pecuniam five- ntelam referatur, quod praeedit. Pontan.

<sup>17</sup> Somnium proprie vocatur, quod regit fig- uris | Idque ~~tempore~~ est. Artemidorus fig- nanter: *Siquidem tempore* Gracie ab *in id est* verum, & *epis* quod est loquor construuntur. Pontan.

<sup>18</sup> Hujus quinque sunt species | Sumpturn ab eodem, quem dixi, Artemidoros. Qui & aptissime adnectit ejusmodi tunc somnia di- ci proprie *tempore* *etiam* *tempore*. Vide cap. 1. lib. 1. Doctos itaq. e viro qui hanc fugi- lant Macrobii partitionem, fugillare prius o- portuit in hac palestra principis Artemidori. Pont.

<sup>19</sup> Sen alia sidera vel cœlum omnesque terras aliquid sensit innovatum | Ita accipio istud Astrampsychi in Onirocritico, πολὺς βάτην Σίντα, μυστικόν τὸ δέ. Nam quod alias legit- tur, πολὺς, quomodo novum aut notabile? Hippocrates quoque aspexit in rebus ægri, Libro de Insomniis: Γῆ καθεμένη θεωρίαι ἡ φύσις, ὑγιεῖσι τὸν αἰδηρόν, ἀδυνάτου συγγένεις πορεύεται, ἢ, ὑγιεῖσι καὶ ματαξισσον τὸ καράπ-

*χολός*: Terra aut domus moveri visa, sano quidem viro debilitatem significat; aggrau- vero sanitatem, & ex presenti statu transmuta- onem. Pontan.

<sup>20</sup> Et illa qua sola probabilia | MSS. & tria illa q. s. p. Quia non video probabilitatem esse vulgatam scripturam. Gronov.

<sup>21</sup> Ut ergo parens sancti gravesque ambo | Hec pristina & certa Aurelii lectio, que nescio quem verborum concentum auribus ultima voce conciliat, & ex poetis videtur hauiisse. Ovid. 1. Met. 325. *Innotus ambo,* cultus numinis ambo. Virg. 4. Georg. 341. *Oceanides amba.* Amba auro, pīdīs incincta vestitus amba. Statius vi. Theb. Ambō pīi, carique amba. Itaque nil mutem apud eum- dem Ovid. viii. Met. 372.

*At gemini, nondum cœlestia sidera, fratres,*  
*Ambō conspicari, nive candidioribus azubis*  
*Vellabantur equis.*

Tum etiam MSS. alieni à sacerdotio, ut perenne auctor. Gronov.

<sup>22</sup> Ad ipsius quoque somnii species omnes re- fertur | Legunt membrane Modianæ; Ad ipsius quoque somnii species omnes referuntur. Et statim, pro, ad supera ipse, membranae Barthii ad superna per se ipse. Pont. Sane & nosfer optimus referuntur, sed non etiam ad ipsum. An concinnior longe sit ea scripta lec- tio, quam adeo laudat Modius, auctor indi- cabit ipse, cujus verba sunt cap. 4. *Tretiaris* generibus ac modis, ad quos Scipionis somniorum referuntur. Et cap. 5. Ipsaque distinctissimas species

est proprium ; quia ad supera ipse perductus est, & de se futura cognovit. est alienum ; quod, quem statum aliorum animæ sortitæ sint, deprehendit. est commune ; quod eadem loca tam sibi quam ceteris ejusdem meriti didicit preparari. est publicum ; quod victoriam patriæ & Karthaginis interitum & Capitolinum triumphum ac solitudinem futuræ seditionis agnovit. est generale ; quod coelum coelique circulos conversionisque concentum vivo adhuc homini nova & incognita, stellarum etiam ac luminum motus, terræque omnis situm, suspiciendo vel despiciendo concepit. Nec dici potest non aptum fuisse Scipionis personæ somnium, quod & generale esset & publicum : quia necdum illi contigisset amplissimus magistratus ; imo cum adhuc, ut ipse dicit, pæne miles haberetur. aiunt enim non habenda pro veris de statu civitatis somnia, nisi quæ rector ejus magistratusve vidisset, aut quæ de plebe non unus sed multi similia somniasset : ideo apud Homerum, cum in concilio Græcorum Agamemnon somnium, quod de instruendo prælio viderat, publicaret, Nestor, qui non minus ipse prudentia quam omnis juventa viribus juvit exercitum, concilians fidem relatis, <sup>23</sup> De statu, inquit, publico credendum regio somnio : quod si alter vidisset, repudiaremus ut futile. Sed non ab re erat, ut Scipio, et si necdum adeptus tunc fuerat consulatum, nec erat rector exercitus, Karthaginis somniaret interitum, cuius erat auctor futurus ; audiretque victoriam beneficio suo publicam ; videret etiam secreta naturæ vir non minus philosophia quam virtute præcellens. His assertis, quia superius falsitatis insomniorum Vergilium testem citantes, ejus versus fecimus mentionem eruti de geminarum somnii descriptione portarum. Si quis forte querere velit cur porta ex ebore falsis, & è cornu veris sit deputata ; instruetur auctore Porphyrio, qui in commentariis suis hæc in eundem locum dicit ab Homero sub eadem divisione descriptum : Latet, inquit, omne verum. hoc tamen anima, cum ab officiis corporis somno ejus paululum libera est, interdum aspicit ; nonnunquam tendit aciem, nec tamen pervenit : &, cum aspicit, tamen non libero & directo lumine videt, sed interjecto velamine, quod nexus naturæ caligantis obducit. Et hoc in natura esse idem Vergilius asserit dicens,

*Adspice ; namque omnem que nunc obducta tuent  
Mortales habent visus tibi, & humida circum  
Caligat, nubem eripiam.*

somniorum, ad quas Africani somnium constaret referri. In sequentibus optimus noster, perinde ut Barthianus ad superna per se ipse. Gronov.

<sup>23</sup> De statu, inquit, publico credendum regio somnio. | Nestoris verba sunt Iliad. B.

Ω γίαοι, Αργειανη τοπε ἡτὶ μέδοτε,  
Εἰ μὲν τις ὁμεγεῖς οὐτῶν εἴναις,  
Ψεύδε καὶ φέμεις, τῇ νοοῖς οἷμαστα μελλον.  
Νῦν δὲ τὸν οὐ μήρ αἴτος οὐτὶ σπουδῆ  
εὔχεται τινα.

Nos ita obiter reddebamus :

O chari, Argivumque duces late induperantes,  
Si quis ab hoc aliis Danaum sua somnia  
narret,

Vana siam & veris confusa ab argumenis :  
Nunc vidit, populo qui praefidet, ille Agamemnon.

Ubi ὄντες ὄντες formaliter intellexi  
quonodo Amphitryone Plautus, Recit dicit,  
ut conniveret ; somniorum narrat tibi. Et Martialis : Semper mane mibi de me mera somnia  
narras. Pontan.

Hoc

Hoc velamen cum in quieta ad verum usque aciem animæ introspecti-  
entis admittit de cornu creditur, cuius ista natura est, ut tenuatum  
visui pervium sit: cum autem à vero hebetat ac repellit obtutum, e-  
bur putatur: <sup>24</sup> cuius corpus ita natura densatum est, ut ad quamvis  
extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu ad ulteriora tendente pe-  
netretur.

<sup>24</sup> *Natura densatum est | Codex Barthi,*  
*natura densatum est, [ut & editio Parisien-*  
*sis, anni 1585.] Glossa ejusdem codicis*  
*marginalis: *biter densatum* & *densatum**  
*est differentia. Est enim *densatum*, quod in*  
*sua natura habet spissitudinem; *densatum**  
*vero quod ab alio agente. Pontian.*

*Cuius corpus ita natura densatum | Den-*  
*serum nos quoque in optimae fidei membranis*  
*offendimus: sed in alteris vulgatum, quod*  
*miror: etenim haec quoque eadem, que ex*  
*Barthianis annotatur, explicationem in mar-*  
*gine habebant. Sed ea nebulæ cyatho digna*  
*non est. Macrobius scimus esse *denserum*. Ut*  
*c. 22. Quid de omni silvestri ruminis usum,*  
*impenetrabile, *denserum*, ex defacatio reſidis*  
*elementis. vii. Sat. 7. Leve autem est malie-*  
*runt corpus, quasi naturali frigore *denserum*,*  
*cap. 9. Offa nimis siccitate ita *densa* sunt, ut*  
*penetrabilia non sint. Ibidem cap. 12. Nix er-*  
*go, qua nihil aliud est, quam aqua in aere den-*  
*sa, tenuitatem sui cum denseretur amissit.*

Ut recte Muretus, cap. ult. lib. 1. ad Som-  
nium. Nam si aer terreni frigoris exhalatione  
densatus in nebula cogitur. Ita quippe MS.  
non *densatus*, ut editur. Prisciani verba sunt  
lib. 8. *Sunt alia quamvis eadem significatio-*  
*nem servent, diversa tamen sunt conjugationes*  
*in usu, scilicet denſo, densus, & denſo, denſes. Ubi*  
*exempla habes ex Virgilio. Stabiliendus obi-*  
*ter locus hujus libri cap. 15. Diodorus ignem*  
*esse *densa* concretaque natura. Sic vulgo lo-*  
*gitur, & adsentitur unus à manu prima: nam*  
*postea & super impositum est. Antiquior di-*  
*serte *densa*, sed chartaceus tantum *densa*,*  
*quod in hac diversitate ab auctoris manu esse*  
*credo. Conjungit eadem hujus libri c. 19.*  
*Quia illa luna aeris & aqua, qua per se concita*  
*& densa sunt, fax habetur. II. 4. aeris con-*  
*centrum tractans, de spiritu inquit: Ut circa*  
*terrā, qua ultima sphararum est, tare con-*  
*crevus tam *densus* habeatur, ut causa sit terra*  
*in una sede semper harendi. Itaque tuto pa-*  
*stremum elegi. Gronov.*

## C A P. IV.

*Propositum seu scopus hujus somnis quis sit.*

**T**RACTATIS generibus & modis, ad quos somnium Scipionis refertur,  
nunc ipsam ejusdem somnii mentem, ipsumque propositum,  
quem Græci σκοπόν vocant, antequam verba inspiciantur, tentemus  
aperire; & eo pertinere propositum praesentis operis afferamus, si-  
cuit jam <sup>2</sup> in principio hujus sermonis adstruximus, ut animas bene de  
republica meritorum post corpora cœlo redi, & illic frui beatitatis

<sup>1</sup> *Ipsiusque propositum | Absit hoc totum à*  
*codice Barthi. Ponit. Sed est in iis, quos vidi-*  
*mus & manere debet: nam seq. cap. Super*  
*his omnibus ijsias somnii, de quo loquimus,*  
*mentem propositumque signavimus. Gronov.*

<sup>2</sup> *In principio hujus sermonis | Quamvis hoc*  
*quidem non mendose, haud cunctanter ta-*  
*men arripimus, quod qui zetate ceteros præ-*  
*flat. MS. exhibet, in primo, vii. Sat. 5. In primo*  
*specioso magis quam veris exemplis pone no-*  
*Disarii nostri cepit ingenium. Et præfatione*  
*eundem de Albino: In ejus historia primo*  
*scriptum est; quod Polybius dixerat, iſogkas*

<sup>3</sup> *διὰ τὸ μεροπίου, &c. Gellius vero, in*  
*eius historia principio. v. Sat. 2. Homerus in*  
*primo cum velles iniquum Graci Apollinem*  
*facere. Sic contia in ultimo iii. Sat. 4. Id po-*  
*tissimum ab eo probatum, quod ex sua consue-*  
*tudine in ultimo posuit. In novissimo. iv. Sat. 2.*  
*Pothae in novissimo, quod irati libenter faciunt,*  
*maledicunt. Tale etiam est 1. Sat. 5. A primo*  
*laciis in cana tempus. I. v. § 1. D. In litera*  
*jur. Sed index posset præfinire certam summam*  
*usque ad quam invenerit: licuit enim & à primo*  
*nece deferre. Adde quæ pater notavit ad Liv.*  
*x. 14. Gronov.*

per-

perpetuitate nos doceat. Nam Scipionem ipsum hæc occasio ad narrandum somnium provocavit, quod longo tempore se testatus est silencio condidisse, cum enim Lælius quereretur nullas Nasicae statuas in publico, <sup>3</sup> in imperfecti tyranni remunerationem, locatas; respondit Scipio post alia in hæc verba: *Sed quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est præmium: tamen illa divina virtus <sup>4</sup> non statuas plumbō inherentes, nec triumphos arescentibus laureis, sed stabiliora quædam & viridiora præmiorum genera desiderat. Quæ tamen ista sunt, inquit Lælius?* Tum Scipio, Patimini me, inquit, quoniam tertium diem jam feriati sumus. & cætera, quibus ad narrationem somnii venit, docens illa, esse stabiliora & viridiora præmiorum genera, quæ ipse vidisset in coelo bonis rerump. servata rectoribus: sicut his verbis ejus ostenditur: *Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam; sic habeto. Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo & definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. & paulo post, hunc certum locum, qui sit designans, ait: Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego qui te genui, justitiam cole & pietatem: quæ cum magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. ea vita via est in cælum, & in hunc cætum eorum qui jam vixere & corpore laxati sillum incolunt locum, quem vides, significans galaxian.* Sciendum est enim quod locus, in quo sibi esse videtur Scipio per quietem, lacteus circulus est, qui galaxias vocatur; siquidem his verbis in principio utitur: *Ostendebat autem Carthaginem de excelso & pleno stellarum illustri & claro quodam loco. & paulo post apertius dicit: Erat autem is splendidissimo candore inter flamas circulus elucens, quem vos, ut à Grassis accepistis, orbem lacteum nuncupatis; ex quo omnia mihi con-*

<sup>3</sup> In imperfecti tyranni remunerationem | Nec codicum scriptorum ita quisquam, nec ulla veterum editionum, quæ præferunt in imperfecti tyranni remuneratione. Longe dulciss. Florus 11. 20. Spartacus de milite deserter, inde latro, deinde in honore virium gladiator. 11.2. In causa belli Saguntus deleta est. Ita enim Nazar. codex, non in causam, quod magnus commentator amplectitur. Trebellius Pollio de Postumio juniori: *In honore ejus Augustus. Minutius Felix: inepta solatia a poësi in dulcedine carminis lusa.* Pro quo Justinus dixit in fabula dulcedinem, Arnobius ad voluptatem. Solinus c. 2. Heretum à Graecis in honore Hera. c. 44. In cuius memoria usque adhuc solenni cursu statio lacum populus circum. Ita utробique MSS. Scholastæ Arati: *Canem Precridi in manere datum.* Melior tamen membrana omisso <sup>ns</sup> in ostendit Macrobius hoc loco usum epexegefi statuas remunerationem, quo vix me teneo, quin declinem. Gron.

<sup>4</sup> Non statuas plumbō inherentes, nec triumphos arescentibus laureis | Hinc adumbrata

Tiberii Cæsaris verba apud Tacitum Annal. 4. *Satis superque memoria mea tribuent (poteri) ut maioribus meis dignum, rerum vestiarum prævidum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publica non pavidum, credant. Hac mihi in animis vestris temple, ha pulcherrima effigies & mansueta. Nam quæ saxo struuntur, si judicium posterorum in odium veritatis, pro sepulchris spernuntur. Pont.*

<sup>5</sup> *Certum esse & definitum locum | Et hic & cap. 8. ubi ea repetit, & in ipso somni contextu abest à melioribus libris copula. Gronov.*

<sup>6</sup> *Significans galaxian. | Hæc quoque quasi Scipionis continua verba essent, eadem literarum forma scribi curabant Stephanus & eum plerumque fideliter fecerunt Iacobi. Sed & Scholastæ Manuscriptorum marginibus adscribunt verba Macrobi, & præterea in ipsa somni narratione nec in MSS. nec in editis reperiuntur, neque somniantis decori servunt. Item.*

*templanti preclara & mirabilia videbantur. & de hoc quidem galaxia, cum de circulis loquemur, plenius differemus.*

## C A P. V.

*Quamquam omnes numeri modo quodam pleni sunt ; tamen septenarius um est octonarium peculiariter plenos dici ; quamque ob causam octonarius plenus vocetur.*

**S**E D jam quoniam inter libros, quos de republica Cicero quosque prius Plato scriperat, quæ differentia, quæ similitudo habeatur, expressimus, & cur operi suo vel Plato Eris indicium vel Cicero somnium Scipionis adsciverit, quidve sit ab Epicureis objectum Platonis, vel quemadmodum debilis calumnia refellatur, & quibus tractatibus philosophi admisceant, vel à quibus penitus excludant fabulosa, retulimus ; adjecimusque post hæc necessario genera omnium imaginum, quæ falso quæque vero videntur in somnis, ipsasque distinximus species somniorum, ad quas Africani somnum constaret referri ; & cur Scipioni convenerit talia somniare ; & de geminis somnii portis, quæ fuerit à veteribus expressa sententia ; super his omnibus, ipsius somnii, de quo loquimur, mentem propositumque signavimus ; & partem cœli evidenter expressimus, in qua sibi Scipio per quietem hæc vel vidisse visus est vel audisse quæ retulit : nunc jam discutienda nobis sunt ipsius somnii verba, non omnia, sed ut quæque videbuntur digna quæsitu. ac prima nobis tractanda se ingerit pars illa de numeris, in qua sic ait : *Nam cum etas tua septenos octies solis amfractus reditusque converterit, duoque hi numeri, quorum uterque plenus alter altera de causa habetur, circuitu naturali summan tibi fatalem confecersint : in te unum atque in tuum nomen se tota convertet civitas. te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur : tu eris unus in quo nitatur civitatis salus ; ac, ne multa, dictator remp. constitutas oportet, si impias propinquorum manus effugeris.* Plenitudinem hic non frustra numeris assignat. plenitudo enim proprie nisi divinis rebus supernisque non convenit : neque enim corpus proprie plenum dixeris, quod cum sui sit impatiens effluendo, alieni est appetens hauriendo. quæ si metallicis corporibus non usu veniunt, non tamen plena illa sed vasta dicenda sunt. Hæc est igitur communis numerorum omnium plenitudo; quod cogitationi à nobis ad superos meanti occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. inter ipsos tamen proprie pleni vocantur

<sup>1</sup> Vel Plato Eris indicium | MS. optimus redi vivi Eris. nec sustineo repellere : vite redditum supra dixit. Gronov.

<sup>2</sup> Ex cur Scipioni convenerit | Ferri hoc facile potest, sed tamen adhibendi libri manu exarati, in quibus dilucide & si Scipioni ut ad marginem Camerarius. Quod quin sit auto-

ris, non dubito. Si pro an. Hoc libro cap. 11. Ergo veli dicas, inquit, si & pater Paulus tecum & alii superfint. cap. 16. De luna. si vere luce lucet aliena, sequentia docebunt. cap. 17. Quod cum dicit, admonet, ut quaratur, si versatur calum, & si illi septem & versantur & contrario motu moverent. Gron. secundum

secundum hos modos, qui præsenti tractatui necessarii sunt, qui aut vim obtinent vinculorum, aut corpora rursus efficiuntur, aut corpus efficiunt, sed corpus, quod intelligendo non sentiendo, concipiatis. Totum hoc, <sup>3</sup> ut obscuritatis deprecetur offensa, paulo altius repetita rerum luce, pandendum est. Omnia corpora superficie finiuntur, & in ipsam eorum pars ultima terminatur. hi autem termini, cum sint semper circa corpora quorum termini sunt, incorporei tamen intelliguntur. nam quoisque corpus esse dicetur; necdum terminus intelligitur: cogitatio, quæ conceperit terminum, corpus relinquit. ergo primus à corporibus ad incorporea transitus ostendit corporum terminos. & <sup>4</sup> hæc est prima incorporea natura post corporea, sed non pure nec ad integrum carens corpore: nam licet extra corpus natura ejus sit; tamen non nisi circa corpus appetit. cum totum denique corpus nominas; etiam superficies hoc vocabulo continetur: de corporibus eam <sup>5</sup> tametsi non res sed intellectus sequestrat. Hæc superficies sicut est corporum terminus, ita lineis terminatur, <sup>6</sup> quas suo nomine grammas Græcia nominavit. <sup>7</sup> punctis lineæ finiuntur. Et hæc sunt corpora quæ mathematica vocantur; de quibus sollerti industria geometricæ disputatur. Ergo hæc superficies, cum ex aliqua parte corporis cogitatur, pro forma subjecti corporis accipit numerum linearum nam seu trium ut trigonum, seu quatuor ut quadratum, seu plurimum sit angulorum; totidem lineis fere ad extrema tangentibus <sup>8</sup> planicies includitur. Hoc loco ammonendi sumus, quod

<sup>3</sup> Ut obscuritatis deprecetur offensa | Libri offendam: unde in Beroaldino distinguitur, nescio quo sensu deprecetur: offendam paulo. Ascensius edidit, ut obscuritatis depulsetur offensa, & hoc placuit Camerario. Sed quod diximus esse in scriptis, ocius admittendum censemus: est enim deprecari possumus pro evitare, ut 11. 15. Ergo nec principium motus ad deprecandam alterius moventis necessarium stare dicetur. Gronov.

<sup>4</sup> Hæc est prima incorporea natura post corpora | Ita & Camerarius. Praesero tamen quod in verutis est, post corpora. Infra, primam post corpora diximus in corpoream naturam. Pont. Ab Ilacio stant etiam omnes scripti. Gronov.

<sup>5</sup> Tamen non res, sed intellectus sequestrat | Chartaceus liber: tamen intellectus, que non paulo exquisitor apodosia, Ulpianus I. iii. § 1. D. de receptis. Tamen neminem prator cogat arbitrium recipere, attamen, ubi semel quis in se recuperis arbitrium, ad casram suam hanc rem postavis pertinere. Petrius I. xliv. D. de usufructu. Tamen meliorum, excelando ad officium, domini causam fallitus est, non tamen id jure suo facere potest. Noster I. Saturn. I. 3. Quidnam id sit, tametsi adhuc nescio, dubitare tamen non debet esse scire optimum.

Quamvis duo membranacei tamenetsi non res delera in uno vocula sed. Unde suspicio sub oriri posset veram scripturam esse, tamenetsi non res, tamen intellectus. Nam in hoc quoque valde luserunt. Cicero iv. fam. 15. Sed tamenetsi ante scripsi, que existimavi scribi oportere, tamen hoc tempore breviter communandum patavam. Adde locum Casarisi, & reliqua collecta à Mureto xi. Var. 17. Julium Scaligerum, cum in his verbis Cardani, Quadam tamenetsi secca, molliunt tamen, Grammaticorum ferulas subjecerat adversativam conjunctionem repetitam. Exercit. 104. 3. alias res egisse aliquando ex patre audiebam, Gron.

<sup>6</sup> Quas suo nomine Grammas, &c. | Glosse, Līsa γράμμα. Nisi Lines ibi potius quam Līsa legendum. Pont.

<sup>7</sup> Punctis linea finiuntur | Suspicio ob precedentis verbi postremas literas excidisse binarium numerum 11. nam hac eadem pagina inquit; duo, linea duorum faciunt, quia duabus punctis, ut supra diximus, coegerunt. allucens ad hunc locum; ut fit scribendum duabus punctis, &c. Gron.

<sup>8</sup> Planities includatur | Interponunt vett. scripti ejus, idque ad ponendum. Id.

omne

**omne corpus longitudinis, latitudinis & altitudinis dimensionibus** constat. Ex his tribus in linea ductu una dimensio est. longitudo est enim sine latitudine, planicies vero, quam Graeci ~~empateis~~ vocant, longo latoque distenditur, alto caret. & haec planicies quantis lineis contineatur expressimus. soliditas autem corporum constat, cum his duabus additur altitudo. fit enim tribus dimensionibus impletis corpus solidum, quod ~~sepēv~~ vocant: qualis est tessera, <sup>9</sup> quæ cubus vocatur: si vero non unius partis sed totius velis corporis superficiem cogitare, quod proponamus esse quadratum (ut de uno, quod exemplo sufficiet, disputemus) jam non quatuor sed octo anguli colliguntur. quod animadvertis, si super unum quadratum, quale prius diximus, alterum tale altius impositum mente conspicias, ut altitudo quæ illi plano deerat, adjiciatur; fiatque tribus dimensionibus impletis corpus solidum, quod stereon vocant ad imitationem tesserae, quæ cubus vocatur. Ex his appareat octonarium numerum solidum corpus & esse & haberi. siquidem unum apud geometras puncti locum obtinet. duo, linea ductum faciunt, quæ duobus punctis, ut supra diximus, coercentur. quatuor vero puncta adversum se in duabus ordinibus bina per ordinem posita exprimunt quadrispeciem à singularis punctis in adversum punctum ejecta linea. Haec quatuor, ut diximus, duplicita & octo facta duo quadra similia describunt: quæ sibi superposita <sup>10</sup> additaque altitudine formam cubi, quod est solidum corpus, efficiunt. Ex his appareat antiquorem esse numerum superficie & lineis, ex quibus illam constare memoravimus, formique omnibus. à lineis enim ascenditur ad numerum tamquam ad priorem, ut intelligatur ex diversis numeris linearum quæ formæ geometricæ describantur. <sup>11</sup> Ipsam superficiem cum lineis suis, primam post corpora diximus incorpoream esse naturam, nec tamen sequestrandam, propter perpetuam cum corporibus societatem. ergo quod ab hac sursum recedit, jam pure incorporeum est. numeros autem hac superiores præcedens sermo patefecit. Prima est igitur perfectio incorporalitatis in numeris; & haec est, ut diximus, numerorum omnium plenitudo. seorsum autem illa, ut supra admonuimus, plenitudo est eorum, qui aut corpus efficiant, aut efficiantur, aut vim obtineant vinculorum; licet alias quoque causas quibus pleni numeri efficiantur esse <sup>12</sup> non ambigam. Qualiter autem octonarius numerus solidum corpus efficiat antelatis probatum est. Ergo singulariter quoque plenus jure dicitur propter corporeæ soliditatis effectum. Sed & ad ipsam coeli harmo-

<sup>9</sup> Qua cubus vocatur | MSS. enbct. Ita etiam paulo post &c 11, 2. ubi sunt ea- dem, optimè membrana grecissat. Sed & præterea in scriptis vides prius ~~sepēv~~ Latinis formari figuris, posterius Graecis: contra-rum adscilicunt editores. Id.

<sup>10</sup> Additaque altitudine | Deleo copulam auctore optima membrana. Græc.

<sup>11</sup> Ipsam superficiem | MSS. ipsam vero sa- perf. idem.

<sup>12</sup> Non ambigam | Ino ambigamus lege cum antiquis, quamvis singularem tenent omnes editiones: ita diximus, admonuimus. Defectus idem in lib. 2. cap. 12. Ut breviter à principio unum operis continentiam revel- uam, cum libri vert. omnes revolvamus.

niam, id est, concontinentiam, hunc numerum magis aptum esse non dubium est; cum sphæræ ipsæ octo sint, quæ moventur: de quibus secuturus sermo procedet. Omnes quoque partes, de quibus constat hic numerus, tales sunt, ut ex earum compage plenitudo nascatur: est enim aut de his quæ neque generantur neque generant; de monade & septem: quæ qualia sunt, suo loco plenius explicabitur. Aut de duplicato eo, qui & generatur & generat, id est, quatuor: nam hic numerus quatuor & nascitur de duobus, & octo generat. Aut componitur de tribus & quinque; quorum alter primus omnium numerorum impar apparuit. Quinarii autem potentiam sequens tractatus attinget. Pythagorici vero hunc numerum justitiam vocaverunt: quia primus omnium ita solvit in numeros pariter pares, hoc est, in bis quaterna, ut nihilominus in numeros æque pariter pares divisio quoque ipsa solvatur, id est, in bis bina. Eadem quoque qualitate contexitur; id est, bis bina bis. Cum ergo & contextio ipsius,<sup>13</sup> pari æqualitate procedat, & resolutio æqualiter redeat usque ad monadem, quæ divisionem arithmeticam ratione non recipit; merito propter æqualem divisionem justitiae nomen accepit: & quia ex supradictis omnibus appetet quanta & partium suarum & scorum sua plenitudine nitatur, jure plenus vocatur.

<sup>13</sup> Pari æqualitate procedat | Libb. aqua-  
bilis, &c postea aquabiliter. cap. 22. Calum-

v. 14. Equitatem dico, non utique bene ju-  
dicandi, sed se cum ceteris coagandi, quæ  
ab omni parte aquabiliter distat. Sic aquabili-  
tate locari alio loco. Et Lactantii verba sunt

Cicero aquabilitatem vocat. Gron.

## C A P. VI.

*Multas esse causas cur septenarius plenus vocetur.*

**S**Uperest ut septenarium quoque numerum plenum jure vocandum ratio in medio constituta persuadeat. Ac primum hoc transire fine admiratione non possumus; quod duo numeri, qui in se multiplicati vitale spatum viri fortis includerent, ex pari & impari constiterunt. Hoc enim vere perfectum est, quod ex horum numerorum permixtione generatur. nam <sup>1</sup> impar numerus mas & par feminina vocatur. item arithmeticici imparem patris & parem matris appellatione venerantur. Hinc & Timæus Platonis fabricatorena mundanæ animæ deum partes ejus ex pari & impari, id est, duplari & triplari numero, intertexuisse memoravit; ita ut à duplari usque ad octo, à triplari usque ad viginti septem, staret alternatio mutuandi. Hi enim primi cubi utrique nascuntur, siquidem à paribus bis bini, qui sunt quatuor, superficiem faciunt: bis bina bis, quæ sunt

<sup>1</sup> *Impar numerus mas & par feminina | II. | par feminina, ex pari & impari, id est, ex me-  
2. *Ur, quois impar numerus mas habet, & | ri & feminina nascetur. Gron.**

octo,

**octo, corpus solidum fingunt. A** dispari vero ter terna, quæ sunt novem, superficiem reddunt; & ter terna ter, id est, ter novena, quæ sunt viginti septem, primum æque cubum alterius partis efficiunt. Unde intelligi datur hos duos numeros, octo dico & septem, qui ad multiplicationem annorum perfecti in republica viri conveniunt, solos idoneos ad efficiendam mundi animam judicatos: quia nihil post auctorem potest esse perfectius. Hoc quoque notandum est, quod superius afferentes communem numerorum omnium dignitatem, antiquiores eos superficie & lineis ejus omnibusque corporibus ostendimus: præcedens autem tractatus invenit numeros & ante animam mundi fuisse, quibus illam contextam augustissima Timæi ratio <sup>2</sup> naturæ ipsius conscientia & testis expressit. Hinc est quod pronunciare <sup>3</sup> non dubitavere sapientes animam esse numerum se moventem. Nunc videamus cur septenarius numerus suo seorsum merito plenus habeatur. Cujus <sup>4</sup> ut expressius plenitudo noscatur, primum merita partium de quibus constat, tum demum quid ipse possit, investigemus. Constat septenarius numerus vel ex uno & sex, vel ex duobus & quinque, vel ex tribus & quatuor. Singularum compagum membra tractemus; ex quibus fatebimur nullum alium numerum <sup>5</sup> tam varia esse majestate secundum. Ex uno & sex compago prima componitur. Unum autem, quod *μονάς*, id est, unitas dicitur, & mas idem & fœmina est; par idem atque impar; ipse non numerus, sed fons & origo numerorum. Hæc monas initium finisque omnium, neque ipsa principii aut finis sciens, ad summum refertur deum, ejusque intellectum à sequentium numero rerum & potestatum sequestrat: nec in inferiore post deum gradu eam frustra desideraveris. Hæc illa est mens ex summo enata deo, quæ vices temporum nesciens, in uno semper quod adest consistit ævo; cumque, utpote una, non sit ipsa numerabilis, innumeratas tamen generum species & de se creat & intra se continet. Inde quoque aciem paululum cogitationis inclinans, hanc monadem reperies ad

<sup>2</sup> *Natura ipsius conscientia & testis | Copulam* ἀριθμούς suffragantibus libris scriptis & præcedentibus Stephanum editis: sunt enim priores voces velut ad majorem fidem conciliandam testi addacta commendatio, saepe usitata Macrobius, cap. 16. *Hoc est, quod poeta naturæ ipsius conscientia dixit.* 1. Sat. 12. *Homerus natura conscientia.* Et cap. 14. *Ægyptios solos natura conscientia.* Gron.

<sup>3</sup> *Non dubitavere sapientes | Xenocraten innuit, de quo vide cap. 14. hujus libri.* Favonius Eulogius. *Estque numerus, ne Xenocrates censuit, animus ac Deus.* Gron.

<sup>4</sup> *Ut expressius plenitudo noscatur | In optimis membranis prima secundæ vocis syllaba erat erafa: aliae juxta vulgatos constanter pressiū, quod Macrobii putamus esse adversus li-*

cet postremis editoribus. *Hoc lib. cap. 8. Ab omni hujus mundi aspergne preſſe pureque deterrit.* Et, *Illa autem definitione quid pressius potest esse, quid tantius de nomine civitatum.* cap. 14. *Invenietur pressius intuenti.* cap. 18. *Apud pressius intuentis ita verum esse constabit.* 11. 3. *Et ut ipsam esse qua confit ex omnibus pressius indicaret.* vii. Sat. ult. *Sed illud pressius intuendum est.* Gron.

<sup>5</sup> *Tam varia esse majestate secundum | Reponere secundum, & sic libri.* Infra: *Ejus ergo natura secundus hic numerus.* nam & hæc vestuta scriptura ibi, omisso *τῷ* ita. Similia sunt 11. 5. *Verborum parci, rerum facundus sermo.* &c. *Enata de Platoniorum sensuum facunditate.* Gron.

animam posse referri. Anima enim aliena à silvestris contagione materiz tantum se auctori suo ac sibi debens, simplicem fortita naturam, cum se animandæ immensitati universitatis infundat, nullum init tamen cum sua unitate divertium. Vides ut hæc monas orta à prima rerum causa usque ad animam ubique integra & semper individua continuationem potestatis obtineat. Hæc de monade castigatus quam se copia suggerebat. Nec te remordeat, quod, cum omni numero præesse videatur, in conjunctione præcipue septenarii prædicetur. nulli enim aptius jungitur monas incorrupta, quam virginis. Huic autem numero, id est septenario, adeo opinio virginitatis inolevit, ut Pallas quoque vocetur. Nam virgo creditur, quia nullum ex se parit numerum duplicatus, qui intra denarium coartetur, quem primum limitem conitat esse numerorum. Pallas ideo, quia ex solius monadis fetu, & multiplicatione processit, sicut <sup>6</sup> Minerva sola ex uno parente nata perhibetur. Senarius vero, qui cum uno conjunctus septenarium facit, variae ac multiplicis religionis & potentie est primum ? quod solus ex omnibus numeris, qui infra decem sunt, de suis partibus conitat. habet enim medietatem & tertiam partem, & sextam partem : & est medietas tria ; tercia pars duo, sexta pars unum : quæ omnia simul sex faciunt. Habet & alia sive venerationis indieia, sed, ne longior faciat sermo fastidium, unum ex omnibus ejus officiis persequemur. quod ideo præculimus, quia hoc commemorato, non senarii tantum, sed & septenarii pariter dignitas adstruetur. Humano partui frequentiorem usum novem mensum, certo numerorum modulamine natura constituit : sed ratio sub adsciti senarii numeri multiplicatione procedens etiam septem menses compulit usurpari. quam breviter aboluteque dicemus duos esse primos omnium numerorum cubos, id est, à pari octo, ab impari viginti septem : & esse imparem maren, parem sæminam superius expressimus. horum uterque si per senarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui septem mensibus explicantur. coëant enim numeri mas ille qui memoratur & femina, octo scilicet & viginti septem ; parunt ex se quinque & triginta. hæc sexies multiplicata creant decenni & ducentos : qui numerus dierum mensem septimum claudit. Ita est ergo natura secundus hic numerus, ut primam humani partus perfectionem quasi arbiter quidam maturitatis absolvat. Discretio vero futuri partus; sicut Hippocrates refert, sic in utero dinoscitur. aut enim septuagesimo aut nonagesimo die conceptus moveretur. dies ergo motus, quicunque fuerit de duobus, ter multiplicatus, aut septimum

<sup>6</sup> *Minerva sola ex uno par.* | A Fr. Modio  
primum ex MSS. prodiit hæc lectio: nec est  
cur in dubium revocetur. Tantum nota Ma-  
crobo non convenire cum aliis, quibus præ-  
ter Minervam, eodem pasto Vulcanus, etiam  
Mars dicuntur Junoni duo nomina debere.  
Graec.

<sup>7</sup> *Quod solus ex omnibus numeris, qui in-*  
*fra.* &c. | Modius solus extrudit: item *infra*  
legit, pro *infra*. Pont. Et hoc verum est:  
nam paulo ante etiam, qui *infra* denarium  
coartetur. Præterea est id in MSS. omnibus.  
Ceterum nō sūs care mores. Graec.

aut nōnum explicat mensem. Hæc de prima septenariū copulatione libata sīnt. Secunda de duobus & quinque ēt. ex his dyas, quia pōit monadēm prima ēst, primus ēt numerus. hæc ab illa omnipotentia solitaria in corporis intelligibilis lineam prima defluxit. ideo & ad vagas stellarum & lumen sphaeras refertur, quia hæ quoque ab illa, quæ ἀπλαντις dicitur, in numerum scissæ & in variis motus contrarietatem retortæ sūnt. hic ergo numerus cum quinario aptissime jungitur, dum hic ad errantes, ut diximus, ad cœli Zonas ille referatur: sed ille ratione scissionis; hic numero.<sup>8</sup> Illa vero quinario numero proprietas excepta potentiae ultra cæteras eminentis evenit, quod solus omnia quæque sūnt, quæque videntur ēsse, complexus ēt. ēsse autem dicimus intelligibilia, videri ēsse corporalia omnia, seu divinum corpus habeant seu caducum. Hic ergo numerus simul omnia & supera & subiecta designat. aut enim deus summus ēst, aut mens ex eo natra in qua species rerum continentur, aut mundi anima quæ animarum omnium fons ēst, aut cœlestia sūnt usque ad nos, aut terrena natura ēst: & sic quinarius rerum omnium numerus impletur. De secunda septenarii numeri conjunctione dicta hæc pro affectatæ brevitatis necessitate sufficiant. Tertia ēt de tribus & quatuor. quæ quantum valeat revolvamus. Geometrici corporis ab impari prima planicies in tribus lineis constat, his enim trigonalis forma concluditur. à pari vero prima in quatuor invenitur. Item scimus secundum Platonem, id ēst, secundum ipsius veritatis arcanum, illa forti inter se vinculo colligari, quibus interjecta medietas præstat vinculi firmitatem. cum vero medietas ipsa geminatur, ea quæ extrema sūnt non tenaciter tantum, sed etiam insolubiliter vinciuntur. Primo ergo ternario contigit numero ut inter duo summa medium, quo vinciretur, acciperet. quaternarius vero duas medietates primus omnium nascitus ēt, quas ab hoc numero deus mundanæ molis artifex conditorque mutuatus, insolubili inter se vinculo elementa devinxit: sicut in Timao Platonis assertum ēst, non aliter tam controversa sibi ac repugnantia & naturæ communionem abnuentia permisceri, terram dico & ignem, potuisse & per tam jugabilem competentiam foederari, nisi duobus mediis aëris & aquæ nexibus vincirentur. ita enim elementa inter se diversissima opifex tamen deus ordinis oportunitate connexuit, ut facile jungerentur. nam, cum binæ essent in singulis qualitatibus, talem unicuique de duobus alteram dedit, ut in eo, cui adhæreret, cognatam sibi & simi-

<sup>8</sup> Illa vero quinario numero, &c. | Quinarii seu impars numeri magna ratio & reverentia sūit apud Veteres. Notum verbum Gracum; ή μέση τοι, ή Σε τοι, ή μι την τετραγ. Qui locus in Plauti Sticho ēst, & male interpres, quod vidi, ad vini temperationem referunt. Liquet ex præmissis.

Quot Scyathos hos bibimus? ST. tot quot digiti sunt in manu.

De cyathorum itaque numero capierendus. Plinius hanc ad rem proprie: Numerum quoque quaternarium produdit Demetrius condito volumine, & quare quaterni cyathi sextarii non ēssent libendi. Exter lib. 28. cap. 6. & mirum quomodo Plautinos id eratores fugerit, cum & Erasmus jam olim annotatum in Chiliadibus. Pogg.

lem reperiret. Terra est sicca & frigida: aqua vero frigida & humecta est. hæc duo elementa, licet sibi per siccum humectumque contraria sint, per frigidum tamen commune junguntur. Aër humectus & calidus est: &, cum aquæ frigide contrarius sit calore, conciliatione tamen socii copulatur humoris. super hunc ignis cum sit calidus & siclus, humorem quidem aëris respuit siccitate, sed connectitur per societatem caloris. & ita fit ut singula quæque elementorum duo sibi hinc inde vicina singulis qualitatibus velut quibusdam amplectantur ulnis. aqua terram frigore, aërem sibi necit humore. aër aquæ humecto simili & igni calore sociatur. ignis <sup>9</sup> aëri miscetur ut calido; terra junxitur siccitate. terra ignem sicco patitur; aquam frigore non respuit. Hæc tamen varietas vinculum, si elementa duo forent, nihil inter ipsa firmitatis habuisset; si tria, minus quidem valido, aliquo tamen nexus vincienda nodaret. inter quatuor <sup>10</sup> vero insolubilis colligatio est; cum duæ summitates duabus interjectionibusvinciuntur. quod erit manifestius, si in medio posuerimus ipsam continentiam sensus <sup>10</sup> de Timæo Platonis exceptam. Divini decoris, inquit, ratio postulabat talem fieri mundum, qui & visum pateretur, & tactum. constabat autem neque videri aliquid posse sine ignis beneficio, neque tangi sine solido, & solidum nihil esse sine terra. unde mundi omne corpus de igni & terra instituere fabricator incipiens vidit duo convenire sine medio colligante non posse, & hoc esse optimum vinculum, quod & se pariter & à se liganda devinciat: unam vero interjectionem tunc solum posse sufficere, cum superficies sine altitudinevincienda est: at, ubi artanda vinculis est alta dimensio, nodum nisi gemina interjectione non connecti. inde aërem & aquam inter ignem terramque contexuit: & ita per omnia una & sibi conveniens jugabilis competentia occurrit elementorum diversitatem ipsa differentiarum æqualitate consocians. nam quantum intererit inter aquam & aërem causa densitatis

<sup>9</sup> Aeri miscetur ut calido. | MSS. multo melius in calido. Gronov.

<sup>10</sup> De Timæo Platonis. | Ubi haec Philosophi ver. a. Σωματισθε δὲ καὶ ὁ εργατὸς τὸ περιπολεῖν δὲ τὸ γενέμενον εἶναι. Χαριδόν δὲ τὸ πυρὸς ἐδίνειν ποτὲ δρεπτὸν γένοισθαι δὲν διπλὸν ἄρδε τὸν τοῦ στρεψε. στρεψε δὲ τὸν ἄρδη γῆς. οὕτως ἐκ πυρὸς καὶ γῆς τὸ τὸ πατέντος αἴρεσθαι οὐ σωματισθειν σῶμα ὁ θεὸς ἀποιεῖ. μέντοι δὲ μόνον ξωμάτων τείχεα χωρίς οὐ μωαλόν. μερισθεὶς δὲ τὸ μέσον δὲ πατὰ αἴρεσθαι ξωματισθεῖν γίγνεται. μερισθεὶς δὲ οὐ καλλιτελές, δέ δὲ αὐτὸν καὶ τὸ ξωμάτων, ὃν μάλιστα, διπλαῖς γένεται. Ei μὲν διπλοπλεύσεις μόδι, βα-

θετικής μηδὲν οὐχιν οὐδὲ γίγνεται τὸ τὸ πατέντος σῶμα, μία μεριστικὴ ἀντίκρους τοτε μεθ' αὐτῆς ξωμάτων καὶ οὐκτέλε. γῆς δὲ ( στρεψε γῆς αὐτὸν στρεπτοκαν εἶναι, τὸ δὲ στρεψε μία μέντοι, μέντοι δὲ τὸ πατέντος σωματισθεῖσην ) τὸ τὸ πατέντος τὸ καὶ γῆς, οὐδὲρ αἴρεσθαι δὲ τὸ θεὸς οὐ μέτον θεός, τὸ πατέντος αἴλληλα, τοῦδε δούσι μὲν μωαλοῖς αἴρεσθαι μόνον, δηποτεροπλεύσεις, δηποτεροπλεύσεις αἴρεσθαι τὸ πατέντος τὸ θεὸς οὐδὲρ αἴρεσθαι μόνον, τὸ πατέντος τὸ θεὸς αἴρεσθαι τὸ πατέντος τὸ θεὸς οὐδὲρ αἴρεσθαι μόνον, τὸ πατέντος τὸ θεὸς γένεται. Gron.

& ponderis, tantundem inter aërem & ignem est. & rursus quod interest inter aërem & aquam causa levitatis & raritatis, hoc interest inter aquam & terram. Item quod interest inter terram & aquam causa densitatis & ponderis, hoc interest inter aquam & aërem : & quod inter aquam & aërem, hoc inter aërem & ignem. & contra quod interest inter ignem & aërem tenuitatis levitatisque causa, hoc inter aërem & aquam est: & quod est inter aërem & aquam, hoc inter aquam intelligitur & terram. Nec solum sibi vicina & cohærentia comparantur: sed eadem alternis saltibus custoditur æqualitas. nam quod est terra ad aërem, hoc est aqua ad ignem; & quotiens verteris, eadem reperies jugabilem competentiam. ita ex ipso quo inter se sunt æqualiter diversa sociantur. Hæc eo dicta fint ut aperta ratione constaret neque planiciem sine tribus, neque soliditatem sine quatuor posse vinciri. ergo septenarius numerus geminam vim obtinetvincendi: quia ambæ partes ejus vincula prima sortitæ sunt; ternarius cum una mediata, quaternarius cum duabus. hinc in alio loco ejusdem somnii Cicero de septenario dicit: *Qui numerus rerum omnium fere nodus est.* Item omnia corpora aut mathematica sunt alumna geometriæ, aut talia quæ visum tactumve patiantur. horum priora tribus incrementorum gradibus constant. aut enim <sup>11</sup> linea ejicitur ex puncto, aut ex linea superficies aut ex planicie soliditas. Altera vero corpora quatuor <sup>12</sup> elementorum collato tenore, in robur substantiæ corpulentæ concordi concretione coalescent. Nec non omnium corporum tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, profunditas: termini adnumerato effectu ultimo quatuor; punctum, linea, superficies, & ipsa soliditas, item, cum quatuor sint elementa ex quibus constant corpora, terra, aqua, aér, & ignis, tribus sine dubio interstitiis separantur. quorum unum est à terra usque ad aquam, ab aqua usque ad aërem sequens, tertium ab aëre usque ad ignem. & à terra quidem usque ad aquam spatiū, necessitas à physicis dicitur; quia vincere & solidare creditur, quod est in corporibus luctulentum: <sup>13</sup> unde Homericus censor cum Græcis imprecaretur, Vos omnes, inquit, in terram & aquam resolvamini, in id dicens, quod est in natura humana turbidum, quo facta est homini prima concretio. illud vero quod est inter aquam

<sup>11</sup> Linea ejicitur ex puncto. | Sic jam superius locutus est cap. 5. *A singulis punctis in adversum punctum ejeta linea.* MSS. tamen hoc loco crescit. Et satis hoc elegans videtur: nam & crescere dicitur, quicquid movetur in altum, de quo pater in Observationum libro 3. cap. 1. & nasci linéam dicit cap. 12. Sicut à puncto nascitur linea & in longam ex individuo procedit. Gron.

<sup>12</sup> Elementorum collato tenore. | Admodum variant scripti codd. & multi fanore. Sed admodum me afficit chartæ scriptura

fædere, quæ vox optime hic quadrat, & notat vinculum, continentiam. Sic inferius. Hi duo numeri, tam multiplici inter se cognationis necessitate sociati, efficiendis variisque corporibus consensu ministri fæderis obsequuntur. Et antea dixit terram & ignem per jugabilem competentiam federari. Licet etiam sequatur: explicandis corporibus hi duo numeri collatius praestant favorem. Gron.

<sup>13</sup> Unde Homericus censor cum Græcis imprecaretur, &c. | Menelaum intelligit Iliad. n dicentem: αλλ' οὐ μετ' οὐδὲ πάτερ οὐδὲ γῆ γένεσθε Pont.

& aërem, *έργοντα* dicitur; id est, apta & consonans convenientia: quia hoc spatum est quod superioribus inferiora conciliat, & facit consona convenire. inter aërem vero & ignem obedientia dicitur: quia sicut lутulenta & gravis superioribus necessitate junguntur, ita superiora lутulenta obedientia copulantur, harmonia media<sup>14</sup> conjunctionem utrisque præstante. Ex quatuor igitur elementis & tribus eorum interstitiis absolute corporum constare manifestum est. ergo hi duo numeri, tria dico & quatuor, tam multiplici inter se cognitionis necessitate sociati, efficiendis utrisque corporibus consenti minitri fœderis obsequuntur. Nec solum explicandis corporibus hi duo numeri collativum præstant favorem: sed quaternarium quidem Pythagorei<sup>15</sup> quem τέταρτον vocant, adeo quasi ad perfectionem animæ pertinacem inter arcana venerantur, ut ex eo & jurisjurandi religionem sibi fecerint.

Oὐ μᾶ ἡ ἀμετίς τελεγένεια τελεγένεια.

<sup>16</sup> Juro tibi per eum, qui dat anime nostræ quaternarium numerum.

Ternarius vero assignat animam tribus suis partibus absolutam. quarum prima est ratio, quam λογικόν appellant. secunda animositas, quam θυμόν vocant. tertia cupiditas, quæ θεσμοπόδην nuncupatur. item<sup>17</sup> nullus sapientum animam ex symphoniis quoque musicis constitisse dubitavit. inter has non parvæ potentiae est quæ dicitur διὰ πατέρων. hæc constat ex duabus, id est, διὰ πατέρων, & διὰ μητρός: fit autem diapente ex hemiolio & fit diatessaron ex epitrino. & est primus hemiolius tria, & primus epitritus quatuor. quod quale sit, suo loco<sup>18</sup> planius exlequemur. Ergo ex his duobus numeris constat diatessaron & diapente, ex quibus diapason symphonia generatur, unde Virgilius nullius disciplinæ expers, plene & per omnia beatos exprimere volens, ait:

O terque quaterque beati.

Hæc de partibus septenarii numeri sectantes compendia diximus. de

<sup>14</sup> Conjunctionem utrisque præstante. | Modii membranae utriusque. Idem.

<sup>15</sup> Quem τετεράτον vocant. | Pronomen à membranarum altera abest. Puto fuisse: Quaternarium quidem Pythagorei (τετεράτον) vocant adeo quasi, &c. Gronov.

<sup>16</sup> Juro tibi per eum. | Hæc Latina jurisjurandi formula, nescio cujus nugatoris est. Scriptorum aliud: per se quis nostra anima numerum dedit ipse quaternarium. Alter: Per quæ nostra anima numerum dedit esse quaternum: quem sequitur Beroaldina editio. Sed quid hæc aliud volunt, quam ut cum Cœnario (qui tandem paulum discrepat) Mo-

dio & membrana una & ipso, certe scio Macrobius retribuamus,

Per, qui nostra anima numerum dedit esse quaternum. Gronov.

<sup>17</sup> Nullus sapientium animam ex symphonie. | Præcipue tamen hoc affirmaverunt Pythagoras & Philolaus, de quibus infra. Gronov.

<sup>18</sup> Planius exequemur. | Libri omnes plenus. Cap. 4. De hoc quidem galaxia plenus differimus, quæ eadem c. 14. cap. 5. Suo loco plenus explicabimus. Sic alibi, plene & dolce ostendere, plene exprimere, pleno insinuare. Infra pro vocitabimus MSS. nuncupabair. Gronov.

ipso

ipso quoque pauca dicemus. Hic numerus ~~in~~<sup>ad</sup> nunc vocatur antiquato usu primæ literæ, apud veteres enim septas vocitabatur, quod Græco nomine testabatur venerationem debitam numero. nam primo omnium hoc numero anima mundana generata est, sicut Timæus Platonis edocuit. monade

enim in vertice locata, terni numeri ab eadem ex utraque parte fluxerunt; ab hac pares, ab illa impares: id est, post monadem à parte altera duo, inde quartuor, deinde octo: ab altera vero parte tria, <sup>19</sup> deinde novem, & inde viginti septem. & ex his numeris facta

contextio generationem animæ imperio creatoris efficit. Non parva ergo hinc potentia numeri hujus ostenditur, quia mundane animæ origo septem finibus continetur. septem quoque vagantium sphærarum ordinem illi stelliferæ & omnes continent subjecit artifex fabricatoris providentia; quæ & superioris rapidis motibus obviarent, & inferiora omnia gubernarent. Lunam quoque quasi ex illis septem numeris septenarius mover, cursumque ejus ipse dispensat. quod cum multis modis probetur, ab hoc incipiat ostendi. Luna octo & viginti prope diebus totius zodiaci ambitum conficit. nam et si per triginta dies ad solem, à quo profecta est, remeat; solos tamen fere viginti octo in tota zodiaci circuitione consumit: reliquis solem, qui de loco in quo eum reliquit abscesserat, comprehendit. Sol enim unum de duodecim signis integro mense metitur. ponamus ergo sole in prima parte arietis constituto ab ipsis, ut ita dicam, orbe emersisse lunam, quod eam nasci vocamus, hæc post viginti octo dies & horas ferè septem ad primam partem arietis redit; sed illic non inventit solem. interea enim & ipse progressionis suæ lege ulterius abscessit, & ideo ipsa neccum putatur eò unde profecta fuerat revertisse: quia oculi nostri tunc non à prima parte arietis, sed à sole eam senserant processisse, hunc ergo diebus reliquis, id est, duobus, plus minusve consequitur; & tunc orbi ejus denuo succedens ac denuo inde procedens rursus dicitur nasci. inde ferè numquam in eodem signo bis continuo nascitur nisi in geminis, ubi hoc nonnumquam evenit; quia dies in eo sol duos supra triginta altitudine signi morante consumit, rarissimo in aliis, si circa primam signi partem à sole procedat. hujus ergo viginti octo dierum numeri septenarius origo est. nam si ab uno usque ad septem, quantum singuli numeri exprimunt, tantum antecedentibus addendo procedas; invenies viginti octo nata de septem. Hunc etiam numerum, qui in quater septenos æqua sorte digeritur, ad totam zodiaci latitudinem emertiendam remetiendamque consumit. nam septem diebus ab extremitate septentrionalis oræ ob-

<sup>20</sup> Deinde novem. Numerorum itaque digramma refiningendum. Loco VIII. ponendum VIII.

Pontani.

bique

lique per latum meando ad medietatem latitudinis pervenit; qui locus appellatur eclipticus: septem sequentibus à medio ad imum australe delabitur: septem aliis rursus ad medium obliquata concendet: ultimis septem septentrionali redditur summitati. ita idem quater septenis diebus omnem zodiaci & longitudinem & latitudinem circum perque discurrit. Similibus quoque dispensationibus hebdomadum luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. primis enim septem usque ad medietatem velut divisi orbis ex crescit, & Σεπτεμνή tunc vocatur: secundis orbem totum renascentes ignes colligendo jam compleat, & plena tunc dicitur: tertiiς Σεπτεμνή rursus efficitur, cum ad medietatem decrescendo contrahitur: quartis ultima luminis sui diminutione tenuatur. Septem quoque permutationibus, quas phasis vocant Græci, toto mense distinguitur; cum nascitur, cum sit dichotomos; & cum sit αμφίκυρτος, cum plena, & rursus ac denuo dichotomos, & cum ad nos luminis universitate privatur. amphicyrtos est autem, cum supra diametrum dichotomi est antequam orbis conclusione cingatur, vel de orbe jam minuens inter medietatem ac plenitudinem insuper medianam luminis curvat eminentiam. Sol quoque ipse, de quo vitam omnia mutuantur, septimo signo vices suas variat. nam <sup>20</sup> à solstitio hiemali ad æstivum septimo pervenit signo; & à tropico verno usque ad autumnale tropicum septimi signi peragratione producitur. Tres quoque conversiones lucis æthereæ per hunc numerum constant. est autem prima maxima, secunda media, minima est tertia. & maxima est anni secundum solēm, media mensis secundum lunam, minima diei secundum ortum & occasum. Est vero unaquæque conversio quadripartita: & ita constat septenarius numerus, id est, <sup>21</sup> ex tribus conversionum, & ex quatuor modis, quibus unaquæque convertitur: hi sunt autem quatuor modi. fit enim prima humida, deinde calida, inde sicca, & ad ultimum frigida. & maxima conversio, id est, anni, humida est verno tempore, calida æstivo, sicca autumno, frigida per hiemem. media autem conversio mensis per lunam ita fit, ut prima sit hebdomas humida (quia nascens luna humorem assolet concitare) secunda calida adolescente in ea jam luce de solis adspectu: tertia sicca quasi plus ab ortu remota; quarta frigida, deficiente jam lumine. Tertia vero conversio, quæ est diei secundum ortum & occasum, ita disponitur; quod humida sit usque ad primam de quatuor partibus partem diei, calida usque ad secundam, sicca usque ad tertiam, quarta

<sup>20</sup> A solstitio hiemali ad æstivum. | Ad-dunt libri ant. solstitium. Cur id ab edito-ribus nec extum, ipsi viderint: certe ea-dem repetitione dicit sequentia à tropico ver-no usque ad autumnale tropicum. Gronov.

<sup>21</sup> Ex tribus conversionem & ex quatuor modis. | Scripti: ex tribus generibus conver-sionum & ex quatuor modis. Et omnino sic scribi debet. Gronov.

jam frigida. <sup>22</sup> Oceanus quoque in incremento suo hunc numerum tenet, nam primo nascentis lunæ die fit copiosior solito; minuitur paulisper secundo; minoremque videt eum tertius quam secundus: & ita decrescendo ad diem septimum pervenit, rursus octavus dies manet septimo par; & nonus fit similis sexto; decimus quinto; & undecimus fit quarto par; tertio quoque duodecimus; & tertius decimus fit similis secundo; quartus decimus primo. tercia vero hebdomas eadem facit quæ prima, quarta eadem quæ secunda. Hic denique numerus est qui hominem concipi, formari, edi, vivere, ali, ac per omnes ætatum gradus tradi senectæ atque omnino constare facit, nam ut illud taceamus, quod uterum nulla vi seminis occupatum hoc dierum numero natura constituit velut decreto exonerandæ mulieris vestigali, mense redeunte purgari: hoc tamen præreundum non est, quia semen, quod post jactum sui intra horas septem non fuerit in effusionem relapsum, hæsisse in vitam pronuntiatur. verum semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur, <sup>23</sup> ut die septimo folliculum genuinum circumdet humor ex membrana tam tenui, qualis in ovo ab exteriore testa clauditur, & intra se claudit liquorem. Hoc cum à physicis deprehensum sit; Hippocrates quoque ipse, qui tam fallere quam falli nescit, experimenti certus asseruit, referens in libro, qui de natura pueri inscribitur, tale seminis receptaculum de utero ejus ejectum, quam septimo post conceptum die gravidam intellexerat. Mulierem enim semine non effuso, ne grava maneret orantem, imperaverat saltibus concitari; aitque <sup>24</sup> septimo die saltum septimum ejicendo cum tali folliculo, qualem supra retulimus suffecisse conceptui. hæc Hippocrates.

<sup>22</sup> Oceanus quoque in incremento suo. | MSS. in clemente. Ut & infra hoc capite: nibil de sè amplius in clementis virum sperent. Quæ sequior ætas ita locuta sit, dubium non est. Favonius Eulogius: Adde quod octauus hic numerus dierum noctiumque clementa convertit. Scholia stes Germanici: Denique clementis luna absissa ligna furfuraceis linearum terebramentis fistulacunt. Quæ totidem literis legas apud Fulgentium lib. 2. fab. ult. ubi hanc vocem bis offendes. Idem de contin. Virgil. ad desideriam olim pervenitur Ausoniæ. i. ad boni clementa. Sic cunabula dixerunt, & incubabula: & Arnobius adscribere fortunio. Quid quod & apud Plinium 11 Nat. Hist. 37. illis in verbis: Veterina tantum quadam ad incrementa luna morbos sentiunt; celebris ille Chyleianus ad clementa prodit, & idem mihi occurrit in bibliothecæ publicæ exemplari. Addas licet, que notavit Jac. Bongarsius ad Justini lib. 22. cap. 2. in variis lectionibus, cui adjicere possim, sic & in ejusdem bibliothecæ membrana scriptum reperiri. Vix tamen crediderim vel Plinium vel Curtium vel Justinum

clementa dixisse; sed id propagatum censem ex facto ea ætate exemplari, qua clementa quam incrementa dicere malebant. Cui licet Macrobius sit propinquior, meliores tamen eum secutum malum, & librarios alterum IN fecisse lucri. Gronov.

<sup>23</sup> Ut die septimo folliculum genuinum circumdet humor ex membranâ. | Ita ad oram Camerarius; quod sequutus Stephanus. In textu tamen & veteris oris quoque libris genitivum remanet. Cato de Liberis educandis. Nutrix hac omnia faciat in verbenis ac tubis sine hostia, ut Deli ad Apollinis Genitivi aram. Porro de folliculo Arnobius: Nihil enim est nobis promissum ad hanc vitam, nec in earuncula hujus folliculi constitutis, opis aliqua sponsum est. Modii MS. folliculo genuino circumdetur ex membranâ. Pont.

<sup>24</sup> Septimo die saltum septimum ejicendo cum tali folliculo. | Hæc antiqua & scripta lectio. Alias diserte legitur, septimo die saltus ejusdem cum. Illud cogitandum si fuerit: septimo die conceptum ejicendo. Vide Hippocratem libro ~~æst. puer.~~ ~~æst. puer.~~ Pont.

Straton

Straton vero Peripateticus, & Diocles Carystius per septenos dies concepti corporis fabricam hac observatione dispensant, ut hebdomade secunda credant guttas sanguinis in superficie folliculi, de quo diximus, apparere, tertia demergi eas introrsum ad ipsum conceptionis humorrem; quarta humorem ipsum coagulari, ut quiddam velut inter carnem & sanguinem liquida adhuc soliditate conveniat; quinta vero interdum fingi in ipsa substantia humoris humanam figuram magnitudine quidem apis, sed ut in illa brevitate membra omnia & designata rotius corporis lineamenta consistant. Ideo autem adjecimus, interdum; quia conitat, quotiens quinta hebdomade singitur designatio ista membrorum, mense septimo maturari partum: cum autem nono mense absolutio futura est, siquidem foemina fabricatur, sexta hebdomade <sup>15</sup> membra dividit; si masculus, septima. Post partum vero utrum vincturum sit quod effusum est, an in utero sit præmortuum, ut tantummodo spirans nascatur, septima hora discernit. ultra hunc enim horarum numerum, quæ præmortua nascuntur, aëris halitum ferre non possunt: quem quisquis ultrâ septem horas sustinuerit, intelligitur ad viram creatus, nisi alter forte, qualis perfectum potest, casus eripiat. item post dies septem iactas reliquias umbilici, & post bis septem incipit ad lumen visus ejus moveri, & post septies septem libere jam & pupulas & totam faciem vertit ad motus singulos videndorum. Post septem vero menses dentes ineipiunt mandibulis emergere, & post bis septem sedet sine casus timore. Post ter septem sonus ejus in vasa prorumpit; & post quater septem non solum stat firmiter sed & incedit. Post quinque septem incipit lac nutricis horrestere; nisi forte ad patientiam longioris usus continuata consuetudine protrahat. Post annos septem dentes, qui primi emerserant, aliis aptioribus ad cibam solidum nascentibus cedunt; eodecim anno, id est septimo, plene absolvitur integritas loquendi. unde & septem vocales literæ à natura dicuntur inventæ; licet Latinitas eisdem modo longas modo breves pronunciando, quinque pro septem tenere maluerit. Apud quos tamen, si sonos vocalium, non apices numeraveris, signiliter septem sunt. Post annos autem bis septem <sup>16</sup> ipsa ætatis necessitate pubescit. tunc enim moveri incipit vis generatiæ in masculis, & purgatio foeminarum. ideo & tutela puerili quasi virile jam robur ablolvitur, de qua tamen foeminae, propter votorum festinationem, maturius biennio legibus liberantur. Post ter septenos annos flore genas vestit juventa: idemque annus finem in longum crescen-

<sup>15</sup> Membra dividi, | Interponunt libri vett. jam, & recte: nam id majoreta temporis festinationem notat: ut cap. 13. hoc libro: Hoc primam probare voluit, nihil se magis desiderare, quam ut cum ei jam moretur. Sicuti quidem ibi quoque MSS. omnes, male omnientibus posterioris editionibus omnes, quasi prævenire & occupare

definitum tempus cuperet. Gronov.

<sup>16</sup> Ipsa ætatis naufrigante pubescit. | Legendum hic censuit Joseph. Scaliger: ipsa ætatis necessitas pubescit. Ætatis necessitas, ipsum signum pubertatis sit, ut pluribus explicit illistris idem heros in eloculo Oretianis chronologicæ pag. 69. Pont.

di facit. & quarta annorum hebdomas impleta in latum quoque crescere ultra jam prohibet. quinta omne virium, quanta inesse unicuique possunt, complet augmentum: nulloque modo jam potest quicquam se fortior fieri. inter pugiles denique haec consuetudo servatur, ut, quos jam coronavere victoriae, nihil de se amplius in incrementis virium sperent: qui vero expertes hujus gloriae usque illo manserunt, à professione discedant. Sexies vero septem anni servant vires ante collectas, nec diminutionem nisi ex accidenti evenire patiuntur. Sed à sexta usque ad septimam septimanam fit quidem diminutio, sed occulta, & que detrimentum suum aperta defectione non prodat. ideo nonnullarum rerum publicarum hic mos est, ut post sextam ad militiam nemo cogatur. in pluribus datur remissio iusta post septimam. Notandum vero quod, cum numerus septem se multiplicat, facit ætatem quæ proprie perfecta & habetur & dicitur: adeo ut illius ætatis homo (utpote qui perfectionem & attigerit jam, & ne dum præterierit) & consilio aptus sit, nec ab exercitio virium alienus habeatur. Cum vero decas, qui & ipse perfectissimus numerus est, perfecto numero, id est, ~~intestinum~~, jungitur, ut <sup>27</sup> aut decies septem, aut septies deni computentur anni: haec à physicis creditur meta vivendi, & hoc vitæ humanæ perfectum spatium terminatur. quod si quis excescerit; ab omni officio vacuus soli exercitio sapientiae vacat, & omnem usum sui in suadendo habet, aliorum munerum vacatione reverendus. à septima enim usque ad decimam septimanam pro captu virium, quæ adhuc singulis perseverant, variantur officia. Idem numerus totius corporis membra disponit. septem enim sunt intra hominem, quæ à Græcis nigra membra vocitantur; lingua, cor, pulmo, jecur, lien, renes duo: & septem alia cum venis & meatibus, quæ adjacent singulis, ad cibum & spiritum accipendum reddendumque sunt deputata, guttur, stomachus, alvus, vesica, & intestina principalia tria: <sup>28</sup> quorum unum dissipatum vocatur; quod ventrem & cætera intestina fecernit. alterum medium; quod Græci ~~υετερεγν~~ dicunt. tertium; quod veteres hiram vocarunt. <sup>29</sup> habeturque præcipuum intestinorum omnium, & cibi retrimenta deducit. De spiritu autem & cibo quibus accipiendis (ut relatum est) atque reddendis membra, quæ diximus, cum meatibus fibi

<sup>27</sup> Aut decies septem. | Liber optimus septeni. Sane etiam sequitur, aut septies deni, eodem modo. Gronov.

<sup>28</sup> Quorum unum dissipatum vocatur. | Faciendum cum Fruterio, inum dissipatum. Dissipatum, dissipatum est, ut consiprum Festo, Celfo, septum memini dictum. Græcis, ~~δισπεργνα~~ est. Pontan.

<sup>29</sup> Habeturque præcipuum intestinum. | Præcipuum intelligi potest vel usu vel dignitate. quod enim hic tacer, indicat lib. 7. Sat: cap. 9. Spinalis medulla adeo usq; vel dig-

nitate præcipua est, ut longum cerebrum à medicis sit vocata. Itaque nihil nunc sollicitandum pronunciarem, nisi in duobus libris obvenirent principium, unde fortassis: habeturque principium. Principium est primus locus & eminentior, principatus. Sulpitius Severus in historia sacra: *Dicitumque responsō domini est, duos in his populo prenunciari, & majorem minoris subdendum esse principio*, notante Barthio. Adde Lipsum ad primum Taciti Annalem. Gronov.

adja-

adjacentibus obsequuntur, hoc observatum est, quod sine haustu spiritus ultra horas septem, sine cibi, ultra totidem dies vita non durat. Septem sunt quoque gradus in corpore, qui dimensionem altitudinis ab imo in superficiem complent; medulla, os, nervus, vena, arteria, caro, cutis. hæc de interioribus. In aperto quoque septem sunt corporis partes; caput, pectus, manus, pedesque & pudendum. Item, quæ dividuntur, non nisi septem compagibus juncta sunt; ut in manibus est humerus, brachium, cubitus, vola & digitorum terni nodi: in pedibus vero femur, genu, tibia, pes ipse sub quo vola est, & digitorum similiter nodi terni. Et, quia sensus eorumque ministeria natura <sup>30</sup> in capite, velut in arce, constituit; septem foraminibus sensuum celebrantur officia: id est, oris, ac deinde oculorum, narium & aurium binis. unde non immerito hic numerus, totius fabricæ dispensator & dominus, ægris quoque corporibus periculum sanitatem denuntiat. imo ideo & septem motibus omne corpus agitatur. aut enim accessio est, aut recessio, aut in levam dextramve deflexio, aut sursum quis seu deorsum movetur, aut in orbem rotatur. Tot virtutibus insignitus septenarius, quas vel de partibus suis mutuat vel totus exercet, jure plenus & habetur & dicitur. Et absoluta, ut arbitror, ratione jam constituit cur diversis ex causis octo & septem pleni vocentur. Sensus autem hic est. Cum ætas tua quinquagesimum & sextum annum compleverit, quæ summa tibi fatalis erit: spes quidem salutis publicæ te videbit, & pro remedii communis bonorum omnium status virtutibus tuis dictatura debebitur; sed si evaseris infidias propinquorum. nam per septenos octies solis amfractus redditusque, quinquaginta & sex significat annos, amfractum solis & redditum annum vocans: amfractum; propter zodiaci ambitum: redditum; quia eadem signa per annos singulos certa lege metitur.

<sup>30</sup> In capite velut in arce. | Minutius Felix: Oculi in summo velut in specula constituti, & omnes ceteri sensus velut in arce compositi. Solinus in prefat. Sicut ergo ii, qui corporum formas simulantur, postposita que reliqua sunt, ante omnia effigiant modum

capitis, nec in alia membra prius lineas destinant, quam ab ipsa, ut ita dixerim, figurarum arce auspicium facient inchoandi. Lactantius de Opificio Dei cap. 8. Ejus (hominis) prope divina mens in summo capite collocata, tanquam in arce sublimis speculator omnia & contineatur. Groni.

## C A P. VII.

*Obscura involutaque semper esse somnia ac signa de adversis; Et tamen semper subesse aliquid, quo possit quoquo modo deprebendi veritas, modo diligens assit scrutator.*

**H**IC quidam mirantur quid sibi velit ista dubitatio, si effugere, qualis potuerit divina anima & olim coelo reddita, atque hic maxime scientiam futuri professa, nescire, possit ne nepos suus an non possit evadere, sed non advertunt hanc habere legem omnia ve-

vel signa vel somnia, ut de adversis oblique aut denuntiant, aut minentur, aut inoneant. & ideo quædam cavendo transimus; alia exorando & litando vitantur. alia sunt ineluctabilia, quæ nulla arte, nullo avertuntur ingenio. nam, ubi admonitio est, vigilancia cautionis evaditur: quod apportant minæ, litatio propitiationis avertit: nunquam demuniata vanescunt. Hic subjicies: Unde igitur ista discernimus, ut possit cavendum an exorandum an vero patientum sit deprehendi? Sed præsentis operis fuerit insinuari, qualis soleat in divinationibus esse affectata confusio; ut definias de inserta velut dubitatione mirari. ceterum in suo quoque opere artificis erit signa querere, quibus ista discernat, si hoc vis divina non impedit, nam illud,

*Prohibent nam cetera Parce  
Scire, ——————*

Maronis est ex intima disciplinæ profunditate sententia. Divulgatis etiam docemur exemplis quam pene semper cum prædicuntur futura, ita dubiis obseruantur, ut tamen diligens scrutator nisi divinitus, ut diximus, impeditur, subesse se reperiatur apprehendendæ vestigia veritatis: ut ecce Homericum somnum à Jove, ut dicitur, missum ad conferendam fururo die cum hostibus manu sub aperta promissione victoriae, spem regis animavit. ille velut divinum fecutus oraculum, commisso prælio, amissis suorum plurimis, vix ægreque in castra remeavit. num dicendum est deum mandasse mendacium? non ita est, sed, quia illum casum Græcis fara decreverant, latuit in verbis somnii quod animadversum vel ad vere vincendum vel ad cavendum saltem potuisset instruere. habuit enim præceptio, ut universus produceretur exercitus. at ille sola pugnandi hortatione contentus non vidit, quid de producenda universitate præceptum sit: prætermissoque Achille, qui tunc recenti lacerbitus injuria ab armis cum suo milite feriabatur, rex progressus in prælium & casum qui debebatur excepit, & absolvit somnum invidia mentiendi, non omnia de imperatis sequendo. Parem observantæ diligentiam Homerice per omnia perfectionis imitator Maro in talibus quoque rebus obtinuit, nam apud illum Aeneas ad regionem instruendo regno fataliter eligendam, satis abundeque Delio instructus oraculo, in errorem tamen unius verbi negligentia relapsus est. non quidem locorum fuerat, quæ petere deberet, nomen insertum: sed, cum origo vetus parentum sequenda diceretur, fuit in verbis, quod inter Cretam & Italiam, quæ ipsius gentis auctores utraque produxerant, magis ostenderet; &, quod aiunt, digito demonstraret Italiam. nam quum fuissent inde Teucer, hinc Dardanus; vox sacra sic alloquendo: *Dardanide duri*: aperte consulentibus Italiam, de qua Dardanus profectus esset, objecit appellando eos parentis illius nomine, cuius erat origo rectius eligenda. Et hic certe quidem denunciatio-

ationis est, quod de Scipionis fine prædictitur: sed gratia concisione  
dæ obscuritatis inserta dubitatio; dicto tamen, quod initio somniū  
continetur, absolvitur. nam cum dicitur; *circuitu naturali summam*  
*tibi fatalem confecerint*: vitari hunc finem non posse pronuntiat. Quod  
autem Scipioni reliquos vitæ actus sine offensia dubitandi per ordi-  
nem retulit, & de sola morte similis est visus ambigenti, haec ra-  
tio est, quod siue dum humano vel macrori parcitur vel timori, seu  
quia utile est hoc maxime latere, prouius cætera oraculis quam vitæ  
finis exprimitur, aut cum dicitur non sine aliqua obscuritate profertur.

## C A P. VIII.

*Quatuor esse virtutum genera, politicas, purgatorias, animi purgatis, &*  
*exemplares: & cum virtus beatos efficiat, sitque primum illud vir-*  
*tutum genus in rerum publicarum gubernatoribus, ideo hos usique fo-*  
*re felices.*

HIS aliqua ex parte tractatis, progrediamur ad reliqua. Sed,  
quo sis, Africane, alacriter ad succlandam rem publicam, sic babeto:  
Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, cortum esse  
in celo definitum locum, ubi beati evo sempiterno fruanteur. nibil est  
enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in ter-  
ris fiat, acceptum, quam concilia certusque hominum jure sociati, que  
civitates appellantur: earum rectores & servatores hinc profecti hic re-  
vertentur. Bene & opportune, postquam de morte prædixit, mox  
præmia bonis post obitum speranda subjecit: quibus adeo à metu  
prædicti interitus cogitatio viventis erecta est, ut ad moriendi de-  
siderium ultro animaretur majestate promissæ beatitudinis & cœle-  
stis habitaculi. Sed de beatitate qua debetur conservatoribus pa-  
trizie pauca dicenda sunt, ut postea locum omnem, quem hic tra-  
ctandum recepimus, resolvamus. Solæ faciunt virtutes beatum:  
nullaque alia quisquam via hoc nomen adipiscitur. unde, qui exi-  
flimant nullis nisi philosophantibus inesse virtutes, nullos præter phi-  
losophos beatos esse pronuntiant. agnitionem enim rerum divinarum  
sapientiam proprie vocantes, eos tantummodo dicunt esse sapientes  
qui superna acie mentis requirunt, & querendi sagaci diligentia  
comprehendunt, &c, quantum vivendi peripicitas præstat, imitantur.  
& in hoc solo esse aiunt exercitia virtutum: quarum officia sic di-  
spensant. Prudentiae esse, mundum istum & omnia qua in mundo  
insunt, divinorum contemplatione despicer, omnemque animæ cogi-  
tationem in sola divina dirigere. temperantie; omnia relinquere,

\* Locum omnem resolvamus. | Libri revolu-  
vamus, & sic auctor scripsit. Supra cap. 6.  
de septenarii divisionibus. Tertia est de tribus  
& quatuor, quo quantum valeat, revolu-

mus. l. 4. Ut de gravitate & aeternitate si-  
non diversitas, quae afferit, resolvamus.  
Gronov.

in quantum natura patitur, quæ corporis usus requirit. fortitudinis; non terreri animam à corpore quodammodo ductu philosophiæ recedentem, nec altitudinem perfectæ ad superna ascensionis horrere. justitiae; ad unam sibi hujus propositi consentire viam uniuscujusque virtutis obsequium. atque ita fit, ut secundum hoc <sup>2</sup> tam rigidæ definitionis abruptum, rerum publicarum rectores beati esse non possint. Sed Plotinus inter philosophiæ professores cum Platone princeps, libro de virtutibus, gradus earum vera & naturali divisionis ratione compositos per ordinem digerit. Quatuor sunt, inquit, quaternarum genera virtutum. ex his primæ politicæ vocantur, secundæ purgatoriæ, tertiaæ animi jam purgati, quartæ exemplares. Et sunt politicæ hominis, qua sociale animal est. his boni viri reipublicæ consulunt, urbes tuentur; his parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt; his civium salutem gubernant; his socios circumspecta providentia protegunt, iusta liberalitate devincunt:

*Hisque sui memores alios fecere merendo.*

Et est politici prudentia, ad rationis normam quæ cogitat, quæque agit universa dirigere, ac nihil præter rectum velle vel facere, <sup>3</sup> humanisque actibus tanquam divinis arbitris, providere. Prudentia insunt ratio, intellectus, circumspectio, providentia, docilitas, cautio. Fortitudinis est, animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere; tolerare fortiter vel adversa vel prospera fortitudo præstat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificientiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Temperantiæ, nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, sub jugum rationis cupiditatem domare. temperantiam sequuntur modestia, verecundia, abstinentia, <sup>4</sup> castitas, moderatio, parcitas, sobrietas, pudicitia. Justitiae, servare unicuique quod suum est. de justitia veniunt innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. His virtutibus vir bonus primum fūi, atque inde reipublicæ rector efficitur, juste ac provide gubernans humana, divina non deserens. Secundæ, <sup>5</sup> quas purgatorias vocant, hominis sunt, qui divini capax

<sup>2</sup> Tam rigida definitionis abruptum. | Quintilianus decl. 4. Testor, in novissimo fati statu abrupto. Declam. 5. Exspectatis, judicetis, ut in tristissima necessitatibus positus abrupto, ad agnum continuo properaverim. Idem.

<sup>3</sup> Humanisque actibus, tanquam divinis arbitris providere. | Editiones plerique, divis arbitris. Quod placet, & malim porro, præsidere. Arnobius lib. 3. Nisi forte hoc dicitis Deos artifices non esse, sed eos his artibus præsidere. & iterum, Cornificius halare convincitur, qui novitati præsidibus divis aliena potentia vim donat. Pontan. Sexcenta talia proferri possunt: non tamen ideo & malim Macrobio impingere. Utitur enim hic *τοῖς* præsidere, ut lib. 1. Saturn. cap. 16. Dūndina sunt paganorum istemque rusticorum,

qui *τοῖς* convenient negotiis propriis vel mercibus provisuri. Gronov.

<sup>4</sup> Castitas, moderatio. | MSS. cuni non nullis editi. auctiones una temperantiae pro pagine, castitas, honestas, moderatio. Gronov.

<sup>5</sup> Quas purgatorias vocant. | Praeclare & apposite Pythagoras interpres Hierocles. Φιλοσόφοι οἱ τέλειοι αἰθεροπίνε καθάρισται, οἱ τελεότεροι. καθάροι πλούτος τὸν ψυχὴν αλεξίς οἱ τῷ θνητῷ τοῦ μητρὸς τελεότεροι, τοῖς οἰκείεσσιν αὐλαντικοῖς, προς τὸν θεῖαν διατομὴν ἀπειραγεται. Philosophia est vita humana purgatio & perfectione. Purgatio quidem cum face rationi contraria mortalique corpore liberat. Perficiō, cum vita sua præstantia ad divinam similitudinem ducit. Pont.

est; solumque animum ejus expedient, qui decrevit se à corporis contagione purgare, & quadam humanorum fuga solis se inferere divinis. hæ sunt otiosorum, qui à rerumpublicarum actibus se sequent. Harum quid singulæ velint superius expressimus, cum de virtutibus philosophantium diceremus; quas solas quidam existimaverunt esse virtutes. Tertiæ sunt purgati jam defæcatique animi & ab omni mundi hujus aspergine presse pureque deteri. illic prudentiæ est divina non quasi in electione preferre, sed sola nosse, & hæc, tanquam nihil sit aliud, intueri. temperantia; terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci. fortitudinis; passiones ignorare non vincere, ut <sup>7</sup> nesciat irasci, cupiat nihil. justitiae; ita cum supera & divina mente sociari, ut servet perpetuum cum ea fœdus imitando. Quartæ exemplares sunt, quæ in ipsa divina mente consistunt, quam diximus <sup>8</sup> vocari: à quarum exemplo reliquæ omnes per ordinem desinunt. Nam si rerum aliarum, multo magis virtutum ideas esse in mente credendum est. Illic prudenteria est mens ipsa divina. temperantia; quod in se perpetua intentione conversa est. fortitudo; quod semper idem est, nec aliquando mutatur. justitia; quod perenni lege à sempiterna operis sui continuatione non flectitur. Hæc sunt quaternarum quatuor genera virtutum, quæ, præter cetera, maximam in passionibus habent differentiam sui passiones autem, ut scimus, vocantur, quod homines

*Metuunt, <sup>8</sup> cupiunt, gaudensque, dolentesque.*

Has primæ molliunt, secundæ auferunt, tertiae obliviscuntur: in quartis nefas est nominari. Si ergo hoc est officium & effectus virtutum, beare; constat autem & politicas esse virtutes: igitur ex politicis efficiuntur beati. jure ergo Tullius de rerumpublicarum rectoribus dixit; *ubi beati evo sempiterno fruantur.* qui, ut ostenderet alios otiosis, alios negotiosis virtutibus fieri beatos, non dixit absolute nihil esse illi principi deo acceptius quam civitates; sed adjecit, *quod quidem in terris fiat,* ut eos, qui ab ipsis coelestibus incipiunt, discerneret à rectoribus civitatum, quibus per terrenos actus iter patratur ad coelum. Illa autem definitione quid pressius potest esse, quid cautius de nomine civitatum? *quam concilia,* inquit, *cætusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur?* nam & servilis quondam & gladiatoria manus concilia hominum & cœtus fuerunt, sed non jure sociati. illa autem sola justa est multitudo, cuius universitas in legum consentit obsequium.

<sup>6</sup> Et quadam humanorum fuga solis se inferere divinis. | Platonis hæc omnia Pythagoræque moneta percussa. Arnobius, *Quid Platon uester in Theatro, nonne animo fugere suadet e terris, & circa illum semper (quoniam fieri potest) cogitatione ac mente versari?* Idem.

<sup>7</sup> Nesciat irasci, cupiat nihil. | Alio charactere expressimus, quippe quod fit hemistichion Juvenalii è Satira decima. Gronov.

<sup>8</sup> Cupiunt, gaudensque, dolentesque. | Hoc eidiorum metrum est. Liber antiquissimus: cupiuntque, dulent, gaudensque. Et sic Virgilii in 6. Aeneide. Gronov.

C A P.

## C A P. IX.

*Quo sensu rerum publicarum rectores cælo descendisse, eoque reverti dicantur.*

**Q**Uod vero ait: *Harum rectores & servatores, hinc profecti, huc revertuntur*; hoc modo accipiendum est. Animarum originem manare de cœlo inter recte philosophantes indubitate constat esse sententiae. & animæ, dum corpore utitur, hæc est perfecta sapientia, ut, unde orta sit, de quo fonte venerit, recognoscatur. hinc illud à quodam inter alia seu festiva seu mordacia serio tamen usurpatum est:

*De cœlo descendit yrōnī oraculū.*

nam & Delphici vox hæc fertur oraculi! consulenti ad beatitudinem quo itinere perveniret: Si te, inquit, agnoveris. sed & ipsius fronti templi hæc inscripta sententia est. Homini autem, ut diximus, una est agnitus sui, <sup>2</sup> si originis natalisque principia atque exordia prima respexerit, nec se quæsiverit extra. sic enim anima virtutes ipsas conscientia nobilitatis induit, quibus post corpus erecta, eo unde descenderat, reportatur: quia nec corporea sordescit nec oneratur eluvie, quæ puro ac levi fonte virtutum rigatur; nec deseruisse unquam cœlum videtur, quod respectu & cogitationibus possidebat. hinc anima, quam in se pronam corporis usus effecit, atque in pecudem quodammodo reformavit ex homine, & absolutionem corporis perhorrescit, & cum necesse est;

*Non nisi cum gemitu fugit indignata sub umbrā.*

Sed nec post mortem facile corpus relinquit (quia non funditus omnes Corpore excedunt pestes) sed aut suum oberrat cadaver, aut novi corporis ambit habitaculum, non humani tantummodo, sed ferini quoque, electo genere moribus congruo quos in homine libenter exercuit; mavultque omnia perpeti ut cœlum, quod vel ignorando, vel dissimulando, vel potius prodendo deseruit, evadat. civitatum vero rectores cæterique sapientes cœlum respectu vel cum adhuc corpore tenentur habitantes, facile post corpus cœlestem, quam penè non reliquerant, sedem reposunt. nec enim de nihilo aut de vanity adulatio veniebat, quod quosdam urbium conditores aut cla-

<sup>1</sup> *Conscienti. | Oraculum Croeso datum: Σατον γενάκων εὐδαιμων Κέρσος μεγάς Κεραμείου.*

<sup>2</sup> *Si originis natalisque principia atque exordia. | Alteram copulativam particularam ignorant tam chartaceus quam binæ membrane, sed hoc amplius hæc principii. Le-*

gendum, si originis natalisque principi exordia prima respexerit. Solent enim hi scriptores, immo & meliores, sic πλούτος ζευς. Sic superius bis dixit ceremoniarum sacra. Sed & quæsiverit duo habent: quo numero magis appetit commodatum efficit. Granu-

ros in republica viros in numerum deorum consecrari antiquitas; sed Hesiodus quoque divinæ subolis assertor priscos reges cum diis aliis enumerat; hisque exemplo veteris potestatis etiam in cœlo regendi res humanas assignat officium. &c, ne cui fastidiosum sit, & versus ipsos ut poëta Græcus protulit inseramus, referemus eos ut ex <sup>3</sup> verbis suis in Latina verba conversi sunt.

*Indigetes divi fato summi Jovis hi sunt:*

*Quondam homines, modo cum superis humana tuentes,*

*Largi ac munifici, juis regum nunc quoque naucti.*

Hoc & Vergilius non ignorat; qui, licet arguento suo serviens, heroas in inferos relegaverit, non tamen eos abducit à cœlo: sed æthera his deputat largiorem, & nosse eos solem suum ac sua sidera profitetur; ut geminæ doctrinæ observationes præstiterit, & poëticæ figmentum & philosophiæ veritatem: &, si secundum illum res quoque leviores quas vivi exercuerant, etiam post corpus exercent,

— *Que gratia currum*

*Armorumque fuit vivis, quæ cura nitentes*

*Pascere equos, eadem sequitur tellure repositos.*

multo magis rectores quondam urbium recepti in cœlum curant regendorum hominum non relinquunt. Hæ autem animæ in ultimam sphæram recipi creduntur, quæ aplanes vocatur. nec frustra hoc usurpatum est; siquidem inde profectæ sunt. animis enim secundum desiderio corporis irretitis sidera pars mundi præstat habitaculum, & inde labuntur in corpora. ideo his illo est redditio, qui merentur. rectissime ergo dictum est cum in galaxia, quem aplanes continet, sermo ille procedat, *hinc profecti hic revertuntur.* Ad sequentia transeamus.

<sup>3</sup> *Verbis suis. Que haec sunt:* Οι μὲν εὐλαύνοντες τὸ δίκαιον καὶ χίτωνες ἦραι  
Τοι τὸ στρατός εἰσιν αἱρέσμενοι στὰ βυθαῖς; | Πληστόντοι, καὶ τέτο γέγες βασιλεῖς ἤστε  
καθλιά, ἵπποτες, γύλακοι θυτῶν αἰρόμενοι.  
πών.

## C A P. X.

*Quid secundum priscos illos theologos inferi; & quando ex eorum sententia, anima aut vivere aut mori dicatur.*

**H**IC ego, et si eram perterritus non tam mortis meeu quam infideli rum à meis, quæsivi tamen, viveretne ipse, & Paulus pater, & alii, quos nos extintos esse arbitraremur. Vel fortuitis & inter fabulas eluent semina intixa virtutum, quæ nunc videas licet ut è pectore Scipionis vel somniantis emineant. in re enim una politicarum virtutum omnium pariter exercet officium. Quod non labitur animo prædicta morte perterritus, fortitudo est. quod suorum terretur insidiis, magisque alienum facinus quam suum horreficit. extitum;

itium ; de pietate & nimio in suos amore procedit. hæc autem diximus ad justitiam referri, quæ servat unicuique quod suum est. quod ea quæ arbitratur non pro compertis habet, sed spreta opinione, quæ minis cautis animus pro vero inolescit, querit discere certiora ; indubitata prudentia est. quod cum perfecta beatitas, & coelestis habitatio humanæ naturæ, in qua se noverat esse, promittitur, audiendi tamen alia desiderium frenat, temperat, & sequestrat, ut de vita avi & patris interroget ; quid nisi temperantia est ? ut jam tum liqueret Africanum per quietem ad ea loca, quæ sibi deberentur abductum. In hac autem interrogatione de animæ immortalitate tractatur. ipsius enim consultationis hic sensus est : Nos, inquit, arbitramur animam cum fine morientis extingui, nec ulterius esse post hominem. ait enim : *quos extinctos esse arbitraremur.* quod autem extinguitur esse jam definit. Ergo velim jam, dicas, inquit, si & pater Paulus tecum & alii supersunt. Ad hanc interrogationem, quæ & de parentibus ut à pio filio, & cæteris ut à sapiente ac naturam ipsam discutiente processit, quid ille respondit ? *Imo vero,* inquit, *hi vivunt, qui è corporum vinculis tanquam è carcere evolarebunt.* *vestra vero quæ dicitur esse vita, mors est.* Si ad inferos mere mors est, & vita est esse cum superis : facile discernis quæ mors animæ, quæ vita credenda sit, si constiterit qui locus habendus fit inferiorum, ut anima dum ad hunc truditur mori, cum ab hoc procul est vita frui & vere supereesse credatur. Et quia totum tractatum, quem veterum sapientia de investigatione hujus quæstionis agitavit, in hac latentem verborum paucitate reperies ; ex omnibus aliqua, quibus nos de rei quam querimus absolutione sufficiet admoneri, amore brevitatis excerptimus. Antequam studium philosophiae circa naturæ inquisitionem ad tantum vigoris adolescenteret, qui per diversas gentes autores constituendis sacris ceremoniarum fuerunt, aliud esse inferos negaverunt quam ipsa corpora, quibus inclusæ animæ carcerem foodum tenebris, horridum folidibus & cruento patiuntur. hoc animæ sepulchrum, hoc Ditis concava, hoc inferos vocaverunt : & omnia, quæ illic esse credidit fabulosa persuasio, in nobis metiatis, & in ipsis humanis corporibus assignare conantur : oblivionis fluvium aliud non esse asferentes quam errorem animæ obliviscentis maiestatem vitæ prioris, qua, antequam in corpus truderetur, potita est, solamque esse in corpore vitam putantis. Pari interpretatione Phlegetontem ardores irarum & cupiditatum putarunt ; Acherontem, quicquid fecisse dixisse usque ad tristitiam humanæ varietatis more nos pœnitit ; Cocytum, quicquid homines in luctum lachrymasque compellit ; Stygem, quicquid interficet humanos animos in gurgitem mergit odiorum. ipsam quoque pœnarum descriptionem de ipso usu conversationis humanæ sum-

<sup>3</sup> Ergo velim jam dicas. | Delent rò jam puto commode præpositionem illam omitti. libti omnes. Idei habent & decayeris, i.e. | Gronov. ptam

ptam crediderunt : <sup>2</sup> vulturem jecur immortale tudentem, nihil aliud intelligi volentes, quam tormenta malæ conscientiæ obnoxia flagitio vilcera interiora rimantis, & ipsa vitalia indefessa <sup>3</sup> admisæ sceleris admonitione laniantis. semperque curas, si requiescere forte tentaverint excitantis, tanquam fibris renascentibus inhærendo, nec ulla sibi miseratione parcentis, lege hac, qua se *judice nemo nocens absolvitur*, nec de se suam potest vitare sententiam. illos aiunt epulis ante ora positis excruciali fame, & inetia tabescere ; quos magis magisque acquirendi desiderium cogit præsentem copiam non videre ; qui in affluentia inopes, egestatis mala in ubertate patiuntur, nescientes parta respicere, dum egent habendis. illos radiis rotarum pendere districtos ; qui nihil consilio prævidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, seque & actus omnes suos fortunæ permittentes, casibus & fortuitis semper rotantur : saxum ingens volvere, inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes : atram silicem lapluram semper & cadenti similem illorum capitibus imminere, qui arduas potestates & <sup>4</sup> infauastam ambiunt tyrannidem,

<sup>2</sup> *Vulturem jecur immortale tudentem.* | Plane ejusdem notæ Petronii Epigrammatum :

*Qui vultur jecur ultimum ferriat,  
Et pectus-trahit intumisque fibras,  
Non est quem timidi vocant poëta,  
Sed cordis mala litor atque luxus.*

Ubi non displicerit filii Douze divinatio, *Ti*gi* vocant poëta*, licet vulgatum sua quoque ratione probum. At ultimo versu, quod nondum, quod sciam, adversum, & tamen rei quoddammodo cardo est, admoneo ego scriboque, *litor atque luxus*. Eodem hoc capite Macrobii ; *Cocytum quisquid homines in luxum lachrimisque compellit*. Sed hoc quoque postmodum ex Eustathio assertum comperi in nuperis ad Arbitrium Spicilegiis filio eidem Douze. Quod rei & fidei meæ causa dictum volui ; & illud insuper Epitaphium breve melos additum, judicii & memoria erga eum nostri si non æternum certe pium monumen.

#### JANI DOUSÆ FILII EPITAPHIUM.

*Hanc quisquis terræ orbitam, viator,  
Noli mobile praterire marmor,  
Phabi delicium, Minerva amores,  
Phabi lux Latio, Minerva Athenis,  
Ars & gratia, Calitimusque norma,  
Patris gloria, floculisque vatum,  
Plantini decus & dolor choragi,  
Atque illa Veneres Triumvirorum,  
Hoc, quo Douza jacet, manent sepulchro.  
Admissi sceleris admonitione laniantis.  
Effigie ficeret, lanceinantis.*

<sup>4</sup> *Infauastam ambiunt tyrannidem nunquam*

<sup>1</sup> *sine timore vituri.* | Talem inquietudinem expredit in Caligula Suetonius, cap. 50. *Magna parte noctis vigilia, cubandique radio, nunc toro residens, nunc per longissimas porticus vagus, invocare identidem atque exsultare lucem confuerat*. Cui plane par Taciti super Nerone locus; obscuriusculus tamen & non omnibus fors intellectus. Ego describam ut illustrem & alium eius occasione eritaculum. Lib. 14. Annal.

*Reliquo noctis modo per silentium defexus,  
sapienti pavore exsurgens, & mentis inops  
lucem operiebatur, tanquam exitium al-  
lataram.*

Vulgariter enim si penultimam vocem interpretetur, similius fortasse vero sit, *ablaturam*. Præter laudatum jam Tranquilli suffragium, ipse Tacitus ea mente lib. 3. Historiarum de Vitellio : *Quæ, inquit, natura favoris est, cum omnia intuenti, præfentia maxime disperlicant, in palatium regreditur*. Pariter hic Nero, quasi metum omnem & discrimen dies eximoret, luce noctem mutare desiderat. Hæc sententia videtur esse Taciti, quam tam en servata scriptura veteri, rite elicio ; modo exitium cum Festo & *ἀγαῖκος* capiatur pro fine & exitu cuiuscumque rei. Apuleius, *Lanceam venatoriam, quæ parte minior exitium, in ima viscera condidisse*. Initium deinde similiter usitatum idem Festus & Veteres annoverant. Ego Tacito, ut dixi, redonandum censeo, ubi editur lib. Historiarum 3.

*Jam referata militia, impulsas Vitelli res auditis; juvabit sequi & vestigii vincentis insisteret.*

*nunquam*

nunquam sine timore victuri; & cogentes subjectum vulgus odisse, dum metuat, semper sibi videntur exitium, quod merentur, excipere. Nec frustra hoc theologi suspiciati sunt. nam & <sup>6</sup> Dionysius aulæ Siculæ inclemensissimus incubator, <sup>7</sup> familiari quandam suo solam beatam existimanti vitam tyranni, volens quam perpetuo metu misera, quamque impendentium semper periculorum plena esset ostendere, gladium vagina raptum & à capulo de filo tenui pendentem, mucrone demisso, jussit familiaris illius capiti inter epulas imminere: cumque ille <sup>8</sup> inter & Siculas & tyrannicas copias praesentis mortis periculo gravaretur, Talis est, inquit Dionysius, vira quam beatam putabas: sic nobis <sup>9</sup> semper mortem imminentem videmus. aestima quando esse felix poterit, qui timere non definit. Secundum haec igitur, quæ à theologis afferuntur, si vere quisque suos patimur manes, & inferos in his corporibus esse credimus; quid aliud intelligendum est quam mori animam, cum ad corporis inferna demergitur; vivere autem, cum ad supra post corpus evadit?

Putavit autem æternus ille Cornelii censor reſcribendum: referata Italia. At, referata initia elementa literarum & mentem auctoris proprius erit. Et ea emendatio ut mihi videntur certa, ita de priori dubito, & locum, ut vulgo acceptus est, accipi posse putto, ex illo Seneca Epistol. 122. Gravis mala conscientia lux est.

<sup>8</sup> Sibi videntur existim quod merentur excipere. | Aspexit indubie Petronii verba; Dii dequea quam male est extra legem viventibus! quicquid meruerunt semper expeditant.

<sup>6</sup> Dionysius aula Sicula inclemensissimus incubator. | Servius in tertium Aeneidos: Apud nos incubator imperii tyrannus dicitur. Et idem ad illud Aeneid. I. Nox incubat, incubare proprie dicitur, per vim rem alienam velle retinere. Martialis allusio,

Largiris nihil, incubaque gaza

Ut magnus Draco.

Videndum ubertus Turnebus Advers. primo.

<sup>7</sup> Familiari quandam suo solam beatam existimanti vitam tyranni. | Quod de Saturnino Vopiscus scripsit, plane genuinum est: Et cum eum animarent vel ad vitam vel ad imperium, qui induerant purpuras, in hac verba diffiserunt; Nescitis amici quid malis sit imperare. Gladii & tela nostris cervicibus impudent, immiment hasta undique, undique spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur. Non cibus pro volupitate, non iter pro auctoritate, non bella pro judicio, nonarma pro studio. Adde quod omnis was in imperio reprehenditur. Pontan.

Familiari quandam suo. | Sed & tum quoque, ut paret ex Ciceronis V. Tusc. quæst. 22. cum vite meticuloſe nile a faceret;

quamvis ad tempus narrantis Macrobi reperi possit. Sed ex Mſl. ſcribendum euīdam, ut perpetuo affoler. Gronov.

<sup>8</sup> Inter Siculas & tyr. cop. p. m. periculo gravaretur. | Verba librariorum ſimil & editorum hesitationibus fane quam incerta & varia. Membrana antiquior legit: Cumque ille & inter epulas (ſupra ſcripto ſiculas) & tyrann. cop. p. m. p. gravaretur. Altera: cumque ille & ſiculas (ſpatio inter & ſiculas ſuprapoſitum inter, tum ſupra tā ſiculas & eft dopes) & tyrannicas praefantiſ &c. abſq; copias. Chartaceus autem: Cumque ille & ſiculas & tyrannicas copias p. m. p. alſoneſur. Quam lectionem ſecutae ſunt editori ones uisque ad Stephanum, ut ſuipicatur. Nos hinc veram Macrobi manum revivifcere facimus, quea fuit: Cumque ille & Siculas dopes & tyrannicas copias inter praefantiſ mortis periculo gravaretur. Non potuerunt barotes illi concoquerē rō gravari ἐργάτηδες uſurpari & apponi ei calum quartum, qui tralaticius & velut concessus error fuit hactenus. Vide à patre meo annotata ad Seneca Thyesten v. 105. ſicula dopes faſmoſe, unde vii. Sat. mentiam Siculam & Afianam componit. Gron.

<sup>9</sup> Semper mortem imminentem videmus. Πελιανοὶ obſervatio legitur lib. ejus τοιχ. 150. x. cap. 5. Φρύγιοὶ ἔποι λόγοι, τινὲς δὲ τοις αὐτοῖς αὐτοῖς, θράσιοι μέλαι γε εἰχότως. εἴτε γὰρ ἡσαὶ ἕται, εἴτε αλλοὶ λ. γ. ὑπερεπολεῖσιν εὐθὺς & θάρατοι, εἰσίτε εἰς τὸ τοῦ χρυσόμενος λυστιλέα. Εοιχοτὴν τὸ τοῦ Αἰσωποῦ τοῖς εργασοῖς, ψαυτοὺς τοὺς διδοκότες πάτερα. ἰστοι γὰρ ὅλε, οὐαρέροις, δεειλασική, εἰκόνη τινὲς φυγεῖσι πάτερα. Gron.

## C A P. XI.

*Quid & ubi inferi secundum Platonicos ; quando horum sententia aut vivere anima aut mori dicatur.*

Dicendum est, quid his postea veri solicitior inquisitor philosophiae cultus adjecerit. nam & qui primum Pythagoram & qui postea Platonem fecuti sunt, duas esse mortes, unam animae, animalis alteram prodiderunt : mori animal cum anima discedit ex corpore, ipsam vero animam mori afferentes cum a simplici & individuo fonte naturae in membra corporea dissipatur. Et quia una ex his manifesta & omnibus nota est ; altera non nisi a sapientibus deprehensa, ceteris eam vitam esse credentibus : ideo hoc ignoratur a plurimis cur eundem mortis deum, modo ditem, modo immitem vocemus : cum per alteram, id est, animalis mortem absolvit animam & ad veras naturae divitias, atque ad propriam libertatem remitti, faustum nomen indicio sit ; per alteram vero, quae vulgo vita existimat, animam de immortalitatis suae luce ad quasdam tenebras mortis impelli, vocabuli testemur horrore. nam, ut constet animal, necesse est ut in corpore anima vinciatur. ideo corpus *sūmas*, hoc est vinculum, nuncupatur, & *σῆμα*, quasi quoddam *σῆμα*, id est, animae sepulchrum. unde Cicero, pariter utrumque significans corpus esse vinculum, corpus esse sepulchrum, quod carcer est sepulchorum, ait : *Qui ē corporum vinculis tanquam ē carcere evlaverunt.* Inferos autem Platonici non in corporibus esse, item non a corporibus incipere, dixerunt ; sed certam mundi ipsius partem Ditis sedem, id est, inferos vocaverunt. de loci vero ipsius finibus inter se dissensa publicarunt. & in tres sectas divisa sententia est. alii enim mundum in duo divisorunt ; quorum alterum facit, alterum patitur. & illud facere dixerunt, quod, cum sit immutabile, alteri causas & necessitatem permutationis imponit : hoc pati ; quod per mutationes variatur. & immutabilem quidem mundi partem a sphera, quae aplanes dicitur, usque ad globi lunaris exordium, mutabilem vero a luna ad terras usque dixerunt : & vivere animas dum in immutabili parte consistunt ; mori autem, cum ad partem ceciderint permutationis capacem ; atque ideo inter lunam terrasque locum mortis & inferorum vocari, ipsamque lunam vitae esse mortisque confini-

\* *Modo ditem modo immitem. | Veructe etiam sic editiones. Stephanina modo item virio typorum. Videlur mihi necessario legendum, modo item modo immitem, ut est in membranis. Gronov.*

<sup>2</sup> *Ipsamque Lunam vita esse mortisque confinum. | Vel hinc lucem aliquam accipi- ent verba Apulci ; que, ut ipse asserit, non*

possunt sine piaculo ad prophenorum enunciari intelligentias. Exstant libro undecimo : *Accessi confinium mortis, & calcato Proserpina lumine per omnia rectus elementa remearvi. Nolle media vidi Solem candido coruscante lumine Deos inferos & Deos superos ; accessi coram & adoravi de proxima. Pont.*

um,

um, & animas inde in terram fluentes mori, inde ad supra mean-  
tes ~~et~~ vitam reverti, non immerito existimatum est. à luna enim  
deorum natura incipit cadueorum: ab hac animæ sub numerum die-  
rum cadere & sub tempus incipiunt <sup>3</sup> denique illam ætheream ter-  
ram physici vocaverunt. & <sup>4</sup> habitatores ejus lunares populos nun-  
cuparunt. quod ita esse plurimis argumentis, quæ nunc longum est  
enumerare, docuerunt. nec dubium est, quin ipsa sit mortalium cor-  
porum & auctor & conditrix; adeo ut nonnulla corpora sub lu-  
minis ejus accessu patientur augmenta, & hac decrecente minuantur.  
Sed ne de re manifesta faltidum prolixa assertione generetur;  
ad ea quæ de inferorum loco alii definunt, transeamus. maluerunt  
enim mundum alii in elementa ter quaterna dividere; ut in primo  
numerentur ordine, terra, aqua, aër, ignis, quæ est pars liquidior  
aëris vicina lunæ: supra huc rursum totidem numero sed nature  
prioris elementa; ut sit luna pro terra quam ætheream terram  
à physicis digimus nominatam. aqua sit sphæra Mercurii; aër Vene-  
ris, ignis in Sole. Tertius vero elementorum ordo ita ad nos con-  
versus habeatur; ut terram ultimam faciat, & ceteris in medium  
redactis, in terram desinat tam ima quam summa postremitas: igit-  
tur sphæra Martia ignis habeatur, aër Jovis, Saturni aqua, terra vero  
aplanes, <sup>5</sup> in qua Elysios campos esse puris animis deputatos, anti-  
quitas nobis intelligendum reliquit. de his campis anima, cum in  
corpus emititur, per tres elementorum ordines, tria morte ad cor-  
pus usque descendit. hæc est inter Platonicos de morte animæ cum  
in corpus truditur, secunda sententia. • Alii vero (nam tres esse inter  
eos sententiarum diversitates ante signavimus) in duas quidem & ipse  
partes, sicut primi faciunt, sed non iudicem terminis dividunt mundum.  
hi enim coelum quod aplanes sphæra vocatur, partem unam, sep-  
tem vero spheras quæ vagæ vocantur, & quod inter illas ac terram  
est, terraque ipsam, alteram partem esse voluerunt. Secundum

<sup>3</sup> Denique illam ætheream terram physici  
vocaverunt. | Idem infra, Lunam quoque ter-  
ram sed ætheream vocerunt. Scutum inter-  
pres vetus & doctus Lutatius hinc emacu-  
landus est. Ait ad istud Thebaid. 1. Me-  
diaque silentia Luna: Philosophi lunam esse  
in terra dicunt, quæ circa nostrum hoc solum  
circulo altiore suspensa. Certissima emenda-  
tio: Lunam ætheream terram dicunt. Pont.

<sup>4</sup> Habitatores ejus lunares populos nuncuparunt. | Recepta opinio, Lunam non minus  
ac terram habitiari ac coli. Arati interpres:  
την δὲ ἐπὶ αὐτῆς οἰκαναί ἀλλα ποταμοί  
τοι τοι τὸν ἑαν γένε. Videndus Policianus ad  
illud Tragici.

Sublimis alias Luna concipiatur feras. Id.

<sup>5</sup> In qua Elysios campos esse. | Maro de  
Elycio magnifice lib. 5. Sed amara piorum  
Cencilia Elysiorumquecola. Alter in Sexto

Martialis:

O quan pane tibi Stygia ego rapui ad undas,  
Elysia vidi nubila fusca plaga!  
Quo tamen loco tenent me illa verba, nu-  
bila fusca. Nonne enim utraque vox ejus-  
dem notæ? An augere loci tenebras volu-  
it geminatis copularisque epithetis? Mibi  
vix probabile, & credam magis non sincera  
ea verba, imo ineptum par. Emaculem  
componamusque: Elysia vidi nubila fusca plaga.  
Fefellerat fortassis librarios præca di-  
ctio. Tertull. Mare de fusca temperatum  
& exemplo de decumanis inquietat. Feltus:  
Fusca dicuntur, cum in mari fusca non  
moveantur, quam Graci vulgariter vocant.  
Quo quid aptius liventi huic silenrique pa-  
ludi? At, nubila fusca cum sit MSS. om-  
nium lectio, erit fusca veluti epithetum vo-  
cis nubila. Idem.

hos

hos ergo, quorum sectæ amicior est ratio, animæ beatæ ab omni cū juscunque contagione corporis liberæ cœlum possident. quæ vero apperentiam corporis & hujus quam in terris vitam vocamus ab illa specula altissima & perpetua luce despiciens desiderio latenti cogitaverit, <sup>6</sup> pondere ipso terrenæ cogitationis paulatim in inferiora delabitur. <sup>7</sup> hec subito hac perfecta incorporalitate luteum corpus induitur; sed sensim per tacita detrimenta, & longiorem simplicis & absolutissimæ puritatis recessum in quedam fidere corporis incrementa turgescit: in singulis enim sphæris, quæ cœlo subjectæ sunt, ætherea obvolutione vestitur; ut per eas gradatim societati hujus indumenti teste concilietur. & ideo totidem mortibus, quot sphæras transit, ad hanc pervenit quæ in terris vita vocatur.

<sup>6</sup> Pondere ipso terrena cogitationis paulatim in inferiora delabitur. | Senit idem sublimis ille inter Christianos Philosophus, inter Philosophos Christianus Origenes. Notavit ad Pammachium D. Hieronymus. Dixit Origenes, inquit, cunctæ rationabiles creaturas incorpores & invisibilis, si negligenter sacerdotes paulatim ad inferiora labi, & iuxta qualitates locorum ad qua deflunt assumere

ſibi corpora. Verbi gratia, primum aberea, deinde aerea. Cumque ad vicina terre pervenerint casib[us] corporibus circundari, novis sine humanis carnibus alligari. Idem.

<sup>7</sup> Nec subito hac perfecta. | Fateor me non intelligere hunc locum, nisi cum Vett. Edd. & scriptis nec subito à perfecta redescribatur. Gronov.

## C A P. XII.

*Quomodo anima ex superiori mundi parte ad inferna bac delabatur.*

**D**escensus vero ipsis, quo anima de cœlo in hujus vitæ inferna delabitur, sic ordo digeritur: Zodiacum ita lacteus circulus oblique circumflexionis occursu ambiendo complectitur, ut eum, quæ duo tropica signa Capricornus & Cancer feruntur, intersecet. <sup>1</sup> Has Solis portas physici vocaverint; quia in utraque obviate solsticio ulterius solis inhibetur accessio, & fit ei regressus ad zonæ viam cuius terminos nunquam relinquit. per has portas animæ de cœlo in terras meare & de terris in cœlum remeare creduntur. ideo hominum una, altera deorum vocatur. hominum Cancer, quia per hunc in inferiora descensus est. Capricornus deorum; quia per illum animæ in propriæ immortalitatis sedem & in deorum numerum revertuntur. Et hoc est quod Homeri divina providentia in antri Ithacehi descriptione significat. hinc & Pythagoras putat à lacteo circulo deorsum incipere Ditis imperium, quia animæ inde lapsæ <sup>2</sup> videntur jam à superis recessisse

<sup>1</sup> Hui solis portas. | 1 Sat. 17. His duabus signis, que porta solis vocantur, cancro & capricorno bac omnia contigerunt. Gronov.

<sup>2</sup> Videntur jam à superis recessisse. | Haec quidem omnis ad intellectum prona. Vide tamen an non scriperit; videntur jam superis recessisse. Ditis imperium sunt inferi & mors; animabus autem mortem evenire,

cum ad corpora labuntur, supra Macrobius ostendit. Itaque cum ultra lacteum circum descendendo animæ pervenerint, superi, id est, qui supra lacteum agunt, putant eas jam in ditis imperium, hoc est, corpus quod mori vocant, devenisse. Hic sensus auctoris. Certe præpositionem membranarum altera ignorat. Gronov.

<sup>3</sup> ideo

3 ideo primam nascentibus offerri ait lactis alimoniam ; quia primus eis motus à lacteo incipit in corpora terrena labentibus. Unde & Scipioni de animis beatorum ostensio lacteo dictum est : *Hinc profecti buc revertuntur.* Ergo descensuræ cum adhuc in cancro sunt, quoniam illic positzæ necdum lacteum reliquerunt, adhuc in numero sunt deorum. cum vero ad leonem labendo pervenerint ; illic conditionis futuræ auspicantur exordium. & quia in leone sunt rudimenta nascendi, & quedam humanæ naturæ tyrocinia ; aquarius autem adversus leoni est, & illo oriente mox occidit : ideo, cum sol aquarium tener, manib[us] parentatur ; utpote in signo quod humanæ vitæ contrarium vel adversum feratur. illinc ergo, id est, à confinio quo se Zodiacus lacteusque contingunt, anima descendens à tereti, quæ sola forma divina est, in conum defluendo producitur : sicut à puncto nascitur linea & in longum ex individuo procedit, ibique à puncto suo, quod est monas, venit in dyadem, quæ est prima protractio. Et hæc est essentia, quam individuam eandemque dividuam Plato in Timæo, cum de mundanæ animæ fabrica loqueretur, expressit. animæ enim sicut mundi, ita & hominis unius modo divisionis reperientur ignaræ, si divinæ naturæ simplicitas cogiteretur ; modo capaces ; cum illa per mundi, hæc per hominis membra diffunditur. anima ergo cum trahitur ad corpus, in hac prima sui productione silvestrem tumultum, id est, hylen influentem sibi incipit experiri. &, hoc est, quod Plato notavit in Phædone, animam in corpus trahi nova ebrietate trepidantem, <sup>4</sup> volens novum potum materialis alluvionis intelligi, quo delibuta & gravata deducitur. arcani hujus indicium est & crater Liberi patris ille fidereus in regione quæ inter cancrum est & leonem locatus, ebrietatem illic primum descensuræ animis evenire Silva influente significans. unde & comes ebrietatis oblivio illic animis incipit latenter obrepere. nam si animæ memoriam rerum divinarum, quarum in coelo erant consciæ, ad corpora usque deferrent ; nulla inter homines foret de divinitate dis-

<sup>3</sup> Ideo primam nascentibus offerri ait lactis alimoniam ; quia primus eis motus à lacteo incipit. | Hinc & Circulo huic nomen natum innuit libro de Nymphaeum antro Porphyrius : Δαμοθέας, inquit ὁ θεός της πυθαρίδας αἱ ψυχαὶ, αἱ σωμάτων φανταίς & γαλακτικής της πεπονισμάτων δύο της γαλακτικῆς προσωπίας, οἵται εἰς γένοντα πίστων. Vide Spicilegium Meursii ad illud Theocriti, καὶ ἡμπλοεστα τάλακος, Idyll. 25. Pont.

<sup>4</sup> Volens novum potum materialis alluvionis intelligi. | Non debet hac occasione insanus abire illustris aiiocui Arnobii locus. Editur lib. 1. Puerilis, pusillam est, & exile, vix & illis convenienti, quos jam dudum experientia doltorum damnos appellat, & hos non nosse caelestia & in hac rerum materia crassuri, conditionis sua forte versari. Sed o-

stendit clare, præter sententiaz salebram, loci plagam liber Romanus, qui servat, errores non nosse caelestia. unde probabilius, diducta compendialis scriptura extractaque ex proxima voce litera, fecerim : *terrestres non nosse caelestia* & in hac. Quasi vero, inquit, celestibus illi numinibus terrestrialium non esset perspecta conditio & natura. Materiali autem crassurem intelligit quam Macrobius materialem dixit alluvionem, quæ, ut Plato sentit, hyle influente hauritur. Porro quemadmodum Arnobius terrestres, ita caelestes dixit Tibullus lib. 1. Parcite caelestes, aquum est impune licere Numinis formosis ladere vestra sermeli. Et ipse Arnobius lib. 4. Nam quid de illis amoribus dicam, quibus in famulas sanctos incaluisse caelestes, vestris proditum laterris atque auditoribus continentur. Idem.

senfio,

senso. sed oblivionem quidem omnes descendendo hauriunt; aliae vero magis, minus aliae. & ideo in terris verum cum non omnibus liqueat, tamen opinantur omnes: quia opinionis ortus est memoriae defectus. hi tamen hoc magis inveniunt, qui minus oblivionis hauerunt: quia facile reminiscuntur quod illic ante cognoverant. hinc est quod, quæ apud Latinos lectio apud Græcos vocatur repetita cognitione: <sup>3</sup> quia cum vera discimus, ea recognoscimus quæ naturaliter noveramus prius quam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret. haec est autem hyle, quæ omne corpus mundi quod ubicumque cernimus, ideis impressa formavit. sed altissima & purissima pars ejus, qua vel sustentantur divina vel constant, nectar vocatur, & creditur esse potus deorum: inferior vero & turbidior, potus animalium. & hoc est quod veteres Lethæum fluvium vocaverunt. ipsum autem Liberum Patrem Orphaici <sup>4</sup> οὐλαντόν suspicantur intelligi; qui ab illo individuo natus in singulos ipse dividitur. ideo in illorum sacris traditur Titanio furore in membra disceptus, & frustis sepultis rursus unus & integer emersisse; quia <sup>5</sup> τὸν, quem diximus mentem vocari, ex individuo præbendo se dividendum, & rursus ex diviso ad individuum revertendo & mundi implet officia, & naturæ suæ arcana non deserit. Hoc ergo primo pondere de zodiaco & lacteo ad subjectas usque spheras anima delapsa, dum & per illas labitur in singulis non solum (ut jam diximus) luminosi corporis amicitur accesu; sed & singulos motus, quos in exercitio est habitura, producit: in Saturni, ratiocationem & intelligentiam, quæd <sup>6</sup> λογιστικὴ & θεωρητικὴ vocant: in Jovis, vim agendi, quod <sup>7</sup> πρεγκπηδία dicitur: in Martis, animositatis ardorem, quod <sup>8</sup> Συμφορὴ nuncupa ur: in Solis, sentiendi opinandique naturam, quod <sup>9</sup> αἰδητικὴ & φαραστικὴ appellant: desiderii vero motum, quod <sup>10</sup> ἐπιθυμητικὴ vocatur, in Veneris: pronuntiandi & interpretandi quæ sentiat, quod <sup>11</sup> ἀριθμητικὴ dicitur, in orbe Mercurii: φυτηδία, vero, id est, naturam <sup>12</sup> plantandi & agendi corpora, ingressu globi lunaris exercet. & est haec sicut à divinis ultima, ita in nostris terrenisque omnibus prima corpus enim hoc sicut fæx rerum divinarum est; ita animalis est prima substantia. Et haec est differentia inter terrena corpora & supra, cœli dico & siderum aliorumque elementorum; quod illa quidem sursum arcessita sunt ad animæ sedem, & immortalitatem ex ipsa natura regionis & sublimitatis imitatione meruerunt: ad haec vero terrena corpora anima ipsa deducitur, & ideo mori creditur cum in caducam regionem & in sedem mortalitatis in-

<sup>3</sup> Quia cum vera discimus, ea recognoscimus. | Consulendum est Cicero lib. 1. Tusc. quæst. csp. 24. Arnobius adversus gentes lib. 11. Quod in Menon, ὁ Plato, quedam rationib[us] numeri admota ex puerulo sciscitari; & ex ejus nueris responsi omnibus compre-

bare, quæ discamus, nos discere, sed in eorum memoriam, quæ antiquitus noveramus, redire? Gronov.

<sup>4</sup> Plantandi & agendi corpora | R: ponendum ex Ms. augendi. Gronov.

cluditur.

claditur. <sup>7</sup> Nec moveat quod de anima, quam esse immortalem dicimus, mortem totiens nominamus. etenim sua morte anima non extinguitur, sed ad tempus obruitur, nec temporali demersione beneficium perpetuitatis eximitur: cum rursus è corpore, ubi meruerit contagione vi-

<sup>7</sup> Nec moveat quod de anima, quam esse immortalem dicimus, mortem totiens nominamus. | Tangit Platonem Arnobius: quod cum animas dicat immortales, perpetuas & corporali soliditate privatas, puniri eas dicat tamen & doloribus affici sensuum. Quis autem, subdit, hominum non videt, quod sit immortale quod simplex, nullum posse dolorem admittere? quod autem sentiat dolorem, immortalitatem habere non posse? Hinc itaque οὐδεὶς εἰς gentium ille antagonista, medie esse qualitatis animas. Sunt enim, inquit, media qualitatis (sicut Christo antīcōmē compertum est) & interire qua possunt, Deum si ignoraverint, vita & exitio liberari, si ad eū se minas atque iudgentias applicant. Pontanus.

Nec moveat. | Interjiciendum te auctori-  
tate librorum vett. nam alloquitur filium.  
Sic, cap. 6. Nec te remordeat &c. cap. 15.  
Nec te moveat, quod saepe in longissimo posi-  
tum montem videmus. Il. 15. Nec te confun-  
dat, quod moveri passum verbum est. Gron.

<sup>8</sup> Mortem totiens nominamus. | Nescio an refungi debeat, ominamus. Pomponius, ita  
tibi bene sit, qui recte omnia. Sed in pe-  
jorem partem, Plautus: Ob iſud omen omi-  
nator capies quod te concedet. Et de Omini-  
bus quia tam oportune se offert, adferam ea  
de re que sub manu mihi, ut dicitur, nata.  
Sub manu, inquam, nata; nam ea potissimum  
promam que vel lucis hujusmodi e-  
gere videbuntur vel medicinae. Cetera au-  
tem, & que talia huic negotio aptanda scio,  
non otii hujus non loci sunt.

Omen itaque Festus explicat quasi orimen, quod ore fiat augurium. Id accidebat vel Deorum vel hominum nutu. Hominum pro-  
prie appellat omnia Cicero de Divinat. Ne-  
que solum Deum, inquit, voces Pythagorei ob-  
servabant: sed etiam hominum, que omnia  
vocabant. Apuleius de Deo Socratis: Ita  
est apud Platonem: ne quisquam arbitretur  
omnia cum vulgo loquuntur captasse. Et statim:  
Videmus plerisque usi venire, qui nimia omni-  
num superstitione non suopte corde sed alterius  
verbo reguntur. Omnis tamen finitionem  
ad voces seu effata non constringo, utpote  
quod late adeo patet ac ipsa vita & vita  
actus. Quare cum Gracis σύνθητα inter-  
preter, que indicia & notae credebant an-  
tiquitus secundorum seu aduersorum. Tale  
est (ut à Cæsare initium sit) quod Augustus  
lavum sibi prodidit calcum proposito indu-

tum quo die seditione militari prope afflictus  
est. Itidem Lampridius inter indicia impe-  
raturi aliquando Alexandri recentef, Quod  
tabula Traiani Imp. qua lecto geniali Patrie  
imminebat, dum mater eum in Templo pareret,  
in lectum decidit. Idque caducum auspiciu[m]  
Festo aliisque auctoriis. Spartanus in Had-  
riano, natali ultimo cum Antonium commen-  
daret, praetexta sponte delapsa caput ei operuit.  
Annulus in quo imago ejus sculpta erat, sponte  
de digito delapsus est. Hinc cecinit Nafo:  
Omina sunt aliquid: modo cum decedere velle

Ad limen digitos restitit ita a Nape.  
Intellexit hujusmodi quoque obstacula five  
remoras Plinius, & offendentes pedum dixit.  
Plautus auspicia five religionem appellavit.  
Amphitruo: Ante Auspiciu[m] commora-  
tum est? Et alibi, An religio tibi objecta? Tale capio quod oblatum Othoni in Vi-  
tellium eunti. Tacitus, Fuere qui profisci-  
centi Othoni moraa religionemque non conditio-  
rum ancilium offerrent. Vide & Suetoniu[m]  
in Nerone cap. 19. Porro offendentes  
pedum diserte quoque innuit Tibullus:

*O quoties ingressus iter mibi trifixa dista  
Offensum in porta signa dedisse pedem!  
In accessu talia. Ex recessu etiam auspicia  
captabant: utpote si quis destinato quopi-  
am profiscens, subito vel infecto proposito  
revertetur. In sacrificiis id potissimum oc-  
cupavit. Apollonius super Sacris Trivis Dea  
ita vertitur :*

— Sacrisque peraltis

*Rursum abire pyra moneo. convertere nullus  
Te retro strepitusque pedum, fremitusque ca-  
ninus*

Cogat; nam sacri fiat labor irritus omnis.  
Recte inquit irriter reddi Sacrum strepitum  
vel simili interpellatione. Valerium ita ex-  
plico & ex veteri Scripto corrigo lib. 3.  
Ne sacrificium Alexandri aut concusso thuri-  
bulo aut edito geminis impediret. Vulgo magi-  
strelli aliquicu[m] Gloflema legitur: geminis re-  
gias aures aspergeret. Sed uti hoc in Sacris  
praesertim, religiose servatum ita, Pythagoras  
perpetuo symbolo & passum praecautum vo-  
luit: θυρωτας, inquit, εἰς Στροφίας, μὴ  
μαρτυρέσθαι. Causam addit & aperit, Furia  
enim transeunt. Nec absimile, sed majoris  
momenti, salutis humanæ datoris monitum,  
Qui aratra manum applicuit ne respiciat. De-  
nique ut ita religionem objectam nominabant,  
sic contra ex Plauto iterum disco, cum o-  
tiorum

tiorum penitus elimata purgari, ad perennis vitæ lucem restituta in integrum revertatur. Plene, ut arbitror, de vita & morte animæ

men in melius mitiusque interpretari amabant, dixisse, Religionem à se rejicere. Grati Suetonius appellavit. Quod ut exemplis plurimis deponi possit, ita illustrissimum in Julio reperio. Suetonius, *Cum Casar Africa oram appulisset, & in terram infelixitrus corrisset*, dixit ut *infelicitum ex causa omen aviceret*: Teneo te Africa. At idem ille Caesar adeo superstitiōnibus hisce majorem semper extulit animum, ut nulla unquam religione vel ab incepto absterritum vel retardatum legamus. Iterum Suetonius, *Licet immolanti ausus esset hojta, præstitionem adversus Scipionem & Iuliam non distulit*. Quo reipublice fortassis Seneca Confol. ad Marciam valde probabiliter credo, scripsisseque, *Tam cito dolorem vicit quam omnia solebat. nam vulgo est omnia. His adnecto manum, pedem & similia corporis sinistra, ut infelicitas omnini pacifim habita; ab Apuleio in indicium felicis replicata. Ait de sinistra lib. 2. Quarum aquariorum offendebat indicium, deformatum manum sonoram porrecta palmula: qua genuina pigritia, nulla calliditate, nulla solertia predita, videbatur aquariorum magis aptior quam dextra. Macrobius in Saturnal. 1. Apollinis simulacra manus dextra. Gratias gerant, arcum cum sagittis sinistra, quod ad noxam sit pigrorum, & saltem manus promptior largiatur. Ita videndum an alluceant Catulli loco:*

Hec ut dixit, Amor sinistra amantis  
Dextram sternuit approbationem.  
Nam subdit, Nunc ab auspicio bono profecti,  
Mutuis animis amant amantur.  
Sed haec proprie humanæ vitæ ipsos actus  
resipiunt. Erant insuper veteribus omnia  
quædam occultiora, quæ ex Retus, ex Diebus  
etiam & nominibus, ex locis denique & ve-  
ribus deducebant. Ad rei spectare vide-  
bantur omnia infelicitæ usurpata, utpote  
nausfragia corunque reliquæ. Et præsternit  
natæ olim parceria: *Aurum Tolicianum,*  
*equus Sciamus.* Quæ singula uti notissima,  
sciens prætervolo. Noviter vero insignem  
hinc adopto Virgilii locum, quem poeta ille  
Auguralis Pythagoricaeque doctrinæ peritis-  
sus, occule hac superstitione velavit.  
Ne enim infelicitæ Didoni esse dona illa Re-  
næ palam assertaret tali ambitione verbo-  
rum intinuavit:

*Munera præterea Iliaica erpta ruinis  
Ferre juber, pallam signis auroque rigen-*

*tem,*

*Ornatæ Argive Helenæ: quod illa Myca-*

*næ*

*Pergama cum peteret, inconcessaque Hymeno-*

*nos,*

*Extulerat, Leda matris mirabile donum.*

*Et paulo inferius,*

*Dona ferens Pelago & flammis roflans*

*Troja.*

*Intellexit lib. 1. Thebaid. Papinius, & imi-  
tatus est:*

*Nec mirum. Nam tu infelicitos ducas*

*marito*

*Ornatæ Argiva geris; dirumque monile*

*Hermiones.* Longa est series, sed nota ma-

*lorum*

*Persequar, unde novis tam seva potentia*

*dons.*

Baltheus deinde Pallantis huc quoque facit ex Æneidos 12. Donasset enim prostrato Turno vitam Æneas, nisi infelicitum istud infigne, quod Pallante necato Turnus raperas, suavissimi amici memoriam doloreque revocasse. Verba parco subscríbere, sicuti &c Homer; qui Achillem visu, qua Patro-  
clo Hector detraxerat, armis, ira atrociter exsurgentem describit. Tu video. Sequitur de diebus. Ii cladi bus vel alias ominis aliquid diritate insignes & impediti, Reli-  
gijs, nefasti, atri dicebantur. Super quis ordine viendus Agellius; & addendus illu-  
stris Taciti locus, lib. 2. Histor. Funeti, inquit, omnini loco acceptum est quod maxi-  
mum pontificatum adeptus Vitellius, de Care-  
moniis xv. Kal. Aug. edixit, antiquitas in-  
fausto die Cremensis Alliensisque cladi bus. No-  
mina deinde omnia præferebant vel prospe-  
ritatis vel diuturnitatis, & contra. Bona erant  
Craffus, Valerius, Macrobius, Lucius, Lucris  
apud Plautum Persa 10. Nomen atque amen  
quantius est pretii. Do. Si te eam mihi quoque  
Lucridem confido fore te. Ubi tamen  
leve, me judice, mendum fit, quod ita e-  
mendem: confido fore te. Non nomine tan-  
tum, respondit Dordalus sed re quoque Lu-  
cridem mihi futuram spero. Omnino cor-  
rectio talis necessaria, ut extollatur acumen  
loci alioqui jacentis. Mala deinde, Furius,  
Hofilius, Macer, Martialis,

*Quintum pro Decimo; pro Craffo, Regule,*

*Macrum,*

*Ante salutabes Rhetor Apollonius.*

Ita enim recte leges pro quod vulgo Mar-  
cum; & addes ex Festo in Lacu Lucrino.

Agellius quoque non omitendus lib. 1. cap. 28.

Cavenda igitur non impropterias sola verbis, sed  
etiam prævitias omnis, si quis se nunc senior  
advocatus adolescenti superesse dicat. Sed per-  
tinaciter in libris omnibus hactenus legitur,

definitio

definitio liquet; quam de adytis philosophiae doctrina & sapientia Ciceronis elicit.

*pravitas omnis.* Inepte. & vidit id solus, quod sciam, Aristoteli nuperueditor. Quisquis est, agnofo le<sup>t</sup>issimum ingenium. Porro, loca omnino censebat vel à nuncupatione vel à tractatione aliqua ferali. Nonc<sup>o</sup>putationem respxit Plautus Menechmis; Nemibi damnum in Epidamno dñas. Et Petronius, Epidamni nomina quare. Super feralibus vero præter ab interpresibus cunniatum & pessim dicta, Taciti infigne testimonium indicium reperio, lib. Atonal. 1. ubi Germanicus campos seu loca lustrat in quib<sup>s</sup> cum exercitu toto occubuerat Varus: *Quod Tiberio,* inquit, *baud probatum, seu cuncta Germanici in detersus trahenti; sive exercitum imagine casorum insculptorumque, tardatum ad prælia, & formidolosiorum hostium crebat.* Neque imperatores auguratus & vetustissimis ceremoniis præstatum, attrectare feralia debuisse.

De *vesperis* denique aliquid apponi possit non occupatum. Quod nempe Q. Curtius omnino & imperii mutationem portendit credidit, Alexandrum Periarum & exoticum habitu delectatum deliciatumque. Quo, nisi fallor, respxit firmi & alti judicij doctor Tertullianus: *Vides, inquit, quasdam & capillum croco vertere. Pudet eis etiam nationis sua, quod non Germana aut Galli precreata sint. Ita Patriam capillo transferunt. Male ac pessime sibi ausplicantur flammes capite. Flammæ capite, ignem illum innuit perpetem, ut alibi appellat, & iugem. D. Hieronymus similiter: Ne caput gemmis oneres, nec capillam irrasas, & si aliquid de Gabenna ignibus aspiceris. Exeat epist. ad Letam, & indubio à Tertulliano, ut sibi illius multa, tractum. Post.*

### C A P. XIII.

*Hominem duplcs ratione mors; primum si anima corpus relinquat; deinde si anima in corpore adhuc manens, corporeas illecebras consumnat, voluptatesque & affectiones omnes excusat: ex his mortibus posteriorem hanc omnibus appetendam; priorem arcessandam non esse, sed exspectandum donec deus ipse animam à corpore dissolvas.*

SE D Scipio per quietem & cœlo, quod in præmium cedit beatis, & promissione immortalitatis animatus, tam gloriosam spem tamque inclytam magis magisque firmavit viro patre; de quo utrum viveret, cum adhuc videretur dubitare, quæsiverat. mortem igitur malle coepit, ut viveret. nec flesse contentus viro parente, quem crediderat extinctum, ubi loqui posse coepit, hoc primum probare voluit nihil se magis desiderare, quam ut cum eo jam moraretur. nec tam apud se quæ desiderabat facienda constituit, quam ante consuleret: quorum unum prudentiæ, alterum pietatis assertio est. Nunc ipsa vel consulentis vel præcipientis verba tractemus. *Queso, inquam pater sanctissime atque opissime, quoniam hic est vita, ut Africani audio dicere, quid moror in terris? quis hic ad vos venire propero? Non est ita, inquit. nisi enim cum Deus hic, cuius hoc tempulum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc*

\* Nec tam apud se Libri antiqui, nec tamen, quod verum est, syntaxi eidem qua Ovidius IV. Met.

Nec tamen ante adiit, nisi proprubatas & dire,

Quam se composuit, quam circumspexit amictus.  
Dein videtur legendum; antequam consuleret, cum una membrana. Gronov.

tibi

sibi aditus patere non potest. homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum quem in templo hoc medium vides, quæ terra dicitur: bisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas vocatis; quæ globosæ & rotundæ divinis animate membris circos suos orbesque consciunt celeritate mirabili. Quare & tibi, Publi, & piis omnibus retinendus animus est in custodia corporis: nec injussu ejus à quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est; ne munus assignatum à deo defugisse videamini. Hæc facta & præceptio Platonis est, qui in Phædone definit <sup>2</sup> homini non esse sua sponte moriendum. sed in eodem tamen dialogo idem dicit mortem philosophantibus appetendam, <sup>3</sup> & ipsam philosophiam meditationem esse moriendi. hæc sibi ergo contraria videntur: sed non ita est. nam Plato duas mortes hominis novit. nec hoc nunc repeto quod superius dictum est duas esse mortes; unam animæ, animalis alteram: sed ipsius quoque animalis, hoc est hominis, duas afferit mortes; quarum unam natura, virtutes alteram præstant. homo enim moritur, cum anima corpus relinquat solium lege naturæ: mori etiam dicitur, cum anima adhuc in corpore constituta corporreas illecebras philosophia docente contemnit, & cupiditatum dulces insidias reliquasque omnes exuitur passiones. & hoc est quod superius ex secundo virtutum ordine, quæ solis philosophantibus aptæ sunt, evenire signavimus. Hanc ergo mortem dicit Plato sapientibus appetendam: illam vero, quam omnibus natura constituit, co-

<sup>2</sup> Homini non esse sua sponte moriendum. | Cebes apud Philosopherum querit ex Socrate, qui dicat Mñ Seputon ēnai ēautov Blōzēdū. Et inferius: Auen dñ mārtiū, w̄c p̄p̄l̄p̄, ἀρεθματικαὶ τετράγενα εἰ πλαστέρες ἐρῶσαι, καὶ τὸ μελέτην αὐτὰ τέτο ἐπ τὸ πλαστικὸν λόγιον καὶ χωρομέτρον φυσῆσαι τὸν τε οὐρανόν. Gronov.

<sup>3</sup> Et ipsam philosophiam meditationem esse moriendi. | Hæc fere sententia corrumpendo fuit insigni apud Senecam loco. Ait de morbo suo, quod suspirium appellat. Epist. 55.

Itaque medici hanc meditationem mortis vocant.

Et ambigit vir eximius nostraque tempestate medicinae antiquas princeps Hieron. Mercurialis, Lib. 6. cap. 16. Variarum lectionum, quæ proprie hac fuerit ægritudo. Op̄dōrr̄v̄as vix dicendam censer, cum ait Seneca intra horam definire consueuisse, illa vero diutius protrahatur. Ipsam itaque d'œcorias vel cordis palpitationem statuendam non refat, cum in ea non modo gravissima anhelandi difficultas, quasque suspiratio, verum etiam presentaneum suffocationis periculum sit. Nam inquit iterum Philosophus, Quis tamen dīs exspirat? Itaque ut ad rem, mi-

ratur hoc loco Mercurialis cur aiat Seneca medicos malum hoc mortis dixisse meditationem. Maluisse illæ exercitationem, cum profiteatur ipse Seneca nihil aliud esse ejusmodi ægritudinem, quam animam agere. Praclare hæc Mercurialis, nisi quod ego ipsum dō, p̄p̄l̄p̄ fuisse censem; nam, ut diserte Cellus, dō, p̄p̄l̄p̄ est cum vehementior est spirandi difficultas, & spirare ager sine sono & austeritate non possit. Et statim, "Adp̄p̄ & ip̄dōrr̄v̄a acuta esse consueverunt; & d'œcorias potest diutius trahi." Praclare tamen Mercurialis, & eo duce pedum mihi viâ via est. Senecæ, inquam, suam vocem & mentem eruisse mihi videor tali emendatione: Modulationem mortis vocant. Corruptio, ut dixi, à superiori illi non dissimili gnomæ dimanaverit, quæ sacro illi gregi in animo & calamo crebrior, quam hæc venuste à Philosopho efformata dicendi figura. Modulationem enim mortis quam signata dixerit funestum illum reciprocumque spiritum vel illud rōrēs dō, p̄p̄l̄p̄ à Martiale celebratum comprobaverit:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua  
Cantator cygnus funeris ipse sus. Pont.

gi, vel inferri vel accersiri vetat, docens expectandam esse natu-  
ram; & has causas hujus aperiens sanctionis, quas ex usu rerum,  
quæ in quotidiana conversatione sunt, mutuantur. ait enim eos, qui  
potestatis imperio truduntur in carcere, non oportere inde diffuge-  
re, priusquam potestas ipsa quæ clausit abire permiserit; non enim  
vitari pœnam furtiva dilacione, sed crescere. hoc quoque addit nos  
esse in dominio deorum, quorum tutela & providentia gubernamur.  
nihil autem esse invito domino de his quæ possidet ex eo loco, in  
quo suum constituerat, auferendum: & sicut qui vitam mancipio  
extorquet alieno, crimen non carebit; ita eum qui finem sibi, do-  
mino necdum jubente, quæsiverit, non absolutionem consequi sed  
reatum. hæc Platonice sectæ semina altius Plotinus exsequitur. O-  
porteret, inquit, animam post hominem liberam corporeis passionibus  
inveniri; quam: qui de corpore violenter extrudit liberam esse non  
patitur; qui enim libi sua sponte necem comparat, aut pertesus ne-  
cessitatis aut metu cuiusquam ad hoc descendit aut odio; quæ omnia  
inter passiones habentur. ergo etsi ante fuit his sordibus pura, hoc  
ipso tamen quo exit extorta sordescit. deinde mortem debere ait a-  
nimæ à corpore solutionem esse, non vinculum: exitu autem coacto-  
animam circa corpus magis magisque vinciri. & revera ideo sic ex-  
tortæ animæ diu circa corpus ejusve sepulturam vel locum in quo  
injecta manus est pervagantur: cum contra illæ animæ, quæ se in  
hac vita à vinculis corporeis philosophiæ morte dissolvunt, adhuc  
extante corpore cælo & sideribus inferantur. & ideo illam solam  
de voluntaris mortibus significat esse laudabilem, quæ comparatur,  
ut diximus, philosophiæ ratione, non ferro; prudentia non veneno.  
Addit etiam illam solam esse naturalem mortem, ubi corpus animam,  
non anima corpus relinquit. constat enim numerorum certam con-  
stitutamque rationem animas sociare corporibus. hi numeri dum  
superfluit, perasperat corpus animari; cum vero deficiunt, mox ar-  
cana illa vis solgitur, qua societas ipsa constabat. & hoc est quod  
fatum & fatalia ~~vis~~ tempora vocamus. Anima ergo ipsa non de-  
ficit, quippe quæ ~~immortalis~~ atque perpetua eit; sed impletis nu-  
meris corpus fatiscit: neo anima lassatur animando; sed officium  
suum deserit corpus, cum jam non possit animari. hinc illud est do-  
ctissimi vatis:

*Explebo numerum reddarque tenebris.*

Hæc est igitur naturalis vere mors, cum finem corporis solus nûme-  
rorum suorum defectus apportat; non cum extorquetur vita corpo-

\* Accersiri vetat. | Legitur hoc verbum  
etiam i Sat. 16. Accersita est ab ~~Aegyptio~~  
auctoritas. ii Sat. 11. Accersebantur autem  
mores ab usque freto Siculo. Sed haec scri-  
bentium errata esse mihi exploratum est:  
nam melius habes cap. preced. Illa quidem  
sursum ercessit sunt. Infra autem hoc cap.

celerem finem sibi suastra beatitatis arcessit.  
Et alibi quod fortissime me hoc attrahit,  
est quod videlicet etiam Virgilio impingi id  
verbi, lib.4. Sat. cap. 5. quasi scripsisset. Si  
ponit manes accersere coniugis Orpheu, cum  
ab omni memoriam ibi lectum sit arcessere ag-  
noscente etiam Servio. Granv.

ti adhuc idoneo ad continuationem ferendi. Nec levis est differentia vitam vel natura vel sponte solvendi. anima enim, cum à corpore deseritur, potest in se nihil retinere corporeum, si se pure cum in hac vita esset, instituit: cum verò ipsa de corpore violenter extruditur, quia exit rupto vinculo non soluto, fit ei ipsa necessitas occasio passionis; & malis, vinculum dum rumpit, inficitur. Hanc quoque superioribus adjicit rationem non sponte pereundi. Cum constet, inquit, remunerationem animis illic esse tribuendam modo perfectionis, ad quam in hac vita unaquæque pervenit: non est præcipitandus vitæ finis, cum adhuc proficiendi esse possit accessione. Nec frustra hoc dictum est; nam in arcanis de animæ redditu disputationibus, fertur in hac vita delinquentes similes esse super æquale solum cadentibus, quibus denuo sine difficultate præsto surgere: animas vero ex hac vita cum delictorum fordibus recedentes, æquandas his, qui in abruptum ex alto præcipitique delapsi sunt, unde facultas numquam sit resurgendi. ideo ergo concessis utendum vitæ spatiis, ut sit perfectæ purgationis major facultas. Ergo, inquires, qui jam perfecte purgatus est manum fibi deberet inferre, cum non sit et causa remanendi: quia profectum ulterius non requirit, qui ad supera pervenit. Sed hoc ipso, quo fibi celerem finem spe fruendæ beatitatis arcessit, irretitur laqueo passionis: quia spes, sicut timor, passio est. sed & cetera, quæ superior ratio differunt, incurrit. Et hoc est quod Paulus filium spe vitæ ve-rioris ad se venire properantem prohibet ac repellit: ne festinatum absolutionis ascensionisque desiderium magis eum hac ipsa passione viciat ac retardet. nec dicit, quod nisi mors naturalis advenerit emori non poteris, sed, huc venire non poteris. *nisi enim, cum deus, inquit, istis te corporis custodijs liberaverit, buc tibi aditus patere non potest:* quia scit jam receptus in coelum nisi perfectæ puritati coeliis habitaculi aditum non patere. pari autem constantia mors nec veniens per naturam timenda est, nec contra ordinem cogenda naturæ. Ex his quæ Platonem quæque Plotinum de voluntaria morte pronunciasse retulimus, nihil in verbis Ciceronis, quibus hanc prohibet, remanebit obscurum.

## C A P. XIV.

*Cur mundus hic universus, 'dei vocetur templum: quotupli sensu accipiatur nomen animi: Et quomodo mens homini cum sideribus communis esse dicitur: tum variae de animi natura sententiae: quid inter stellam & fidus interficit: quid sphæra, quid orbis, quid circus: stellæ errantes unde nomen acceperint.*

**S**ED illa verba, quæ præter hoc sunt inserta, repetamus: *Homines enim sunt bac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in templo hoc medium vides, quæ terra dicitur: bisque animus datus est*

# LIBER PRIMUS.

51

*est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas vocatis; quæ globosæ & rotundæ divinis animatæ mentibus, circos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.* De terra, cur globus dicatur in medio mundo positus, plenius differemus cum de novem sphæris loquemur. Bene autem universus mundus dei templum vocatur; propter illos qui æstiment nihil esse aliud deum, nisi cœlum ipsum & cœlestia ista quæ cernimur. ideo ut summi omnipotentiam dei ostenderet posse vix intelligi, numquam posse videri; quicquid humano subjicitur aspectui, templum ejus vocavit, qui sola mente concipitur; ut, qui hæc veneratur ut templo cultum tamen maximum debeat conditori; sciatque quisquis in usum templi hujus inducitur ritu sibi vivendum fæderotis. unde & quasi quodam publico præconio tantam humano generi divinitatem inesse testatur, ut universos fidere anitii cognitione nobiliter. Notandum est, quod hoc loco animum & ut proprie & ut abusive dicitur posuit. animus enim proprie mens est. quam diviniorem anima nemo dubitavit. sed nonnunquam sic & animam usurpantes vocamus. cum ergo dicit; *bisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus*: mentem præstat intelligi, quæ nobis proprie cum cœlo sideribusque communis est. cum vero ait; *retinendus animus est in custodia corporis*: ipsam tunc animam nominat quæ vincitur custodia corporali, cui mens divina non subditur. Nunc qualiter nobis animus, id est mens, cum sideribus communis sit, secundum theologos differamus. Deus qui prima <sup>2</sup> causa eit & vocatur, unus omnium <sup>3</sup> quæque; sunt quæque; videntur esse princeps & origo eit. hic superabundanti majestatis fecunditate de se mentem creavit. Hæc mens, quæ *v&v* vocatur, qua patrem inspicit, plenam similitudinem servat auctoris: animam vero de se creat posteriora respiciens. Rursus anima partem quam intuetur induitur, ac paulatim regrediente respectu in fabricam corporum, in corporeæ ipsa degenerat. habet ergo & purissimam ex mente, de qua eit nata, rationem, quod *λογικὸν* vocatur; & ex sua natura accipit præbendi sensus præbendique incrementum seminarium. quorum unum *εἰδητικὸν*, alterum *φυτικὸν* nuncupatur. sed ex his primum, id est *λογικὸν*, quod innatum sibi ex mente sumpsit, sicut verè divinum eit, ita solis divinis aptum. reliqua duo, *εἰδητικὸν* & *φυτικὸν*, ut à divinis recedunt, ita convenientia sunt caducis. Anima ergo <sup>4</sup> creans condensque corpora (nam ideo ab anima natura incipit; quam sapientes deo & mente *v&v* nominant) ex illo mero ac purissimo fonte mentis, quem na-

<sup>1</sup> Posse vix intelligi, nunquam posse videri. | posterius posse, si non melius, at certe non pejus abest à libris veteris. Gronov.

<sup>2</sup> Causa est, & vocatur. | Scriptit Macrobius *causa* & est & voc. Ita habent Miss. Ita locutus est supra, ita loquitur infra, corpora quæ divina & sunt & videntur. cap. ix. *Omnimodo medius* & sit & habeatur. Gron.

<sup>3</sup> Quæque sunt, quæque videntur. | Ut

cap. 6. Quod solus omnia, quæque sunt, quæque videntur esse, complexus eit. Sed Ms. optimus utroque loco, quacunque de quo ἐπίσημο, præsertim cum &c. v. Sat. cap. ult. Grammaticorum omnium, quig que sunt quique fuerint, instructissimus. Gronov.

<sup>4</sup> Creans condensque corpora. | Libri omnes creans sibi cond. Gronov.

cendo de originis suæ hauserat copia, corpora illa divina vel supera, cœli dico & siderum, quæ prima condebat, animavit: divinæque mentes omnibus corporibus, quæ in formam teretem, id est, in sphæræ modum, formabantur insulæ sunt. & hoc est quod cum de stellis loqueretur, ait; *quæ divinis animatae mentibus.* in inferiora vero ac terrena degenerans fragilitatem corporum caducorum reprehendit meram divinitatem mentis sustinere non posse; imo partem ejus *vix* solis humanis corporibus convenire: quia & sola videntur erecta, tanquam ad supera ab imis recedant, & sola coelum facile tamquam semper erecta suspiciunt; solisque inest vel in capite sphæræ similitudo, quam formam diximus, solam mentis capacem. soli ergo homini rationem, id est, vim mentis infudit, cui sedes in capite est. sed & geminam illam sentiendi crescendique naturam, quia caducum est corpus, inferuit. Et hinc est, quod homo & rationis compos est & sentit & crescit, solaque ratione meruit præstare cæteris animalibus: quæ quia semper prona sunt & ex ipsa quoque suspiciendi difficultate à superis recesserunt, nec ullam divinorum corporum similitudinem aliqua sui parte meruerunt, nihil ex mente fortita sunt; & ideo ratione caruerunt: duo quoque tantum adepti sunt, sentire vel crescere. Nam si quid in illis similitudinem rationis imitatur, non ratio sed memoria est; & memoria non illa ratione mixta, sed quæ hebetudinem sensuum quinque comitatur. de qua plura nunc dicere, quoniam ad prælens opus non attinet; omittemus. Terrenorum corporum tertius ordo in arboribus & herbis est, quæ carent tam ratione quam sensu, & quia crescendi tantummodo usus in his vigeret, hac sola vivere parta dicuntur. Hunc rerum ordinem & Vergilius expressit; nam & mundo animam dedit, & ut puritati attestaretur, mentem vocavit. *Cœlum enim,* ait, *& terras, & maria & sidera spiritus intus alit,* id est, anima, sicut aliibi pro spiramento animam dicit:

*Quantum ignes animaque valent,*  
&, ut illius mundanæ animæ assereret dignitatem, mentem esse testatur:

*Mens agitat molem;*  
nec non, ut ostenderet ex ipsa anima constare & animari universa quæ vivunt, addidit,

*Inde hominum pecudumque genus:*  
& cetera. utque assereret eundem semper in anima esse vigorem, sed usum ejus hebescere in animalibus corporis densitate, adjecit: *Quantum non noxia corpora tardant,* & reliqua. Secundum hæc ergo cum ex summo deo mens, ex mente anima sit; anima vero & condat, & vita compleat omnia quæ sequuntur, cunctaque hic unus fulgor illuminet, & in universis appareat, ut in multis speculis per or-

<sup>5</sup> Sed quæ hebetudinem sensuum quinque comitatur. | Est qui nauta habetudinem, pro ejus ait. *Tum pro regnatur, illi regnans est.* Gronov.

dinem

dinem positis vultus unus; cumque omnia continua successionibus sequantur, degenerantia per ordinem ad imum meandi: invenietur pressius intuenti à summo deo usque ad ultimam rerum fecem una mutuis se vinculis religans & nulquam interrupta connexio. & hæc est Homeri catena aurea, quam pendere de coelo in terras deum jussisse commemorat. His ergo dictis, solum hominem constat ex terrenis omnibus mentis, id est animi, societatem cum coelo & sideribus habere communem. & hoc est quod ait: *bisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera & stellas vocatis,* nec tamen ex ipsis coelestibus & sempiternis ignibus nos dicit animatos. ignis enim ille licet divinum, tamen corpus est. nec ex corpore quamvis divino possemus animari; sed unde ipsa illa corpora quæ divina & sunt & videntur animata sunt, id est, ex ea mundanæ animæ parte quam diximus de pura mente constare. & ideo postquam dixit: *bisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus quæ sidera & stellas vocatis:* mox adjecit; *quæ divinis animatæ mentibus;* ut per sempiternos ignes, corpus stellarum; per divinas vero mentes, earum animas manifesta discretione significet, & ex illis in nostras venire animas vim mentis ostendat. Non ab re est ut hæc de anima disputatione in fine sententias omnium, qui de anima videntur pronuntiassæ, contineat. Plato dixit animam essentiam se moventem; Xenocrates numerum se moventem; Aristoteles ἀντλέχεια; Pythagoras & Philolaus harmoniam; Posidonius ideam; Atclepiades quinque sensuum exercitium sibi consonum; Hippocrates spiritum tenuem per corpus omne dispersum; Heraclitus Ponticus lucem; Heraclitus physicus scintillam stellaris essentia; Zenon concretum corpori spiritum; Democritus spiritum insertum atomis, hac facilitate motus, ut corpus illi omne sit pervium; Critolaus peripateticus constare eam de quinta essentia; Hipparchus ignem; Anaximenes aera; Empedocles & Critias sanguinem; Parmenides ex terra & igne; Xenophanes ex terra & aqua; Boëthos ex aere & igne; Epicurus speciem ex igne, & aere, & spiritu mixtam. Obtinuit tamen non minus de incorporalitate ejus quam de immortalitate sententia. Nunc videamus quæ sint hæc duo nomina quorum pariter meminit cum dicit: *que sidera & stellas vocatis.*<sup>8</sup> neque enim hic res una gemina appellatione monstratur, ut ensis & gladius: sed sunt stellæ quidem singulares, ut erraticæ quinque & ceteræ quæ

<sup>7</sup> Manifesta descriptione significet. | Praeforam quod erat in membranis Modianis, manifesta discretione significet. Innuit enim discretionem five dicrimen esse inter sempiternos ignes, & divinas mentes. Pontan. Nullum vidi codicem, in quo non sit discretione, quod omnino requiritur; & ideo contextum mutavi. Gronov.

<sup>8</sup> Neque enim hic res una | Reprehendere videtur Macrobius Laurentius Valla lib. 6. cap. 22. Eleg. quod existimatis

ex sententia Ciceronis, stellas esse singulares, ut sunt erraticæ, sidera vero, quæ in aliquod signum, stellarum plurimum compositione formantur: ut Aries, Taurus. Additique Ciceronis loca alia, ubi sidus & sidera etiam planetas notant. Ut de Universitate: itemque nesciunt his siderum errores. Est & alius locus Macrobi in Saturnalibus, qui ab eodem Valla notatur. Quam recte, apud eum vide lib. 1. cap. 13. Eleg. Pont.

non admixtae aliis solae feruntur, sidera vero, quæ in aliquod signum stellarum plurium compositione formantur. ut aries, taurus, Andromeda, Perseus, vel corona, & quæcunque variarum genera formarum in cœlum recepta creduntur. sic & apud Græcos aster & astron diversa significant. & aster stella una est; astron signum stellis coactum, quod nos sidus vocamus. Cum vero stellas globosas & rotundas dicat, non singularium tantum exprimit speciem, sed & earum quæ in signa formanda convenerant. omnes enim stellæ inter se, etiæ in magnitudine aliquam, nullam tamen habent in specie differentiam. Per hæc autem duo nomina, solida sphæra describitur, quæ nec ex globo, si rotunditas defit, nec ex rotunditate, si globus defit, efficitur; cum alterum à forma, alterum soliditate corporis defératur. Sphæræ autem hic dicintur ipsarum stellarum corpora, quæ omnia hac specie formata sunt. dicuntur præterea sphæræ & aplanes illa quæ maxima est, & subjectæ septem per quas duo lumina & quinque vagæ discurrent. circi vero & orbes duarum sunt rerum duo nomina. & his nominibus quidem alibi aliter est usus. nam & *orbem*; pro, *circulo*. posuit: ut *orbem lacteum* & *orbem*, pro, *sphera*: ut, *novem tibi orbibus vel potius globis*. sed & circi vocantur qui sphærā maximam cingunt, ut eos<sup>9</sup> sequens tractatus inveniet; quorum unus est lacteus, de quo ait: *inter flamas circus elucens*. sed hic horum nihil neque circi neque orbis nomine voluit intelligi. sed est *orbis* in hoc loco stellæ una integra & peracta conversio, id est, ab eodem loco post emensum sphæræ, per quam movetur, ambitum in eundem locum regressus. Circus autem est hic linea ambiens sphærā, ac veluti semitam faciens, per quam lumen utrinque discurrat, & inter quam vagantium stellarum error legitimus coërcetur. Quas ideo veteres errare dixerunt: quia & cursu suo feruntur, & contra sphæræ maximæ, id est, ipsius coeli impetum contrario motu ad orientem ab occidente volvuntur. & omnium quidem par celeritas,<sup>10</sup> motus similis & idem est modus meandi, sed non omnes eodem tempore circos suos orbesque conficiunt. & ideo est celeritas ipsa mirabilis: quia cum sit eadem omnipotens, nec ulla ex illis aut concitator esse possit aut seignior; non eodem tamen temporis spatio omnes ambitum suum peragunt. causam vero sub eadem celeritate disparis spatii aptius nos sequentia docebunt.

<sup>9</sup> Sequens tractatus inveniet. | Scripti quidam vel ostenderet, vel ostenderet, sed auscultare vereor: nam tanquam ad haec verba respsitum dicit hoc libro cap. 21. Quid inter eos dissensionem fecerit, quæve modus sa- sequenda sententia, tractatus invenit. Et id pro ostendere hoc modo etiam cap. 6. legitur: Præcedens autem tractatus invenit nn- meros & ause animam mundi suisse. Gron.

<sup>10</sup> Modus similis & idem est modus me- andi. | Capite 21. Cum sit omnitus idem modus meandi: tantum eis diversitatē tem- poris sola spatiorum diversitas facit. Unde claret modum meandi nihil esse aliud, quam ipsum motum & circuitus festinationem: ac proinde libens amplectitor, quod suggerit optimæ fidei men brata: Modus similis, id est, modus meandi. G. nov.

## C A P . X V .

*De undecim circulis cælum ambientibus.*

HIS de siderum natura & siderea hominum mente narratis, rur-  
sus filium pater, ut in deos pius, ut in homines justus esset hor-  
tatus, præmium rursus adjecit, ostendens lacteum circulum virtuti-  
bus debitum & beatorum cœtu refertum. cuius meminit his verbis.  
*Erat autem is splendidissimo candore inter flamas circus elucens. quem  
vos, ut à Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis.* Orbis hic idem  
quod *circus* in lactei appellatione significat. *est autem lacteus unus  
è circis, qui ambient cœlum: & sunt præter eum numero decem.*  
de quibus quæ dicenda sunt proferamus, cum de hoc competens ser-  
mo processerit. Solus ex omnibus hic subjectus est oculis; ceteris  
circulis magis cogitatione quam visu comprehendendis. de hoc lacteo  
multi inter se diversa senserunt: causasque ejus alii fabulosas, naturales  
alii protulerunt. sed nos fabulosa reticentes, ea tantum, quæ ad na-  
turam ejus visa sunt pertinere, dicemus. Theophrastus lacteum dixit  
esse compagem, qua de duobus hemisphæriis cœli sphæra solidata est;  
& ubi oræ utrinque convenerant notabilem claritatem videri: Dio-  
dorus ignem esse densatæ concretæque naturæ in unam curvi limitis  
femitam, discretione mundanæ fabricæ coacervante concretum; &  
ideo visum intuentis admittere, reliquo igne cœlesti lucem suam ni-  
mia subtilitate diffusam non subjiciente conspectui: Democritus innu-  
meras stellas brevesque omnes, quæ spissæ tractu in unum coactæ  
spatiis, quæ angustissima interjacent, opertis vicinæ sibi undique &  
ideo passim diffusæ, lucis aspergine continuum juncti luminis corpus  
ostendunt. sed Posidonius, cuius definitioni plurimum consensus acce-  
dit, ait lacteum caloris esse fiderei infusionem; quam ideo adversa  
Zodiaco curvitas obliquavit, ut, quoniam sol numquam Zodiaci ex-  
cedendo terminos expertem fervoris sui partem cœli reliquam dese-  
rebat, hic circus à via solis in obliquum recedens universitatem flexu  
calido temperaret. quibus autem partibus Zodiacum interfecet, su-  
perius jam relatum est. hæc de lacteo. Decem autem alii, ut dixi-  
mus, circi sunt; quorum unus est ipse Zodiacus, qui ex his decem  
solus potuit latitudinem hoc modo, quem referemus, adipisci. Na-  
tura cœlestium circulorum incorporalis est linea; quæ ita mente con-

<sup>1</sup> *Est autem lacteus unus è circis qui am-  
biunt cœlum. Imo non unus ille è cœli  
circulis, sed unicus quodammodo in celo  
circulus. Erantum enim reliquie circuli  
ne re nec specie tales, sed eos, ut caute-  
scriptit Capella, Circulos non ita dicimus, ut  
liqentis nature discrimina corpulentia finga-  
mus, sed ut ascensus descendensque ad nos er-  
rantum demonstremus. Et de ipso Lacteo*

paulo post: *Nam confinio septentrionis circu-  
natus in finitorum antarcticæ regionis accli-  
nan, pare totum videtur permeare cœlum,  
quem quidam mihi despere videntur, qui cir-  
culum negaverunt. Quæ verba in suspicio-  
nem me ducunt scriptum paulo ante ei-  
dem Capellæ: Ego præcepta potius edisseram  
disciplina, ac undecim mundi circulos afficerem  
pro quod editur decem.* Ponan.

cipiunt, ut sola longitudine censeatur, latum habere non possit. sed in Zodiaco latitudinem signorum capacitas exigebat, quantum igitur spatii lata dimensione porrectis sideribus occupabat, duabus lineis limitatum est: & tertia ducta per medium, ecliptica vocatur, quia cum cursum suum in eadem linea pariter sol & luna conficiunt, alterius eorum necesse est venire defectum: Solis; si ei tunc luna succedat: lunæ; si tunc adversa sit soli. ideo nec sol umquam deficit, nisi, cum tricesimus lunæ dies est; & nisi quinto decimo cursus sui die nescit luna defectum. sic enim evenit ut aut lunæ contra solem posita ad mutuandum ab eo solitum lumen, sub eadem inventus linea terræ conus obssistat, aut soli ipsa succedens objectu suo ab humano aspectu lumen ejus repellat. In defectu ergo sol ipse nil patitur, sed nostra fraudatur adspectus. luna vero circa proprium defectum laborat non accipiendo solis lumen, cuius beneficio noctem colorat. quod sciens vergilius disciplinarum omnium peritis simus, ait:

*Defectus solis variis, luneque labores.*

Quamvis igitur trium linearum ductus zodiacum & claudat & dividat; unum tamen circum auctor vocabulorum dici voluit antiquitas. *Quinque alii circuli paralleli vocantur.* horum medius & maximus est *aequinoctialis*, duo extremis atque ideo breves: quorum unus *septentrionalis* dicitur, alter *australis*. inter hos & medium duo sunt *tropici*, maiores ultimi, medio minores; & ipsi ex uirga parte zone ultre terminum faciunt. Præter hos alii duo sunt *coluti*; quibus nomen dedit imperfecta conversio. ambientes enim *septentrionalem* verticem, atque inde in diversa diffusi & se in summo interficiant, & quinque parallellos in quaternas partes æqualiter dividunt, zodiacum ita interficiantes, ut unus eorum per arietem & libram, alter per cancerum atque capricornum meando decurrat: sed ad australēm verticem non pervenire creduntur. duo, qui ad numerum prædictum supersunt; meridianus & horizon non scribuntur in sphera: quia certum locum habere non possunt, sed pro diversitate circumspicientis habitantis variantur. Meridianus est enim, quem sol cum super hominum verticem venerit ipsum diem medium efficiendo designat & quia globositas terræ habitationes omnium æquales sibi esse non patitur, non eadem pars coeli omnium verticem despicit. & ideo unus omnibus meridianus esse non poterit: sed singulis gentibus super verticem suum proprius meridianus efficitur. similiter sibi horizontem facit circumspetio singulorum. horizon est enim velut quadam circu designatus terminus coeli, quod super terram videtur. & quia ad ipsum verè finem non potest humana acies pervenire; quantum quique oculos circumferendo conspicerit proprium sibi coeli quod super terram est, terminum facit. hinc horizon, quem sibi uniuscujusque circumscriptus adspectus, ultra trecentos & iexa-

\* In se continere. | Membranarum altera | Unitas innumerar. species & de se creat & inter se, sed optima cum chartaceo libro | intra se continet. Et sequitur: quod intra se, quod auctor est. Habetus supra: | horizontem suum continentur. Gronov.

ginta stadios longitudinem<sup>3</sup> ita se continere non poterit. centum enim & octoginta stadios non excedit acies contra videntis. sed visus cum ad hoc spatium venerit accessu deficiens in rotunditatem recurrendo curvatur. atque ita sit ut hic numerus ex utraque parte geminatus trecentorum sexaginta stadiorum spatium, quod intra horizontem suum continetur efficiat; semperque quantum ex hujus spatii parte postera procedendo dimiseris, tantum tibi de anteriore sumetur: & ideo horizon semper quantacunque locorum transgressione mutatur. hunc autem, quem diximus, admittit adspectum, aut in terris æqua planities, at pelagi tranquilla libertas, qua nullam oculis objicit offensam. Nec te moveat quod sape in longissimo politum montem videmus, aut quod ipsa coela superna suspicimur. aliud est enim cum se oculis ingerit altitudo; aliud cum per planum se porrigit & extendit intutus: in quo solo horizontis circus efficitur. Hæc de circis omnibus, quibus cœcum cingitur dicta sufficientia tractatum ad sequentia transferamus.

## C A P: XVI.

*Qui fiat ut quedam stelle nunquam à nobis videantur, & quanta stellarum omnium magnitudo.*

**E**x quo mibi omnia contemplati præclare cetera & mirabilia vivunt debantur. Erant autem hæc stelle quas nunquam ex hoc loco vidi mus, & ea magnitudines omnium quas esse nunquam suspicati sumus. ex quibus erat ea minima, quæ ultima à cœlo citima terris luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terre magnitudinem facile vincebant. Dicendo; Ex quo mibi omnia contemplati, id quod supra retulimus affirmat; in ipso lacteo Scipionis & parentum per somnum contigisse conventum. duo sunt autem præcipua, quæ in stellis se admiratum refert, aliquarum novitatem, & omnium magnitudinem. Ac prius de novitate, post de magnitudine differemus. Plene & docte adjiciendo, quas nunquam ex hoc loco vidi mus, causam cur à nobis non videantur ostendit. locus enim nostræ habitationis ita positus est, ut quedam stellæ ex ipso numquam possint videsi. quia ipsa pars coeli, in qua sunt, nunquam potest hic habitantibus apparet. pars enim hæc terræ, quæ incolitur ab universis hominibus, qui nos invicem scire possumus, ad septentrionalem verticem surgit: & sphæralis convexitas australem nobis uerticem in ima demerget. cum ergo semper circa terram ab ortu in octalium cœli sphæra volvatur; vertex hic, qui septentriones habet, quoquo versum mundana volubilitate vertatur, quoniam super nos est, semper à nobis videtur ac semper ostendit

*Archos Oceanii metuentes equeore tingui:*

Australis contra, quasi temel nobis pro habitationis nostræ positione

<sup>3</sup> Id est quod supra retulimus affirmat. | verbum sulstanti in necessario erade idem. Lapsus ex Stephan. officina propagatus; nam & sic MSS. Gron. v.

demersus, nec ipse nobis umquam videtur, nec sidera sua, quibus & ipse sine dubio insignitur, ostendit. & hoc est quod poëta nature ipsius conscius dixit,

*Hic vertex nobis semper sublimis: at illum*

*Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi.*

Sed cum hanc diversitatem cælestibus partibus vel semper vel numquam apparenti terræ globofitas habitantibus faciat: ab eo qui in celo est omne sine dubio cœlum videtur non impediente aliqua parte terræ, quæ tota puncti locum pro cœli magnitudine vix obtinet. Cui ergo australis verticis stellas numquam de terris videre contigerat, ubi circumspectu libero sine offensa terreni obicis visæ sunt, jure quasi novæ admirationem dederunt. & quia intellexit causam propter quam eas numquam ante vidisset, ait; erant autem haec stellæ quas numquam ex hoc loco vidimus. hunc locum demonstrative terram dicens, in qua erat dum ista narraret. sequitur illa discussio, quid sit quod adjicit; Et haec magnitudines omnium, quas esse numquam suspiciati sumus, cur autem magnitudines, quas vident in stellis, nunquam homines suspiciati sunt, ipse patefecit addendo: stellarum autem globi terræ magnitudinem facile vincebant. nam quando homo, nisi quem doctrina philosophiae supra hominem, imo vere hominem, fecit, suspicari potest stellam unam omnitem terra esse majorem, cum vulgo singulæ vix facis unius flaminam æquare posse videantur? ergo tunc earum vere magnitudo asserta credetur, si maiores singulas, quam est omnis terra, esse constiterit. quod hoc modo licebit recognoscas. Punctum dixerunt esse geometræ quod ob incomprehensibilem brevitatem sui in partes dividi non possit; nec ipsum pars aliqua, sed tantummodo signum esse dicatur. physici, terram ad magnitudinem circi, per quem sol volvitur, puncti modum obtinere docuerunt. Sol autem quanto minor sit circu proprio comprehensum est. manifestissimis enim dimensionum rationibus constat, mensuram solis ducentesimam sextam decimam partem habere magnitudinis circi, per quem sol ipse discurrit. cum ergo sol ad circum pars certa sit; terra vero ad circum solis punctum sit, quod pars esse non possit: sine cunctatione iudicij solem constat terra esse majorem, si major est pars eo, quod partis nomen nimia brevitate sui non capit. verum solis circu superiorum stellarum circos certum est esse maiores, si eo quod continetur, id quod continet majus est; cum hic sit cælestium sphærarum ordo, ut à superiore unaquaque inferior ambiatur. unde & lunæ sphærā quasi à cœlo ultimam & vicinam terræ minimam dixit; cum terra ipsa

\* Licebit recognoscas. | Ut i Sat. 7. Unde quia sciri fas est, Horus noster licebit mecum recognoscas. Quare nec audiendi Ms. in quibus licet, ut aucte Stephanum legebatur. Gronov.

3 Sol ad circum pars certa sit. | Rectius leges ex Ms. ad circum suum. Deinde Membranæ: quid partis nomen nimia brevitate non caput. omisso sui Gronov.

\* in punctum quasi vere jam postrema deficiat. si ergo stellarum superiorum circi, ut diximus, circa solis sunt grandiores ; singulæ autem hujus sunt magnitudinis ut ad circum unaquæque suum modum partis obtineant : sine dubio singulæ terra sunt ampliores, quam ad solis circum qui superioribus minor est, punctum esse prædiximus. De luna, si vere luce lucet aliena, sequentia docebunt.

\* In punctum quasi vere jam postrema deficiat. | tur dixisse, sed sphericum quasi punctum.  
Servant ad oram libri loco vere, | Quod non absonum adeo fuerit, prius tamen  
Iphara. Quasi terram non sphæram dignare quis sollicit ? Post.

## C A P. XVII.

Cælum quas nobrem semper & in orbem moveatur : quo sensu summus vocetur deus : & ecquid stelle, quas fixas vocant, suo etiam proprio motu aganeur.

**H**ÆC cum Scipionis obtutus non sine admiratione percurrentes ad terras usque fluxisset, & illic familiarius hæsisset : rursus avimonitu ad superiora revocatus eit, ipsum à costi exordio sphæram ordinem in hæc verba monstrantis : *Novem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia ; quorum unus est cælestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus arcens & continens ceteros, in quo sunt infissi illi qui voluntur stellarum cursus sempiterni : buic subjecti sunt septem, qui versantur retro contrario motu, atque cælum è quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. deinde est hominum generi prosperus & salutaris. ille fulgor qui dicitur Iovis ; tum ruciulus horribilis quo terris, quem Martium dicitis. deinde subter medianam fere regionem sol obrinet, dux & princeps & moderator lumen reliquorum, mens mundi & temperatio. tanta magnitudine ut cuncta sua luce tūstret & compleas. hunc ut cornites consequuntur Veneris alter ; alter Mercurii cursus : infimoque orbe luna radiss solis aocensa convertitur. infra autem eam nihil est nisi mortale & caducum, præter animos munere deorum hominum generi datos : supra lunam sunt æternæ omnia. nam ea, quæ est media & nona tellus, neque movetur & infima est, & in eam feruntur omnia nutu suo pondera. Totius mundi à summo in itum diligens ipsa hunc locum collecta descriptio est ; & integrum quoddam universitatis corpus effingitur, quod quidam τὸ πᾶν, id est, omne, dixerunt. unde & hic dicit : *connexa sunt omnia.* Vergilius vero magnum corpus vocavit :*

*Et magno se corpore miscer.*

Hoc autem loco Cicero rerum quærendarum jactis semiñibus, multa nobis excolenda legavit. de septem subjectis globis ait ; *qui versus sunt retro contrario motu atque cælum.* quod cum dicit ; admonet, ut queramus, si versatur cælum : & si illi septem & versantur & contrario motu moventur ; aut si hunc esse sphæratum ordinem quem

Cicero

Cicero refert, Platonica consentit auctoritas: & si vere subjectæ sint: quo pacto stellæ earum omnium zodiacum lustrare dicantur, cum zodiacus & unus & in summo celo sit: quæve ratio in uno Zodiaco aliarum cursus breviores aliarum faciat longiores. hæc enim omnia in exponendo earum ordine necesse est afferantur. & postremo, qua ratione in terram ferantur, sicut ait, *omnia nutu suo pendera*. Versari cœlum mundanæ animæ natura & vis & ratio docet. cuius æternitas in motu est; quia numquam motus relinquit, quod vita non deserit: nec ab eo vita discedit, in quo viger semper agitatus. igitur & cœlesti corpus, quod mundi anima futurum sibi immortalitatis particeps fabricata est, ne umquam vivendo deficiat, semper in motu est & stare nescit: quia nec ipsa stat anima qua impellitur. nam cum animæ, quæ incorporeæ est, essentia sit in motu; primum autem omnium cœli corpus anima fabricata sit: sine dubio in corpus hoc primum ex incorporeis motus natura migravit. cuius vis integræ & incorrupta non deserit, quod primum caper movere. ideo vero cœli motus necessario volubilis est; quia cum semper moveri necesse sit; ultra autem locus nullus sit quo se tendat accessio, conformatio, perpetua in se redditio agitur. ergo in quo potest vel habet, currit, & accedere ejus revolvit est: quia sphære spatiæ & loca complectentis omnia unæ est cursus, rotari sed & sic animam sequi semper videtur, quæ in ipsa universitate discurrit. Dicemus ergo quod eam numquam reperiatur, si semper hanc sequitur. imo semper eam reperit; quia ubique tota, ubique perfecta est. cur ergo si quam querit reperit non quiescit? quia & illa requietis est inscia. staret enim si usquam stantem animam reperiatur. cum vero illa, ad cuius appetentiam trahitur, semper in universa se fundat; semper & corpus se in ipsam, & per ipsam retorquet. hæc de cœlestis volubilitatis arcano pauca de multis Plotino auctore reperta sufficiant. Quod autem hunc istum extimum globum, qui ita volvitur, summum deum vocavit; non ita accipiendum est, ut ipse prima causa & deus ille omnipotensissimus existimat: cum globus ipse, quod cœlum est, animæ sit fabrica, anima ex mente processerit; mens ex deo, qui vere summus est, procreata sit. sed summum quidem dixit ad ceterorum ordinem, qui subjecti sunt: unde mox subjecit; *arcens & continens ceteros*. deum, vero quod non modo immortale animal ac divinum sit, plenum inclite ex illa purissima mente rationis; sed quod & virtutes omnes, quæ illam primæ omnipotentiam suavitatis sequuntur, aut ipse faciat aut ipse contineat, ipsum denique Jovem veteres vocaverunt, & apud theologos Jupiter est mundi anima. hinc illud est:

*Ab Iove principium Musæ. Jovis omnia plena.*

quod de Arato poëtæ alii mutuati sunt, qui de sideribus locuturus à celo, in quo sunt sidera, exordium sumendum esse decernens,

ab

\* ab Jove incipendum esse memoravit. hinc Juno & soror eius & conjuncta vocatur. est autem Juno aëris: & dicitur soror; quia isdem seminibus, quibus cælum, etiam aëris est procreatus: conjuncta; quia aëris subjectus est cælo. his illud adjiciendum est; quod præter duo lumen & stellas quinque, quæ appellantur vagæ, reliquas omnes alii infixas cælo nec nisi cum cælo moveri; alii, quorum assertio vero proprietor est, has quoque dixerunt suo motu, præter quod cum cœli conversione feruntur, accedere: sed propter immensitatem extimæ globi excedentia credibilem numerum secula in una eis cursus sui ambitione consumere; & ideo nullum earum motum ab homine sentiri: cum non sufficiat humanae vitae spatiu[m] ad breve saltem punctum tam tardæ accessionis deprehendendum, hinc Tullius nullius sectæ inscius veteribus approbaræ simul artigit utramque sententiam dicendo: *in quo sunt infixi illi qui voluntur stellarum cursus sempiterni.* nam & in his dixit, & curiosus habere non tacuit.

<sup>1</sup> Ab Jove incipendum. | Ex Διδού ἀρχήσθα. Quo principio & in Ptolemeo Theocritus est usus. Camerarius.

## C A P. XVIII.

*Stellas errantes contrario quam cælum motu versari.*

Nunc utrum illi septem globi, qui subjecti sunt, contrario, ut ait, quam cælum vertitur, motu ferantur, argumentis ad verum ducentibus requiramus. Solem ac lunam & stellas quinque quibus ab errore nomen est, præter quod secum trahit ab ortu in occasum cæli diurna conversio, ipsa suo motu in orientem ab occidente procedere non solum literarum profanis, sed multis quoque doctrina iniciatis, abhorrente à fide ac monstrō simile judicatum est: sed apud pressius intuentes ita verum esse constabit, ut non solum mente concipi, sed oculis quoque ipsis possit probari, tamen ut nobis de hoc sit cum pertinaciter negante tractatus, age, quisquis tibi hoc liqueat dissimulas, simul omnia quæ vel contentio sibi fingit detractans fidem, vel quæ ipsa veritas suggesta in divisionis membra mittamus. Has erraticas cum luminibus duobus aut infixas cælo, ut alia sidera, nullumque fui motum nostris oculis indicare, sed ferri mundanæ conversionis impetu, aut moveri sua quoque accessione dicemus. rursus, si moventur: aut cæli viam sequuntur ab ortu in occasum & communi & suo motu meantes; aut contrario recessu in orientem ab occidentis parte versantur. præter hæc, ut opinor, nihil potest vel esse vel fingi, nunc videamus quid ex his poterit verum probari. Si infixæ essent: nunquam ab eadem statione dis-

<sup>1</sup> Literarum profanis. Ita Minucius in Octavio suo: *Audere quodcumque & hos studiorum rudes, literarum profanos, experies ar-* tium nisi sordiderum, certum aliquid de summa rerum & maiestate decernere. Gronov.

cederent;

cederent; sed in isdem locis semper, ut aliae, viderentur. ecce enim de infixis vergilie nec à sui umquam se copulatione dispergunt; nec hyadas, quæ vicinæ sunt, deserunt; aut Orionis proximam regionem relinquunt. septentrionum quoque compago non solvit. anguis qui inter eos labitur semel circumfusum non mutat amplexum. hæ vero modo in hac modo in illa cæli regione visuntur. & sœpe cum in unum locum duæ plures convenerint, & à loco ramen in quo simul visæ sunt & à se postea separantur. ex hoc eas non esse cælo infixas oculis quoque approbantibus constat. igitur motentur. nec negare hoc quisquam poterit, quod visus affirmat. querendum est ergo utrum ab ortu in occasum an in contrarium motu proprio revolvantur. sed & hoc querentibus nobis non solum manifestissima ratio sed visus quoque ipse monstrabit. consideremus enim singulorum ordinem, quibus zodiacum divisum vel distinctum videmus, & ab uno signo quolibet ordinis ejus sumamus exordium. Cum aries exortitur, post ipsum taurus emergit: hunc gemini sequuntur, hos cancer, & per ordinem reliqua signa. si itæ ergo in occidentem ab oriente procederent: non ab ariete in taurum, qui retro locum, sed in leonem in geminos signum posterius volverentur: sed à geminis in taurum, & à taurō in arietem recta & mundane volubilitatis consona accessione prodirent. cum vero à primo in signum secundum, à secundo ad tertium, & inde ad reliqua, quæ posteriora sunt, revolvantur: signa autem infixæ cælo ferantur: sine dubio constat, his stellæ non cum cælo sed contra cœlum movere hoc ut plene liqueat, adstruamus de lunæ cursu, qui & claritate sui & velocitate notabilior est. Luna, postquam à sole discedens nova- ta est, secundo fere die circa occasum videtur, & quasi vicina soli quem super reliquit. postquam ille densius est; ipsa celi marginea tenet antecedenti superoccidens. tertio die tardius occidit quam secundo; & ita quotidie longius ab occasu recedit, ut septimo die circa solis occasum in medio cælo ipsa videatur: post alios vero septem, cum ille mergit, hæc oritur: adeo media parte mensis dimidium cælum, id est, unum hemisphærium, ab occasu in orientem recedendo metitur. rursus post septem alios circa solis occasum latenter hemisphærii verticem tenet. & hujus rei indicium est, quod medio noctis exoritur: postremo totidem diebus exemptis solem denuo comprehendit, & vicinus videtur ortus amborum, quamdiu soli succedens rursus novetur, & rursus recedens paulatim semper in orientem regrediendo relinquat occasum. Sol quoque ipse non aliter quam ab occasu in orientem movetur; &, licet tardius recessum suum quam luna conficiat (quippe qui tanto tempore<sup>3</sup> signum unum emetiarur, quanto totum zodiacum luna discurrit) manifesta tamen & sub-

<sup>2</sup> Consideremus enī singulorum ordinem, | nro, & ab uno signo quolibet, &c. Pontan.  
equibus. | Nonae res ipsa scribi postulet? | <sup>3</sup> Signum unum emetiarur. | Libri verussi  
signorum ordinem. Nam & sequitur conti- | numerique. Gronov.

jecta oculis motus sui præstat indicia. hunc enim in ariete esse ponamus. quod, quia æquinoctiale signum est, pares horas somni & diei facit. in hoc signo cum occidit; libram, id est, scorpis chelas mox oriri videmus: & appetet taurus vicinus occasui. nam & vergilias & hyadas partes tauri clariores non multo post sole mergente videmus. sequenti mense sol in signum posterius, id est, in taurum recedit: & ita fit ut neque vergilie neque alia pars tauri illo mense videatur. signum enim, quod cum sole oritur & cum sole occidit, semper occulitur. adeo ut & vicina astra solis propinquitate celentur. nam & canis tunc, quia vicinus tauro est, non videtur tectus lucis propinquitate. & hoc est quod Vergilius ait;

*Candidus auratis aperit cum cornibus annum  
Taurus, & adverso cedens canis occidit astro.*

non enim vult intelligi tauro oriente cum sole, mox in occasum ferri canem, qui proximus tauro est, sed occidere eum dixit tauro gestante solem: quia tunc incipit non videri sole vicino. tunc tamen occidente sole libra adeo superior invenitur; ut totus scorpius ortus appareat: gemini vero vicini tunc videntur occasui. rursus, post tauri mensem gemini non videntur; quod in eos solem migrasse significat. post geminos recedit in cancerum: & tunc, cum occidit, mox libra in medio cælovidetur. adeo constat solem tribus signis peractis, id est, ariete & tauro & geminis, ad medietatem hemisphaerii recessisse. denique, post tres menses sequentes, tribus signis quæ sequuntur emensis. cancerum dico, leonem & virginem, invenitur in libra, quæ rursus æquat noctem diei, & dum in ipso signo occidit, mox oritur aries, in quo sol ante sex menses occidere solebat. ideo autem occasum magis ejus quam ortum eligimus proponendum; quia signa posteriora post occasum videntur, &, dum ad hæc quæ sole mergente videri solent, solem redire monstramus, sine dubio eum contrario motu recedere, quam cœlum movetur, ostendimus. Hæc autem, quæ de sole & luna diximus, etiam quinque stellarum recessum assignare sufficient. pari enim ratione in posteriora signa migrando semper mundanus volubilitati contraria recessione versantur.

C A P.

## C A P. XIX.

*Quem Cicero & quem Plato Soli inter errantes stellas assignaverint ordinem: cur luna lumen suum mutetur à sole, sicque luceat ut tamen non calefaciat. debinc cur sol non absolute sed fere medius inter planetas esse dicatur. unde sideribus nomina: & cur stellarum errantium aliæ adversæ nobis sint, aliæ prosperæ.*

HIS assertis de sphærarum ordine pauca dicenda sunt. in quo dissentire à Platone Cicero videri potest: cum hic solis sphærā quartam de septem, id est, in medio, locatam dicat. Plato à luna sursum secundam, hoc est, inter septem à summo locum sextum tenere cominemoret. Ciceroni Archimedes & Chaldaeorum ratio consentit. Plato Ægyptios omnium philosophiæ disciplinarum parentes securus est, qui ita solem inter lunam & Mercurium locatum volunt, ut ratione tamen deprehenderint & edixerint, cur à nonnullis sol supra Mercurium, supraq[ue] Venerem esse credatur. nam non solum illi, sed & alii specie vero procul aberrant. opinione vero istius permutationis hujusmodi ratio persuasit. A Saturni sphæra, quæ est prima de septem, usque ad sphærā Jovis à summo secundam, interjecti spatii tanta distantia est, ut zodiaci ambitum superior triginta annis, duodecim vero annis subiecta conficiat. rursus tantum à Jove sphæra Martis recedit, ut eundem cursum biennio peragat. Venus autem tanto est regione Martis inferior, ut ei annus iatis sit ad zodiacum peragrandum jam vero ita Veneri proxima est, stella Mercurii, & Mercurio sol propinquus; ut hi tres cælum suum pari temporis spatio, id est, anno, plus minusve circumveant, igitur & Cicero hos duos cursus comites solis vocavit, quia in spatio pari longe à se numquam recedunt. luna autem tantum ab his deorsum recedit, ut quod illi anno, viginti octo diebus ipsa conficiat, ideo neque de trium superiorum ordine, quem

*Ut ratione tamen deprehenderint & edixerint. | Animo meo postrema h[ic] vocula spuria sit. Suggestit ad marginem Lugdunensis: elicuerint. Fallor? aut scriptit Aurelius, delicuerint, quod nos delicaverint aut declaraverint diximus. Nonius: Delicia est aperi vel explana. Titinius, Quid istuc est? aut quid iste filii vult sermo, mater delica. Pont. Non parva lectionis in MSS. est varietas: sed antiquissimus; ut rationem tamen & deprehenderint & edixerint, Quod forte vetum est: nam & lib. 2. cap. ult. Postquam quanta & quam divina pramia virtutibus debeat, edixit. Suspicor tamen fusse olim, & ediderint. Est enī interdum edere id ipsum, quod & fratres docunt & di-*

vulgare. Cicero 3. de legibus: *quid eodem qui magistratu abierint, edant & exponant, quid in magistratu gesserint.* Gronov.

*Ad zodiacum peragrandum. | Consueta Astrologia & Arateorum scholastæ & infra nostro quoque loquendi ratio. Sed non fuerat hoc loco expellenda vetus scriptura, que apparuit in scriptis ad Zodiacum peragendum quæ melior est. Sic cap. preced. solem tribus signis feratiss., &c. hoc est, emensius. Quintilianus decl. 1. Nec tota ritibus penarium sacra peragenda sunt. &c. Ovidius illis à patre meo adductus: Cum sol duodena perget Signa. Infra quoque non male scripti, ideo & Cicero. Item, luna a. s. ab his deorsum recepsit. Gronov.*

manifeste

manifeste clareque distinguit immensa distantia, neque de lunæ regione, quæ ab omnibus multum recessit, inter veteres aliqua fuit dissensio. horum vero trium sibi proximorum Veneris, Mercurii & Solis ordinem vicinia confudit; sed apud alios. nam Ægyptiorum sollertia ratio non fugit: quæ talis est. <sup>3</sup> Circulus, per quem sol discurrit à Mercurii circulo ut inferior ambitur. illum quoque superior circulus Veneris includit: atque ita fit ut hæ duæ stellæ, cum per superiores circulorum fuorum vertices currunt, intelligantur supra solem locatae: cum vero per inferiora comineant circulorum; sol eis superior æstimetur. Illis ergo qui sphæras earum sub sole dixerunt, hoc visum est ex illo stellarum cursu qui nonnumquam, ut diximus, videtur inferior; qui & vere notabilior est, quia tunc liberius apparet. nam cum superiora tenent, magis radiis occuluntur. & ideo persuasio ista convaluit; & ab omnibus pœne hic ordo in usum receptus est: perspicacior tamen observatio meliorem ordinem deprehendit, quem præter indaginem visus hæc quoque ratio commendat; quod lunam, quæ luce propria caret & de sole mutuatur, necesse est fonti luminis sui esse subjectam. hæc enim ratio facit lunam non habere lumen proprium, ceteras omnes stellas lucere suo, quod illæ supra solem locatae in ipso purissimo æthere sunt, in quo omne, quicquid est, lux naturalis & sua est: quæ tota cum igne suo ita sphæræ solis incumbit, ut cœli zonæ, quæ procul à sole sunt, perpetuo frigore oppressæ sint, sicut infra ostendetur. Luna vero, quia sola ipsa sub sole est & caducorum jam regioni luce sua carenti proxima, <sup>4</sup> lucem nisi de superposito sole, cui resplendet, habere non potuit. <sup>5</sup> Denique quia totius mundi ima pars terra est; ætheris autem ima pars luna est; lunam quoque terram sed ætheream vocaverunt; immobilis tamen, ut terra, esse non potuit, quia in sphæra, quæ volvit, nihil manet immobile præter centrum. mundanæ autem sphæræ terra centrum est; ideo sola immobilis perseverat. Rursus terra accepto solis lumine clarescit

<sup>3</sup> Circulus per quam Sol discurrit, à Mercurii circulo | Respxit ingeniosissimus seculi sui Nicolaus Copernicus: Quapropter, inquit, minime contempndamus arbitror, quod M. Capella, qui Encyclopadian scripti, & quidam ali Latinorum percalluerunt. Existimant enim quod Venus & Mercurius circumferant Solem in medio existentem, & eam ob causam ab illo non ultraius digredi putant, quam suorum convexitas orbium patiatur, quoniam terram non ambirent ut ceteri, sed absidas conversas habent. Quam deinde solertia annulus Clarissimus ille Danorum & ævi nostri Atlas, vir inlustris Tycho Brahe, non Soli Cœlove, ut Torinensis ille torpenter quietem, sed naturæ eorum, quæ ut anima nostra in motu semper convenientissimum habitum tribuit, assimilarem plane Ægyptiorum hanc, ut noster sentit; ut Capella, Pythagoras invento. Ty-

chonianas vero hypotheses ipsas, coelesti ingenio & cura elaboratas (quod nos, dum in insula Ponti Danici Venustia jucundissime cum eo degimus penitus didicimus) agnosceret aliquando nec mirabitur satis, nostra aut postera aetas. Pont. an.

<sup>4</sup> Lucem nisi de superposito Sole, cui resplendet | Malim, desuper opposito. Dicit jam ante, Sic enim evexit, ut aut Luna contra Solem posita ad mutuandum ab eo solutum lumen idem.

<sup>5</sup> Denique quia totius mundi una pars terra est; ætheris autem una pars luna est | Legendum omnino cum Modio, ima pars terra est. item; ima pars luna est; utroque in qua ima pro una reponendo. Idem.

tantummodo, non reluet; luna speculi instar, lumen quo illustratur emittit: quia illa aëris & aquæ, quæ per se concreta & densa sunt, fæx habetur, & ideo extrema vastitate densata est, nec ultra superficiem quavis luce penetratur: hæc licet & ipsa finis est, sed liquidissimæ lucis & ignis ætherei, ideo quamvis densius corpus sit quam cetera coelestia, ut multo tamen terreno purius, sit acceptæ luci penetrabilis adeo, ut eam de se rursus emitat, nullum tamen ad nos perferentem sensum caloris, quia lucis radius, cum ad nos de origine sua, id est, de sole pervenit, naturam secum ignis de quo nascitur devehit: cum vero in lunæ corpus infunditur & inde resplendet, solam refundit claritudinem, non calorem, nam & speculum, cum splendorem de se vi oppositi eminus ignis emitit, solam ignis similitudinem carentem sensu caloris ostendit. Quem solis ordinem Plato dederit vel ejus auctores, quosve Cicero fecutus quartum locum globo ejus assignaverit, vel quæ ratio persuasionem hujus diversitatis induxerit, & cur dixerit Tullius, *infimoque orbis luna radis solis accensa converitur*, satis dictum est. sed his hoc adjiciendum est, cur Cicero, cum quartum de septem solem velit, quartus autem inter septem non fere medius sed omnino medium & sit & habeatur, non abrupte medium solem sed fere medium dixerit his verbis: *deinde subter medium fere regionem sol obtinet*. sed non vacat<sup>6</sup> adjectio, quam hæc pronunciatio temperat, nam sol quartum locum obtinens medium regionem tenebit numero, spatio non tenebit. si inter ternos enim summos & imos locatur, sine dubio medius est numero: sed totius spatii quod septem sphæræ occupant, dimensione perspecta, regio solis non invenitur in medio spatio locata; quia magis à summo ipse quam ab ipso recessit ima postremitas, quod sine ulla disceptationis ambage comprehendens probabit assertio. Saturni stella, quæ summa est, Zodiacum triginta annis peragrat; sol medius anno uno; luna ultima uno mense non integro. tantum ergo interest inter solem & Saturnum, quantum inter unum & triginta; tantum inter lunam solemque, quantum inter duodecim & unum. Ex his appetet totius à summo in imum spatii certam ex media parte divisionem solis regione non fieri. sed quia hic de numero loquebatur, in quo vere qui quartus, & medius est; ideo pronunciavit quidem medium, sed, propter latentem spatiorum divisionem, verbum quo hanc definitiōnem temperaret adjectit. Notandum, quod esse stellam Saturni &

<sup>6</sup> *Adjectio, quam hæc pronunciatio temperat* | Certe pronunciatio hæc non temperat adjectiōnem, hoc est, particulam fere, si d' ipsi particula inest vis pronunciationem istam temperandi, ne præfere &c., ut ait, auctor, abrupte medius Sol pronuncietur. Itaque reliquo Stephano sequamus porius veteres edicos & scriptos, in quibus est: *adjectio fere*

(hoc ex MSS. addo, nam in editio omnium) *qua hæc pronunciatio temperatur*. Et eodem modo postea reponendum, sed proper spatiorum dimensionem adjectit verbum fere, quo hanc definitionem temperat. Hic, namque ordo ab iisdem exhibetur, omisso *ns* latenter & dimensionem non divisionem, tuta adjecta particula. Gronov.

alteram

**alteram Jovis, Martis aliam, non naturæ constitutio sed <sup>7</sup> humana**  
 persuasio est; quæ stellis numeros & nomina fecit. non enim ait illam  
 quæ Saturnia est, sed *quam in terris Saturniam nominant*; &, ille  
*fulgor qui dicitur Jovis*, &c., quem *Martium dicitis*, adeo expressit in  
 singulis nomina hæc <sup>8</sup> non esse inventa naturæ sed hominum com-  
 menta significationi distinctionis accommoda. Quod vero fulgorem  
 Jovis humano generi prosperum & salutarem, contra Martis rutilum  
 & terribilem terris vocavit, alterum tractum est ex stellarum colore,  
 (nam fulget Jovis, rutilat Martis) alterum ex tractatu eorum, qui  
 de his stellis ad hominum vitam manare volunt adversa vel prospera.  
 nam plerunque de Martis stella terribilia, de Jovis salutaria eveniente  
 definiunt. causam si quis forte altius querat, <sup>9</sup> unde divinis malivo-  
 lentia, ut stella malefica esse dicatur (sicut de Martis & Saturni  
 stellis existimatur) aut eur notabilior benignitas Jovis & Veneris in-  
 ter genethliacos habeatur, cum sit divinorum una natura; in medi-  
 um proferam rationem apud unum omnino, quod sciam, lectam.  
 nam Ptolemæus in libris tribus, quos de harmonia composuit, pate-  
 fecit causam quam breviter explicabo. <sup>10</sup> Certi sunt numeri, per  
 quos inter omnia, quæ sibi convenient junguntur & aptantur, sit ju-  
 gabilis competentia; nec quicquam potest alteri nisi per hos nume-  
 ros convenire. <sup>11</sup> sunt autem epitritus, hemiolius, epogdous, duplaris,  
 triplaris, quadruplus. quæ hoc loco interim quasi nomina numero-  
 rum accipias volo. in sequentibus vero, dum de harmonia cœli lo-  
 quemur, quid sint hi numeri, quidve possint opportunius aperiemus.  
 modo hoc nosse sufficiat, quia sine his numeris nulla colligatio, nul-  
 la potest esse concordia. vitam vero nostram præcipue sol & luna  
 moderantur. nam cum sint caducorum corporum hæc duo propria,  
 sentire vel crescere; *αἰδητικὸν*, id est, sentiendi natura, de sole; *φυ-  
 νεῖς* autem, id est, crelendi natura, de lunari ad nos globositatem  
 pervenient. sic utriusque luminis beneficio hæc nobis constat vita  
 qua fruimur. Conversatio tamen nostra & proventus actuum tam  
 ad ipsa duo lumina, quam ad quinque vagas stellas resertur. sed  
 harum stellarum alias interventus numerorum, quorum supra fecimus  
 mentionem, cum luminibus bene jungit ac sociat; alias nullus ap-

<sup>7</sup> Humana persuasio est, quæ stellis numero-  
 ros & nomina fecit | Plenus fere versiculos  
 est, & Seneca quoque annotatus lib. 7.  
 Natural. Questionum cap. 25. Nonandum  
 sunt, inquit, anni milie quingenti, ex quo  
 Gracia.

- stellis numeros & nomina fecit.  
 Estque Virgilii lib. 1. Georg. sub initium:  
*Natura dum stellis, &c. Pont.*

<sup>8</sup> Non esse inventa natura | Totum locum  
 ita referunt MSS. Non esse inventa ex natu-  
 ra, sed hominum commento signif. dist. ac-  
 commodata. Gronov.

<sup>9</sup> Unde divinis malevolentia | MSS. ad-

dunt sine hæstitione adscribatur, nec repro-  
 bandum puto. Et iudicem genealogos pro ge-  
 nethliacos. Gronov.

<sup>10</sup> Certi sunt numeri | Ratio Macrobius  
 poscit, ut scribamus cum MSS. Certi sunt,  
 inquit, numeri. Et deinde quæ sibi conveni-  
 enter junguntur, multo melius. Gronov.

<sup>11</sup> Sunt autem Epitritus | Rescribo cum  
 antiquis. Sunt autem hi, epitritus, &c.  
 Plane ut libro ii. cap. 1. Numerorum pau-  
 ci inventi sunt, qui sibi ad efficiendam mu-  
 sicam convenient. Sunt autem hi sex omnes;  
 epitritus, &c. Gronov.

plicat numeri nexus ad lumina. ergo Veneria & Jovialis stella per hos numeros lumini utriusque sociantur, sed Jovialis soli per omnes, lunæ vero per plures, & Veneria lunæ per omnes, soli per plures numeros aggregatur. Hinc, licet utraque benefica credatur. Jovis tamen stella cum sole accommodator est, & Veneria cum luna: atque ideo vitæ nostræ magis commodant, quasi luminibus vitæ nostræ auctoribus numerorum ratione concordes. Saturni autem Martisque stellæ ita non habent cum luminibus competentiam, ut tameri aliqua vel extrema numerorum linea Saturnus ad solem, Mars aspiciat ad lunam. ideo minus comodi vitæ humanæ existimantur, quasi cum vitæ auctoribus apta numerorum ratione non juncti. cur tamen & ipsi nonnunquam opes vel claritatem hominibus præstare credantur, ad alterum debet pertinere tractatum: quia hic sufficit aperuisse rationem, cur alia terribilis, alia salutaris existimetur. Et Plotinus quidem in libro qui inscribitur, *Si faciunt astra*, pronunciat nihil vi vel potestate eorum hominibus evenire; sed ea quæ decreti necessitas in singulos fancit, ita per horum septem transitum statione recessive monstrari, ut aves seu prætervolando seu stando futura pennis vel voce significant nescientes. sic quoque tamen jure vocabitur hic salutaris, ille terribilis; cum per hunc prospera, per illum significantur incommoda.

## C A P. XX.

*De diversis nominibus Solis, deque ejusdem magnitudine.*

**I**N his autem tot nominibus, quæ de sole dicuntur, non frustra nec ad laudis postipam lascivit oratio: sed res vere vocabulis exprimitur. *Dux & princeps*, ait, *& moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio*. Plato in Timæo, cum de octo sphæris loqueretur, sic ait: Ut autem per ipsos octo circuitus celeritatis & tarditatis certa mensura & sit & noscatur; deus in ambitu supra terram secundum lumen accedit, quod nunc solem vocamus. Vides ut hæc definitio vult esse omnium sphærarum lumen in sole. sed Cicero sciens etiam ceteras stellas habere lumen suum, solamque lunam, ut saepe jam diximus, <sup>3</sup> proprio carere; obscuritatem definitio-

<sup>1</sup> Res vere vocabulis &c. | Vera scriptura est sed res vera vocabulis exprimuntur. Gronov.

<sup>2</sup> Secundum lumen accedit | At vero si omnium sphærarum lumen esse in Sole dixit Plato, jam unum tantum lumen agnoscere videtur, ut secundum lumen esse non possit. Vitium scripture agnosco, & rescribo: *Deus in ambitu supra terram secundo lumen accedit*. Eo enim loco Plato solem collocabat, à luna sursum secundum dicens, ut inquit Macrobius cap. 19. Et de hac emendatione dubitare non potest, qui Platonem consuluerit, cuius verba, ut opinio mea claret, adscribam.

<sup>3</sup> Ima δι εις μερην οιαγης τι οργις αλλαζει

βασιντης τη τεχης τη τα μετα τας οκτω τω προεπιπλουτο, πους η Στοιχειαν ει της αρχης γιαν διαριγη η απειδον. ο δι την κακην καρδιην Ηλιον. Ecce verboenus à Macrobia expressum Platonem. Video nunc jam aliis hanc lectionem observatam, & ab iis ac Camerario ad marginem appositam: coequem magis neglegcam potest miror. Gron.

<sup>3</sup> Proprio carere | Veristi additum habent lumine, quod non videtur ab Aurelii simplificare alienum. Post paulo legas necesse est, non solum ait, dux, sed & princeps & moderator luminum reliquorum. *Adeo & ceteras stellas sibi esse lumina, sed hunc*, &c. Gronov.

nis hujus liquidius absolvens & ostendens in sole maximum lumen esse, non solum ait, *dux & princeps & moderator luminum reliquorum* (adeo & ceteras stellas scit esse lumina,) sed hunc ducem & principem, quem Heraclitus fontem coelestis lucis appellat. dux ergo est, quia omnes luminis majestate præcedit, princeps; quia ita eminer, ut propterea quod talis solus appareat sol vocetur; moderator reliquorum dicitur, quia ipse cursus eorum recursusque certa definitio ne spatii moderatur. nam certa spatii definitio est, ad quam cum una quæque erratica stella recedens à sole pervenerit, tamquam ultra prohibeatur accedere, agi retro viderur, & rursus cum certam partem recedendo contigerit, ad directi cursus consueta revocatur. ita solis vis & potestas motus reliquorum luminum constituta dimensione moderatur. mens mundi ita appellatur<sup>4</sup> ut physici eum cor cœli vocaverunt. inde nimirum; quod omnia,<sup>5</sup> quæ statuta ratione per cœlum fieri videmus, diem noctemque & migrantes inter utrumque prolixitatis brevitatisque vices & certis temporibus æquam utriusque mensuram; dein veris clementem teporem, torridum cancri ac leonis æstum, mollitatem autumnalis auræ, vim frigoris inter utramque temperiem, omnia hæc solis cursus & ratio dispensat. jure ergo cor cœli dicitur, per quem fiunt omnia quæ divina ratione fieri videmus. Est & hæc causa, propter quam jure cor cœli vocetur; quod natura ignis semper in motu perpetuoque agitatū est. Solem autem ignis ætherei fontem dictum esse retulimus. hoc est ergo sol in æthere, quod in animali cor: ~~omn~~ iusta natura est, ne unquam cesseret à motu; aut brevis ejus quocumque casu ab agitatione cessatio mox animal interimat. hæc de eo quod solem mundi mentem vocavit. Cur vero & temperatio mundi dictus sit, ratio in aperto est. ita enim non solum terram sed ipsum quoque<sup>6</sup> cœlum, quod vere mundus vocatur, temperari à sole certissimum est, ut extremitates ejus, quæ à via solis longissime recesserunt, omni careant beneficio caloris, & una frigoris perpetuitate torpescant. quod sequentibus aperiū explicabitur. Restat ut & de magnitudine ejus<sup>7</sup> quam verissima prædicatione, pauca & non prætereunda dicamus. Physici hoc maxime consequi in omni circa magnitudinem solis inquisitione voluerunt, quanto major esse possit quam terræ. & Eratolgenes in libris dimensionum sic ait: Mensura terræ septies & vicies multipli-

<sup>4</sup> Ut Physici eum cor cœli vocaverunt | M. m. brana utraque vocarent. Igitur lege vocarunt Gionov.

<sup>5</sup> Quæ statuta ratione | Quæ statu ratione erat in membranis. Pont.

<sup>6</sup> Cœlum, quod vere mundus vocatur | II. 1. Ideo & annus mundanus dicitur, quis mundus proprio cœlum vocatur. I. Sat. 9. Alii Janum mundum, id est, cœlum esse voluerunt. Ibidem cap. 18. Quæ solem mundi mentem esse dixerunt; mundus autem vocatur cœlum. Granay.

<sup>7</sup> Quam verissima prædicatione | De se haec verba auctorem protulisse nuperi contextus voluerunt: at veteres habent additum τὸ εκτύποντα, nempe Scipio somnians & per eum Cicero, dum eum tanta magnitudine esse ait, ut cuncta sua luce lustret & compleat. Gron.

<sup>8</sup> Posidonius dicit multo multoque sapientius Cleomedes, Πορθών οὐ πάση μέρει πλανήσει, τὸ μέσον κύκλον τὸ τὸ γῆς κύκλον διο τὴν δουμάρην δέκτην τὸ μηδέδωρ τριπλακοτον εἴται δὲ την τὸ θεόν τοις δια μέρος. Pont.

cata mensuram solis efficiet. <sup>8</sup> Possidonius dicit multo multoque saepius multiplicatam solis spatium efficere: & uterque lunaris defectus argumentum pro se advocat. ita cum solem volunt terra majorem probare, testimonio lunæ deficientis utuntur: cum defectum lunæ conantur asserere; probationem de solis magnitudine mutuantur. & sic evenit ut, <sup>9</sup> dum utrumque de altero adstruitur, neutrum probabiliter adstruatur, semper in medio vicissim nutante mutuo testimonio. quid enim per refū adhuc probandam proberet? sed Aegyptii nihil ad conjecturam loquentes sequestrato ac. libero argumento nec in patrocinium sibi lunæ defectum vocantes, quanta mensura sol terra major sit probare voluerunt, <sup>10</sup> ut tum demum per terræ magnitudinem ostenderent cur luna deficiat. hoc autem nequaquam dubitabatur non posse aliter deprehendi, nisi mensura & terræ & solis inventa, ut fieret ex collatione discretio. & terrena quidem dimensio oculis rationem juvantibus de facilis constabat. solis vero mensuram aliter nisi per menturam coeli per quod discurrit, inveniri non posse viderunt. ergo primum metiendum sibi coelum illud, id est, iter solis, constituerunt, ut per id possent modum solis agnoscere. Sed quæso, si quis umquam tam oculos; tamque ab omni erit ferio feriatus, ut hæc quoque in manus sumat, ne talem veterum promissionem quasi insania proximam aut horrescat aut rideat. etenim ad rem, quæ natura incomprehensibilis videbatur, viam sibi fecit ingenium: & per terram <sup>11</sup> qui coeli modus sit repererunt. ut autem liquere possit ratio commenti, prius regulatiter pauca dicenda sunt, ut sit rerum sequentium aditus instructior. In omni orbe vel sphæra, medietas centrum vocatur: nihilque aliud est centrum, nisi punctum quod sphærae aut orbis medium certissima observatione distinguitur. item ducta linea de quocunque loco circuli, qui designat ambitum, in quacumque eiusdem circuli summitate orbis partem aliquam dividat necesse eit. sed non omni modo medietas est orbis quam separat illa divisio. illa enim tantum linea in partes æquales orbem medium dividit, quæ à summo in summum ita ducitur, ut necesse sit eam transire per centrum. & hæc linea, quæ orbem sic æqualiter dividit, diametros nuncupatur. item omnis diametros cujuscumque orbis, triplicata cum adjectione septimæ partis suæ, mensuram facit circuli, quo orbis includitur: id est, si unius septem teneat diametri longitudo, & velis ex ea nosse quot uncias orbis ipsius circulus teneat, triplicabis septem, & faciunt viginti unum. his adjicies septimam partem, hoc eit, unum; & pronunciabis in viginti & duabus unciis hujus circuli esse mensuram, cuius diametros septem unciis extenditur. Hæc omnia geometricis evidentissimisque rationibus probare

<sup>9</sup> Dum utrumque de altero adstruitur  
Omnino dum alterum de altero, ut est in  
MSS. Gronov.

<sup>10</sup> Utrum demum per terræ magnitudinem  
Nil magis contra mentem auctoris, quem lu-  
na defectum non per terræ sed totis magni-

tudinem velli dicere Aegyptios probaveris  
res ipsa loquitur. Emendo ex MSS. omnibus  
per magnitudinem ejus. Gronov.

<sup>11</sup> Qui cali modis sit, repererunt. Fatus  
scriptura: audierat reponere reperit, nisi  
id audacter non significarent MSS. Gron.

possemus,

possemus, nisi & neminem de ipsis dubitare arbitraremur, & cavemus justo prolixius volumen extendere. Sciendum & hoc est, quod umbra terræ quam sol post occasum in inferiore hemisphærio currens sursum cogit emitti, ex qua super terram fit obscuritas que nox vocatur, sexages in altum multiplicatur ab ea mensura, quam terræ diametros habet. & hac longitudine ad ipsum circulum, per quem sol currit, erecta, conclusione luminis tenebras in terram refundit. Prodendum est igitur, quanta diametros terræ sit, ut constet quid possit sexages multiplicata colligere. unde, his prælibatis, ad tractatum mensurarum quas promisi oratio revertatur. Evidentissimis & indubitabilibus dimensionibus constitutis universæ terræ ambitum, quæ quibuscumque vel incolitur vel inhabitabilis jacer, habere stadiorum milia ducenta quinquaginta duo. cum ergo tantum ambitus teneat; fine dubio octoginta milia stadiorum vel non multo amplius diametros habet, secundum triplicationem cum septimæ partis adjectione, quam superius de diametro & circulo regulariter diximus. & quia ad efficiendam terrenæ umbræ longitudinem non ambitus terræ sed diametri mensura multiplicanda est ( ipsa est enim quam sursum constat excrescere ) sexages multiplicanda tibi erunt octoginta milia quæ terræ diametros habet; quæ faciunt quadragies octies centena milia stadiorum esse à terra usque ad solis cursum, quo umbram terræ diximus peryenire. terra autem in medio cœlestis circuli, per quem sol currit, ut centrum locata est. Ergo mensura terrenæ umbræ medietatem diametri cœlestis efficiet; &, si ab altera quoque parte terræ <sup>12</sup> par usque ad dimidium circuli mensura tendatur, integra circuli, per quem sol currit, diametros inventur, duplicatis igitur illis quadragies octies centenis milibus, erit integra diametros cœlestis circuli nonages sexies centenis milibus stadiorum: & inventa diametros facile mensuram nobis ipsis quoque ambitus prodit. hanc enim summam, quam diametros fecit, debes ter multiplicare, adjecta parte septima, ut sæpe jam dictum est: & ita invenies totius circuli, per quem sol currit, ambitum stadiorum habere trecenties centena milia, & insuper centum septuaginta milia. His dictis, quibus mensura quam terræ vel ambitus, vel diametros habet, sed & circuli modus per quem sol currit vel diametri ejus ostenditur: nunc quam solis esse mensuram vel quemadmodum illi prudentissimi deprehenderint indicemus. nam sicut ex terrena umbra potuit circuli per quem sol meat deprehendi magnitudo; ita per ipsum circulum mensura solis inventa est, in hunc modum procedente inquisitionis ingenio. Äquinoctiali die ante solis ortum æquabiliter locatum est faxeum vas in hemispherii specie, in cavata ambitione curvatum; infra per lineas designato duodecim diei horarum numero, quas stylis prominentis umbra cum transitu solis prætereundo distinguit. hoc est au-

<sup>12</sup> Per ad dimid. um circuli mensura tendatur | Libri omnes at eundem circulum. Ut præcedente pagina: & hac longitudine ad ipsum circulum, ferè quæm Sularis, erecta. Gron.

tem, ut scimus, hujusmodi vasis officium, ut tanto tempore à priore ejus extremitate ad alteram usque styli umbra percurrat, quanto sol medietatem cœli ab ortu in occasum unius scilicet hemisphærii conversione metitur. nam totius cœli integra conversio diem noctemque concludit. & ideo constat, quantum sol in circulo suo meat, tantum in hoc vase umbram meare. huic igitur æquabiliter collocato circa tempus solis ortui propinquantis inhæfit diligens observantis obrutus : & cum ad primum solis radium, quem de se efficit prima summitas orbis, emergens umbra de styli decidens summitate primam curvi labri eminentiam contigit ; locus ipse, qui umbræ primitias excepit ; nota impreßione signatus est ; observatumque quamdiu super terram ita solis orbis integer appareret <sup>13</sup> ut ima ejus summitas adhuc horizonti videretur insidere, & mox locus ad quem umbra tunc in vase migraverat, adnotatus est : habitaque dimensione inter ambas umbrarum notas, qua integrum solis orbem, id est, diametrum, natæ de duabus ejus summitatibus metiuntur ; pars nona reperta est ejus spatiæ, quod à summo vasis labro usque ad horæ primæ lineam continetur. & ex hoc constitit, quod in cursu solis unam temporis æquinoctialis horam faciat repetitus novi orbis ejus accessus. & quia conversio cœlestis hemisphærii operachis horis duodecim <sup>14</sup> diem condidit, novies autem duodecim efficiunt centum octo ; fine dubio solis diametros centesima & octava pars hemisphærii æquinoctialis est. ergo æquinoctialis totius circuli ducentesima sexta decima pars est. ipsum autem circulum habere stadiorum trecenties centena milia & insuper centum & septuaginta milia antelatis probatum est. Ergo si ejus summae ducentesimam sextamdecimam <sup>15</sup> partem perfecte consideraveris ; mensuram diametri solis invenies. est autem pars illa fere in centum quadraginta milibus. diametros igitur solis centum quadraginta milium fere stadiorum esse dicenda est : unde pene duplex quam terræ diametros invenitur. constat autem geometricæ rationis examine, cum de duobus orbibus altera diametros duplo alteram vincit, illum orbem cujus diametros dupla est, orbe altero octies esse majorem. ergo ex his dicendum est solem octies terra esse majorem. Hæc de solis magnitudine breviter de multis excerpta libavimus.

<sup>13</sup> Ut ima ejus summitas | Vulgo editur, una, pro ima, sed & superiori, ubi editum, denique quia totius mundi una pars terra est, legendum sigilliter ostendimus, ima pars, pro una : & statim, aetheris autem ima pars, non una. Pont.

<sup>14</sup> Diem condidit | Quonsodo Callimachus dicitur xantholoxop. Et Maro, solis condere. Nec aliter locus ille Senecæ scribendus in E-

pistolis ; Alexandrum ille Herculeannus & fatalis scyphus condidit. nam perdidit glossarium est. Idem Consol. ad Martiam. Atque ita lumen omnia præclavi jussu & se in tenebris condidit. Phœdrus : Si maneret sensus condito patri. Ubi Ritterhusius : condere, verbum mortuale. Idem.


<sup>15</sup> Partem perfecte consideraveris | Libri vett. solummodo consideraveris partem. Gron.

## C A P. XXI.

*Qua ratione inferiorum sphærarum stelle in zodiaci signis meare dicantur, cum in iis non sint: curque ex illis aliae breviori, aliae longiori tempore zodiaci signa percurrant; Et quomodo circulus zodiacus in duodecim partes divisus sit.*

SED quoniam septem spheras cœlo diximus esse subjectas, exteriore quaque quas interius continet ambiente, longeque & à cœlo omnes & à se singulæ recesserunt: nunc quærendum est, cum zodiacus unus sit, & is constet cœlo sideribus infixis, quemadmodum inferiorum sphærarum stellæ in signis zodiaci meare dicantur, nec longum est invenire rationem, quæ in ipso vestibulo excubat questio[n]is. verum est enim neque solem lunamve, neque de vagis ullam ita in signis zodiaci ferri, ut eorum sideribus miscantur; sed in illo signo esse unaquæque prohibetur, quod habuerit supra verticem in ea, quæ illi signo subjecta est, circuli sui regione discurrens. quia singularum sphærarum circulos in duodecim partes æque ut zodiacum ratio divisit: &, quæ in eam partem circuli sui venerit, quæ sub parte zodiaci est arieti deputata, in ipsum arietem venisse conceditur: similisque observatio in singulas partes migrantibus stellis tenetur. Et quia facilior ad intellectum per oculos via est, id quod sermo descripsit, visus assignet. esto enim zodiacus circulus, cui adscriptum est A. intra hunc septem alii orbes locentur: & zodiacus ab A per ordinem affixis notis, quibus adscribentur litteræ sequentes, in partes duodecim dividatur: sitque spatium, quod inter A & B clauditur, arieti deputatum; quod intra B & C tauro; quod inter C & D geminis; cancro quod sequitur, & reliquis per ordinem cetera. his constitutis jam de singulis zodiaci notis & literis singulæ deorsum linearæ per omnes circulos ad ultimum usque ducantur: proculdubio per orbes singulos duodenas partes divider transitus linearum. in quocumque igitur circulo seu sol in illo, seu luna, vel de vagis quæcumque discurrat, cum ad spatium venerit quod inter lineas clauditur ab A & B, notis & literis defluentes, in ariete esse dicetur: quia illuc constituta spatium arietis in zodiaco designatum super verticem, sicut descripsimus, habebit, similiter in quamcumque migraverit partem, in signo sub quo fuerit, esse dicetur.

Atque



Atque hæc ipsa descriptio eodem compendio nos docebit, cur eundem Zodiacum eademque signa aliæ tempore longiore, aliæ breviorē percurrant. Quotiens enim plures orbes intra se locantur, sicut maximus est ille qui primus est & minimus qui locum ultimum tenet ita de mediis, qui summo proprietatibus habet, inferioribus major, qui vici-nior est ultimo, brevior superioribus habetur. & inter has igitur septem sphæras gradum celeritatis suæ singulis ordo positionis adscripsit. ideo stellæ, quæ per spatia grandiora discurrunt, ambitum suum tempore prolixiore conficiunt; quæ per angusta, breviore. constat enim nullam inter eas celerius ceteris tardiusve procedere. sed cum sit omnibus idem modus meandi, tantam ei diversitatem temporis sola spaciорum diversitas facit. nam, ut de mediis nunc prætermittamus, ne eadem sœpe reperantur, quod eadem signa Saturnus annis triginta, luna diebus viginti octo ambit & permeat, sola causa in quantitate est circulorum: quorum alter maximus alter minimus. ergo & ceterarum singulæ pro spaciis sui modo tempus meandi aut extendunt aut contrahunt. Hoc loco diligens rerum discussor inventiet quod requirat. inspectis enim zodiaci notis, quas monstrat in præsidium fidei advocata descriptio. Quis vero, inquiet, circi cælestis duodecim partes aut invenit aut fecit, maxime cum nulla oculis subjiciantur exordia singularium? Huic igitur tam necessariæ interrogatio[n]i historia ipsa respondeat factum referens, quo à veteribus & tentata

tentata est tam difficilis & effecta divisio. Ægyptiorum enim retro majores, quos constat primos omnium cœlum scrutari & metiri ausos, postquam perpetuae apud se serenitatis obsequio cœlum semper suspe-ctu libero intuentes deprehenderunt, universis vel stellis vel sideribus infixis cœlo, cum sole solas & luna quinque stellas vagari; nec has tamen per omnes cœli partes passim ac fine certa erroris sui lege discurre-re; numquam denique ad septemtrionalem verticem deviare; num-quam ad australis poli ima demergi; sed intra unius obliqui circi li-mitem omnes habere discursus; nec omnes tamen ire pariter & redi-re; sed alias aliis ad eundem locum pervenire temporibus: rursus ex his alias accedere; retro agi alias, viderique stare nonnumquam postquam, inquam, hæc inter eas agi viderunt: certas sibi partes de-creverunt in ipso cîrco constitutæ & divisionibus annotare; ut certa essent locorum nomina, in quibus eas morari, vel de quibus exisse, ad quæve rursus esse venturas, & sibi invicem annunciarent & ad poste-ros noscenda transmittenterent. Duobus igitur vasis æneis præparatis, quorum alteti fundus erat in modum clepsydræ foratus; illud quod erat integrum vacuum subjecerunt pleno aquæ altero superposito; sed meatu ante munito & quamlibet de infixis unam clarissimam stellam lucideque notabilem orientem observaverunt, quæ ubi pri-mum cœpit emergere: mox munitione subducta permiserunt subje-cto vasi aquam superioris influere, fluxitque in noctis ipsius & sequen-tis diei finem, atque in id noctis secundæ: quamdiu eadem stella ad or-tum rursus reverteret: quæ ubi apparere vix cœpit; mox aqua quæ influebat amota est, cum igitur observatæ itellæ itus ac redditus inte-gram significaret cœli conversionem: mensuram sibi cœli in aquæ de illo fluxu susceptæ quantitate posuerunt. hac ergo in partes æquas duodecim sub fida dimensione divisa alia duo hujus capacitatis procu-rata sunt vasæ; ut singula tantum singulas de illis duodecim partibus ferrent: totaque rursus aqua in vas suum pristinum foramine prius clauso refusa est; & de duobus illis vasis capacitatis minoris alterum subjecerunt pleno, alterum juxta expeditum paratumque posuerunt. his præparatis, nocte alia in illa jam cœli parte, per quam solem lu-namque & quinque vagas meare diurna observatione didicerant, quamque postea zodiacum vocaverunt, ascensurum observaverunt fidus, cui postea nomen arietis indiderunt. hujus incipiente ortu sta-tum subjecto vasi superpositæ aquæ fluxum dederunt, quod ubi com-

<sup>1</sup> *Duobus igitur vasis æneis præparatis* | Expressit hanc veterum astra spectantium inventionem non minus perspicie Theo in Commentariis ad Ptolemaeum lib. 5. *σωντες μεράλις*. Quam qui volet ibidem recognof-rito. Ptolemaeus vero ipse rationem istam ut incertam præterit. Hipparchus in rebus ascensionibus locum aliquem da-, in obliquis non item. Verba sunt Theonis: *Ἴτπεχθὲντι μη τὸ δικαιογένες αὐτὸς εἶναι τὸ πα-*

*στὶς ἀδιαφορῆς εἰ τὸ ἴσημα τὸ γένος τὸ κόσμου σειργεῖς πορεῖται γένον τὸ ὅλον τὸ μέρος, οὐ λέπον τὸ μετρικόν αὐτοῦ λόγον τὸ πλήρει τὸ κόσμον τὸν ἴσημον μέρον πορεύεται κατεταῖται. εἰτὲ τὸ ἐργαλείου πορεύεται. Cauiam deinde adjiciens ad, διότι τὸ δικαιογένες τὸ δι-ρευτίγον καλεῖται πορεύεται τὸν ὑπερβολικὸν ἄγοντα πλεῖστον γένος τὸ ἄρι-ζον. Οὐτοῦτον εἰτὶ τὸ μετατίτητον, γενι-*

pletum

pletum est; mox eo sublato effusoque alterum simile subjecerunt, certis signis observatis ac memoriter annotatis, item ejus loci stella quæ oriebatur cum primum vas esset impletum, intelligentes quod eo tempore, quo totius aquæ duodecima pars fluxit, pars cœli duodecima conicendit. Ab illo ergo loco, quo driri incipiente aqua in primum vas coepit influere, usq; ad locum quib; oriebatur cum idem primum vas impletetur, duodecimam partem cœli, id est, unum signum, esse dixerunt. item secundo vase impleto & mox retracto illo, simile quod olim effusum paraverant, iterum subdiderunt, notato similiter loco qui emergebat, cum secundum vas esset impletum: & à fine primi signi usque ad locum, qui ad secundæ aquæ finem oriebatur, secundum signum notatum est. atque ita vicissim vasa mutando, & per singulas influentis aquæ partes singulos sibi ascendentium cœli partium limites annotando, ubi consummata jam omni per duodecim partes aqua, ad primi signi exordia perventum est: sine dubio jam divisas certisque sibi observationibus & indicis annotatas duodecim cœli partes tantæ compotes machinationis habuerunt. quod non nocte una sed duabus effectum est. quia omne cœlum una nocte non volvitur; sed per diem vertitur pars ejus media & medietas reliqua per noctem. Nec eamē cœlum omne duarum sibi proximatum noctum divisa inspectio: sed diversorum temporum nocturna dimensio utrumque hemisphaerium paribus aquæ vicibus angotavit. & has ipsas duodecim partes signa appellari maluerunt: certaque singulis vocabula gratia significationis adjecta sunt: &, quia signa Greco nomine ζῳδια nuncupantur, <sup>3</sup> circum ipsum zodiacum quasi signiferum vocaverunt. Hanc autem rationem iidem illi cur arietem, cum in sphæra nihil primum nihilque postremum sit, primum tamen dici maluerint prodiderunt. aiunt incipiente die illo, qui primum omnium luxit, id est, quo in hunc fulgorem cœlum & elementa purgata sunt, <sup>4</sup> qui ideo mundi natalis jure vocatur, arietem in medio cœlo fuisse: &, quia medium cœlum quasi mundi vertex est, arietem propterea primum inter omnes habitum, qui ut mundi caput in exordio lucis apparuit. subiectunt etiam causam, cur hæc ipsa duodecim signa assignata sint diversorum numinum potestati. aiunt enim in hac ipsa genitura mundi ariete, ut diximus, medium cœlum tenente, horam fuisse mundi nascentis; cancro gestante tunc lunam. post hunc sol cura leone oriebatur, cum Mercurio virgo, libra cum Venere; Mars erat in scorpio; sagittarium Jupiter obtinebat; in capricorno. Saturnus meabat. sic factum est ut singuli eorum signorum domini esse dicantur, in quibus cum mundus nasceretur, fuisse creduntur. sed duobus quidem luminibus singula tantum signa, in quibus tunc fuerant,

<sup>3</sup> Paribus aquæ vicibus annutavit. | Omnia reducendum quod ad oram Canceris edit. paribus aquæ vicibus. Elegans ea dictio & à malitia ducta. Plautus, vices memoret & cicatrices denudat. Propertius lib. 3. Remorunque peras ducite sorte vices. Idem.

<sup>3</sup> Circum ipsum Zodiagnm. | Membra-

næ, circum ipsum signorum Zodiacum. Gro-nov.

<sup>4</sup> Qui ideo mundi natalis jure vocatur. | De tota hac re videndum uberiorius Julius Firmicus cap. 1. lib. 3. ubi mundani thematis auctores ponuntur Aesculapius, Anubis, & eos sequi Petofytus & Necepsis. Pmt.

assig.

assignavit antiquitas, cancrum lunæ, soli leonem. quinque vero stellis præter illa signa, quibus tunc inhærebant, quinque reliqua sic adjectit vetustas, ut in assignandis à fine prioris ordinis, ordo secundus inciperet. superius enim diximus in capricorno Saturnum post omnes fuisse. ergo secunda adjectio eum primum fecit, qui ultimus fuerat: ideo aquarius, qui capricornum sequitur, Saturno datur. Jovi, qui ante Saturnum erat, pisces dicantur; aries Marti, qui præcesserat Jovem, taurus Veneri quam Mars sequebatur, gemini Mercurio, post quem Venus fuerat, deputati sunt. Notandum hoc loco quod in genitura mundi vel ipsa rerum providentia vel vetustatis ingenium hunc stellis ordinem dedit, quem Plato assignavit sphæris earum, ut esset luna prima, sol secundus, super hunc Mercurius, Venus quarta, hinc Mars, inde Jupiter, & Saturnus ultimus. sed sine hujus tamen rationis patrocinio abunde Platonicum ordinem prior ratio commendat. Ex his, quæ de verbis Ciceronis proximè prælatis quærenda proposuimus, quæ licuit brevitate à summa sphæra, quæ aplanes dicitur, usque ad lunam, quæ ultima divinorum est, omnia jam, ut opinor, absolviimus. nam & cœlum volvi & cur ita volvatur ostendimus; septemque sphæras contrario motu ferri ratio indubitata patefecit; & de ipso sphærarum ordine quid diversi senserint vel quid inter eos dissensionem fecerit, <sup>5</sup> quæve magis sequenda sit sententia, tractatus invenit. nec hoc tacitum est cur inter omnes stellas sola fine fratris radiis luna non luceat. sed & quæ spaciорum ratio solem ab his quoque, qui eum inter septem quartum locarunt, non tamē abrupte medium sed fere medium dici coegerit publicatum est. quid significant nomina, quibus ita vocatur ut laudari tantum putetur, innotuit. magnitudo quoque ejus, sed & cœlestis per quem discurrat circuli, terræque pariter, quanta sit vel quemadmodum deprehensa monstratum est, subjectarum sphærarum stellæ quemadmodum zodiaco, qui supra omnes est ferri dicantur, vel quæ ratio diversarum faciat seu celerem seu tardum recursum; sed & ipse zodiacus in duodecim partes qua ratione divisus, curque aries primus habeatur, & quæ signa in quorum numinum ditione sint, absolutum est. Sed omnia hæc, quæ de summo ad lunam usque pervenient, sacra, incorrupta, divina sunt: quia in ipsis est æther semper idem nec unquam recipiens inæqualem varietatis æstum. infra lunam & aër & natura permutationis pariter incipiunt. & sicut ætheris & aëris, ita divinorum & caducorum luna confinium est. Quod autem ait: *nihil infra lunam esse divinum, præter animos munere deorum hominum generi datos;* non ita accipendum est, animos hic esse ut hic nasci putentur: sed sicut solem in terris esse dicere solemus, cuius radius advenit & recedit; ita animorum origo cœlestis est, sed lege temporalis hospitalitatis hic exsulat.

<sup>5</sup> Vel vetustatis ingenium | Apuleius de Mundi: Sola philosophia suum non despexit ingenium. Glossarium, ingenium, sequitur, p. 105.

<sup>6</sup> Quæve magis sequenda sit sententia. | Liber optime notæ quæve magis sequenda sint. Gronov.

hæc ergo regio divinum nihil habet ipsa, sed recipit; &, quia recipit, etiam remittit. proprium autem habere diceretur, si ei semper tenere licuisset. Sed quid mirum, si animus de hac regione non constat, cum nec corpori fabricando sola sufficerit? nam quia terra, aqua, & aër infra lunam sunt; ex his solis corpus fieri non potuit quod idoneum esset ad vitam: sed opus fuit præsidio ignis ætherei, qui terrenis membris vitam & animam sustinendi commodaret vi-gorem, qui vitalem calorem & faceret & ferret. Hæc & de aëre dixisse nos satis sit. restat ut de terra, quæ sphærarum nona & mun-di ultima est, dictu necessaria differamus.

## C A P. XXII.

*Terra qua de causa immobilis sit, & omnia in eam suo nutu  
ferantur pondera.*

**N**A M ea quæ est media & nona tellus, inquit, neque movetur & infima est, in eam feruntur omnia nutu suo pondera. Illæ vero insolubiles cauæ sunt quæ mutuis invicem nexibus vinciuntur, &, dum altera alteram facit, ac vicissim de se nascuntur, numquam à naturalis societatis amplexibus separantur. talia sunt vincula quibus terram natura constrinxit. nam ideo in eam feruntur omnia, quia ut media non movetur: ideo autem non movetur quia infima est: nec poterat infima non esse, in quam omnia feruntur. Horum singu-larum inseparabiliter involuta rerum in se necessitas vinxit tractatus expediatur. *Non movetur*, ait, est enim centron, in sphæra autem so-lum centron diximus non moveri; quia necesse est ut circa aliquid immobile sphæra moveatur. adjecit; *infima est*. recte hoc quoquæ nam quod centron est, medium est, in sphæra vero hoc solum constat esse imum, quod medium est, & si terra ima est, sequitur ut vere dictum sit in eam ferri omnia. semper enim natura pondera in imum deducit. nam & in ipso mundo, ut esset terra sic factum est. Quicquid ex omni materia, de qua facta sunt omnia, purissimum ac liquidissimum fuit, id tenuit summitatem; & æther vocatus est. pars illa cui minor puritas & inerat aliquid levis ponderis, aër exti-tit; & in secunda delapsus est: post hæc, quod adhuc quidem li-quidum sed jam usque ad tactus offendens corpullentum erat, in aquæ fluxum coagulatum est. jam vero, quod de omni silvestri tumultu vastum, impenetrabile, densum ex defecatis abrasum resedit ele-mentis, hælit in imo: quod demersum est stringente perpetuo gelu, quod eliminatum in ultimam mundi partem, longinquitas solis coacer-vavit. quod ergo ita concretum est terræ nomen accepit. hanc spissus aër & terreno frigori propior quam solis calori stupore spiraminis denfioris undique versum fulcit & continet: nec in recessum aut ac-cessum moveri eam patitur vel vis circumvallantis & ex omni parte vigore


vigore simili librantis auræ, vel ipsa sphæralis extremitas; quæ, si pa-  
lulum à medio deviaverit, fit cuicunque vertici propior, & imum re-  
linquit, quod ideo in solo medio est, quia ipsa sola pars à quovis sphæ-  
ræ vertice pari spatio recedit. In hanc igitur, quæ & ima est & quasi  
media & non moveretur, quia centron est, omnia pondera ferri necesse  
est: quia & ipsa in hunc locum quasi pondus relapsa est. cuius cum  
alia innumera sunt argumenta; tunc præcipue imbræ, qui in terram ex  
omni aëris parte labuntur. nec enim in hanc solam quam habitamus  
superficiem decidunt: sed & in latera, quibus in terra globositas  
sphæralis efficitur, & in partem alteram, quæ ad nos habetur infe-  
rior, idem imbrum casus est. nam si aëris terreni frigoris exhalatione  
densatus in nubem cogitur, & ita abrumpit imbræ, aëris autem  
universam terram circumfusus ambit: proculdubio ex omni parte  
aëris, præter usum calore perpetuo, liquor pluvialis emanat, qui  
undique in terram, quæ unica est sedes ponderum, defluit. Quod  
qui respuit, supereft ut aestimet extra hanc unam superficiem, quam  
incolimus, quicquid nivium imbrumve vel grandinum cadit, hoc  
totum in cœlum de aëre defluere. cœlum enim ab omni parte terræ  
æquabiliter distat; & ut à nostra habitatione, ita & à lateribus & à  
parte quæ ad nos habetur inferior pari altitudinis immensitate suspi-  
citur. Nisi ergo omnia pondera ferrentur in terram; imbræ qui  
extra latera terræ defluunt non in terram sed in cœlum caderent,  
quod vilitatem joci scurrilis excedit. Esto enim terræ sphæra, cui  
adscripta sunt A, B, C, D. circa hanc sit aëris orbis, cui adscripta sunt  
E, F, G, L, M. & utrumque orbem, id est, terræ & aëris, dividat  
linea ducta ab E, usque ad L, erit superior ista quam possidemus,  
& illa sub pedibus. Nisi ergo caderet omne pondus in terram;  
parvam nimis imbrum partem terra susciperet ab A, usque ad C.  
latera vero aëris, id est, ab F, usque ad E, & à G, usque ad L, hu-  
morem suum in aërem cœlumque dejicerent: de inferiori autem  
cœli hemisphærio pluvia in exteriora & ideo naturæ incognita deflu-  
eret, sicut ostendit subjecta descriptio. Sed hoc vel refellere dedig-  
natur sermo sobrius: quod sic absurdum est, ut sine argumentorum  
patrocinio subruatur. restat ergo ut indubitabili ratione monstratum  
sit, in terram ferri omnia nutu suo pondera. Ista autem, quæ de

<sup>1</sup> Cujus cum alia innumera sunt argu-  
menta. | MSS. Argumento sunt cum alia in-  
numera. Quod verius. Supra cap. 11. Ad  
propriam libertatem remitti faustum nomen  
indicio est. | II. 4. Si tardior leniorve ietus  
incidit, graviorem sonum praestat. Indicio est  
virga. cap. 14. Non esse omnia immobilia ad-  
spectus ipse indicis est. | Sat. 1. Quod licito  
fieri Platonis dialogi testimonio sunt. & cap.  
7. Simulacrum ejus indicio est. Et saepius.  
Gronov.

<sup>2</sup> Et ita abrumpit imbræ | MSS. omnes  
abrumpit in imbræ, quorum scripturam me-  
liorem judico. II. 1. Cogente natura, ut  
in sonum erumpat duorum corporum violen-  
ta collisio. Hæc ibi membranarum lectio,  
non definat. | Sat. 8. Quod donec erum-  
pat in lucem, mollibus naturæ vinculis deti-  
netur. Sic prorumpere in verba. supra cap.  
6. Post ter septem sonus ejus in verba prorum-  
pit. Gronov.

hoc

hoc dicta sunt, opitulantur nobis & ad illius loci disputationem que antipodas esse commemorat. Sed hic inhibita continuatione tractatus ad secundi commentarii volumen disputationum sequentium reseruemus.



*Commentarii libri primi Finis.*

A U R E-

AURELII MACROBII  
 AMBROSII THEODOSII  
 V. C. & Inſtūtris  
**COMMENTARIUS**  
 Ex *CICERO*,  
 IN  
**Somnium Scipionis.**

---

**LIBER SECUNDUS.**

---

C A P. I.

*Concentum quemdam effici motu cœlestium corporum, & quomodo ratio ejus concentus à Pythagora sit deprehensus: tum qui numeri aperte sine consonantibus musicis; quoque consonantiae sint.*

**S**uperiore commentario, Eustathi, <sup>1</sup> luce mihi dilectior fili, usque ad stelliferæ sphæræ cursum & subjectarum septem sermo processerat. nunc jam de musica earum modulatione disputeretur. *Quis hic, inquam, quis est, qui compleat aures meas tantus & tam dulcis sonus?* Hic est, inquit, ille, qui intervallis disjunctus impares, sed tamen pro rata partes ratione distinctis impulsu & motu ipsorum orbium efficitur, & acuta cum gravibus temperans, varios æquabiliter concentus efficit. nec enim silentio tanti motus incitari possunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte graviter ex altera autem acute sonent. Quam ob causam summus ille cœli stellifer cursus, cuius converatio est concitator, acute excitato móvetur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infi-

<sup>1</sup> *Luce mihi dilectior]* *Mss. diversitate sua me adducunt, ut cœlestem scriptum scribendosque esse luce mihi clarior dilectorique,* | *quomodo disertim est in chartaceo & editionibus. Grenov.*

*mus. nam terra nona immobilis manens ima sede semper habet complexa mundi medium locum. illi autem octo cursus,<sup>2</sup> in quibus eadem vis est modorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos: qui numerus rerum omnium fere nodus est, quod docti homines nervis imitati atque cantibus, aperuerunt sibi redditum in hunc locum. Exposito sphærarum ordine motu quo descripto quo septem subjectæ in contrarium cœlo feruntur; consequens est ut, qualem sonum tantarum molium impulsus efficiat, hic requiratur. ex ipso enim circumductu orbium sonum nasci necesse est: quia percutitus aer ipso interventu ictus vim de se fragoris emitit, ipsa cogente natura ut in sonum definat duorum corporum violenta collisio. Sed is sonus, qui ex qualicunque aeris ictu nascitur, aut dulce quiddam in aures & musicum defert, aut ineptum & asperum sonat. nam, si ictum observatio numerorum certa moderetur, <sup>3</sup> compositum sibique consentiens modulamen editur. at, cum increpat tumultuaria & nullis modis gubernata collisio, fragor turbidus & inconditus offendit auditum. in cœlo autem constat nihil fortuitum, nihil tumultuarium provenire; sed universa illic divinis legibus & statâ ratione procedere. Ex his inexpugnabili ratione collectum est, musicos sonos de sphærarum cœlestium conversione procedere: quia & sonum ex motu fieri necesse est, & ratio, quæ divinis ineft, sit sono causa modulaminis. Hoc Pythagoras primus omnium Graæ gentis hominum mente concepit: & intellectus quidem compositum quodam de sphæris sonare propter necessitatem rationis, quæ à cœlestibus non recedit; sed quæ etiam illa ratio, vel quibus observanda modis non facile deprehendebat: cumque eum frustra tantæ tamque arcane rei diurna inquisitio fatigaret, fors obtulit quod cogitatio alta non reperit. cum enim casu præteriret*

<sup>2</sup> In quibus eadem vis est modorum] Olim legebatur hic, ut est in Mss. in quibus eadem vis est duorum, septem efficiunt. Supposuerunt hic modorum: ac capite quarto, ubi eadem verba repetuntur, reliquerunt duorum magno vel inconstantie vel dissolutio- nis prodro. Retinendum autem utrobius durum, nisi Ciceronem quoque volunt si- bimet ipsum responsare. Sensus est, quamvis sint octo cœtus vel orbes, qui singuli & hanc musicum sonum, non tamen octo diversos effici sonos, sed tantummodo septem, quia duorum, nempe Veneris & Mercurii, eadem vis, idem tonus. At ecce tibi apud Cicero- nem uno ex codice reddiderunt in quibus eadem vis est duorum Mercurii & Veneris. At mihi exploratum est haec tres voces esse ab interprete, ac per errorem librarii quo- cumque ille in codice addita: quatuor Cicero de industria caverit ne nominibus istis sphærarum frequenter uteretur, quo augustinus obicit obscuritas. Sed aiunt sine his locum

fore obscurissimum omnibus, præterquam Astronomis. Certe omnibus, qui nihil legerunt. Nam qui Macrobius dederunt operam, sciunt hujus ipsius libri cap. 4. haberit: *Odo sunt igitur, que mouentur: sed septem sunt, qui concinnitatem de voluntate consiciant: propterea, quia Mercurialis & Veneris orbita pari ambita comitatis solem, via ejus tangentes satellites obsequuntur, & ideo à nonnullis astrono- mis studentibus eandem vim fortiori existimantur.* Eodem pertinet, quod c. 11. *Nam cursus quidem Veneris a quo Mercurius per se soli est.* Nec diversa habet l. 1. c. 19. Et accepit à Platone, cuius est in libro de ani- ma mundi. Δύο δὲ λόγοισι ἐνάλιος ἔτει, Ερατοτῆ καὶ Ήρας, & Αρρεδίτας καὶ παρθένος της πολλοῖς κατέλοντε. Granov.

<sup>3</sup> Compositum, sibique consentiens modula- men editur] Alias est educitur. Ego praecunte marginali lectione efficior, resingam, elici- tor. Pontan.

in publico fabros & ignitum ferrum ictibus molientes, in aures ejus malleorum soni certo sibi respondentes ordine repente ceciderunt: in quibus ita gravitati acumina consonabant, ut utruinque ad audientis sensum stata dimensione remearet, & ex variis impulsibus unum sibi consonans nasceretur. Hic, occasionem sibi oblatam ratus deprehendendi oculis & manibus, quod olim cogitatione quærebat, fabros audit, & imminens operi curiosius intuerit annotans sonos, qui de singulorum lacertis conficiebantur. quos cum ferientium viribus adscribendos putaret; jubet ut inter se malleolos mutent. quibus mutatis sonorum diversitas ab hominibus recedens malleolos sequebatur. tunc omnem curam ad pondera eorum examinanda vertit: cumque sibi diversitatem ponderis, quod habebatur in singulis, annotasset; aliis ponderibus in majus minutve excedentibus fieri malleos imperavit, quorum ictibus soni nequaquam prioribus similes nec ita sibi consonantes exaudiens bantur: tunc animadvertis concordiam vocis lege ponderum provenire; collectisque omnibus numeris, quibus consentiens sibi diversitas ponderum continebatur, ex malleis ad fides vertit examen; & intellectu ovium vel boum nervos tam variis ponderibus illigatis terredit, qualia in malleis fuisse didicerat: talisque ex his concentus evenit, qualem prior observatio non fructu animadversa promiserat, adiecta dulcedine quam natura fidium sonora praestabat. Hic Pythagoras tanti secreti compos deprehendit numeros ex quibus soni sibi consonerent: adeo ut fidibus sub hac numerorum observatione compositis certæ certis, aliæq; aliis convenientium sibi numerorum concordia tenderentur; ut una impulsa plectro, alia licet longe posita sed numeris convenientes simul sonaret. ex omni autem innumera varietate numerorum pauci & numerabiles inventi sunt, qui sibi ad efficiendum musicam convenienterent. Sunt autem hi sex omnes; epiritus, hemiolus, duplaris, triplaris, quadruplus & epogdous. Et est epiritus, cum de duobus numeris major haberet totum minorem & insuper ejus tertiam partem; ut sunt quatuor ad tria. nam in quatuor sunt tria, & tertia pars trium, id est, unum. & is numerus est vocatus epiritus; deque eo nascitur symphonia quæ appellatur *diæ teardæ*. Hemiolus est, cum de duobus numeris major haberet totum minorem, & insuper ejus medietatem; ut sunt tria ad duo. nam in tribus sunt duo & media pars eorum, id est unum. & ex hoc numero, qui hemiolus dicitur, nascitur symphonia quæ appellatur *diæ mæle*. Duplaris numerus est, cum de duobus numeris minor bis in majore numeratur; ut sunt quatuor ad duo. & ex hoc duplari nascitur symphonia cui nomen est *diæ mæstæ*.

<sup>4</sup> Ignitum &c. molientes] Modius ex Ms. molientes. Horat. tamen Sat. 4. l. 1. *Dum ferrum moliat ignis.* Attamen illa Ms. lectio haudquam insuper habenda, dixitque Ovidius 11. de Arte. *Fam molire animum,*

qui daret, & adfrue formam. Solus ad extremitates peruenit ille reges. Sic & Maro, moliri classens, moliri habens. Et Terent. dum moliantur, dum communis, annus est. Pontan.

Triplaris autem cum de duobus numeris minor ter in maiore numeratur; ut sunt tria ad unum. & ex hoc numero symphonia procedit, quæ dicitur  $\Delta\alpha\pi\sigma\sigma\nu$  καὶ  $\Delta\alpha\pi\tau\tau\epsilon$ . Quadruplus est, cum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur; ut sunt quatuor ad unum; qui numerus facit symphoniam, quam dicunt Δ; Δ $\alpha\pi\sigma\sigma\nu$ . Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem & insuper ejus octavam partem, ut novem ad octo; quia in novem & octo sunt & insuper octava pars eorum, id est, unum. hic numerus sonum parit, quem tonon musici vocaverunt. sonum vero tono minorem veteres quidem semitonium vocitare voluerunt. sed non ita accipiendum est, ut dimidiis tonus putetur; quia nec semivocale in literis pro medietate vocalis accipimus. deinde tonus per naturam sibi in duo dividi sibi æqua non poterit. cum enim ex novenario numero constet, novem autem numquam æqualiter dividantur; tonus in duas dividi medietates recusat. sed semitonium vocaverunt sonum tono minorem: quem tam parvo distare à tono deprehensem est, quantum hi duo numeri inter se distant, id est, ducenta quadraginta tria & ducenta quinquaginta sex. Hoc semitonium Pythagorici quidem veteres dies in ~~nomina~~ habebant: sed sequens usus sonum semitonio minorem dies in constituit non videntur. Pláto semitonium limma vocitavit. Sunt igitur symphonias quinque, id est,  $\Delta\alpha\pi\tau\tau\epsilon\pi\sigma\sigma$ ,  $\Delta\alpha\pi\tau\tau\epsilon$ ,  $\Delta\alpha\pi\sigma\sigma\nu$ ,  $\Delta\alpha\pi\sigma\sigma\nu$  καὶ  $\Delta\alpha\pi\tau\tau\epsilon$ , καὶ Δ;  $\Delta\alpha\pi\sigma\sigma\nu$ . sed hic numerus symphoniarum ad mulicam pertinet, quam vel flatus humanus intendere vel capere potest humanus auditus. ultra autem se extendit harmoniæ cœlestis accessio, id est, usque ad quater  $\Delta\alpha\pi\sigma\sigma\nu$  καὶ  $\Delta\alpha\pi\tau\tau\epsilon$ . nunc interim de his, quas nominavimus, differamus. Symphonia diatessaron constat de duobus tonis & semitonio; ut minutias, quæ in additamento sunt, relinquamus ne difficultatem creemus: & fit ex epitrilo. diapente constat ex tribus tonis & hemitonio; & fit de hemiolio. diapason constat de sex tonis; & fit de duplari. verum  $\Delta\alpha\pi\sigma\sigma\nu$  καὶ  $\Delta\alpha\pi\tau\tau\epsilon$  constat ex novem tonis & hemitonio, & fit de triplari numero. dis autem diapason continet tonos duodecim; & fit ex quadruplo.

## C A P. II.

*Plato quem in modum animam mundi ex numeris fabricatam esse docuerit; & quod hinc etiam probari possit concentum quemdam esse cœlestium corporum.*

**H**inc Plato postquam & Pythagoricæ successione doctrinæ, & ingenii proprii divina profunditate, cognovit nullam esse posse sine his numeris jugabilem competentiam: in Timæo suo mundi animam per istorum numerorum contextiōnem ineffabili providentia dei fabricatoris instituit, cuius sensus, si huic operi fuerit appositus, plurimum

plurimum nos ad verborum Ciceronis, quæ circa disciplinam musicæ videntur obscura, intellectum juvabit. Sed ne quod in patrocinium alterius expositionis adhibetur, ipsum per se difficile credatur; pauca nobis præmittenda sunt, quæ simul utriusque intelligentiam faciant lucidorem. Omne solidum corpus tria dimensione distenditur. habet enim longitudinem, latitudinem, profunditatem. nec potest inveniri in quolibet corpore quarta dimensio: sed his tribus omne corpus solidum continetur. Geometræ tamen alia sibi corpora proponunt, quæ appellant mathematica, cogitationi tantum subjicienda, non sensu. Dicunt enim punctum corpus esse individuum, in quo neque longitudine neque latitudo neque altitudo deprehendatur: quippe quod in nullas partes dividi possit. hoc protractum efficit lineam, id est, corpus unius dimensionis. longum est enim sine lato, sine alto; & duobus punctis ex utraque parte solam longitudinem terminantibus continetur. Hanc lineam si geminaveris, alterum mathematicum corpus efficies, quod duabus dimensionibus æstimatur longo latoque; sed alto caret. (& hoc est quod apud illos superficies vocatur) punctis autem quatuor continetur, id est, per singulas lineas binis. si vero hæ duæ lineæ fuerint duplicatae, ut subjectis duabus duæ superponantur, adjicietur profunditas; & hinc solidum corpus efficietur, quod sine dubio octo angulis continebitur: quod videmus in tessera, quæ Græco nomine cubus vocatur. His Geometricis rationibus applicatur natura numerorum & *monas* punctum puratur; quia sicut punctum corpus non est, sed ex se facit corpora; ita monas numerus esse non dicitur, sed origo numerorum. Primus ergo numerus in duobus est; qui similis est lineæ de puncto sub gemina puncti terminatione productæ. hic numerus, *duo*, geminatus de le efficit quatuor, ad similitudinem mathematici corporis, quod sub quatuor punctis longo latoque distenditur. quaternarius quoque ipse geminatus octo efficit; qui numerus solidum corpus imitatur: sicut duas lineas diximus duabus superpositas octo angulorum dimensione integrum corporis soliditatem creare, & hoc est, quod apud geometras dicitur, bis bina bis corpus esse jam solidum. Ergo à pari numero accessio usque ad octo soliditas est corporis. ideo inter principia huic numero plenitudinem deputavit. Nunc oportet ex impari quoque numero quemadmodum idem efficiatur inspicere. & quia tam paris quam imparis numeri monas origo est; ternarius numerus prima linea esse credatur. hic triplicatus novenarius numerum facit; qui & ipse quasi de duabus lineis longum latumque corpus efficit; sicut quaternarius secundum de paribus efficit: item novenarius triplicatus tertiam dimensionem præstat: & ita à parte imparis numeri in viginti septem, quæ sunt ter

<sup>1</sup> Cogitationi tantum subjicienda. | Libb. |tilitate diffusam non sufficiente conspectui.  
vett. subjacentia, quamvis 1. 18. dixerit, | Gronov.  
reliquo igne caelesti lucem suam nimia sub-

terna ter, solidum corpus efficitur: sicut in numero pari bis bina bis, qui est octonarius, soliditatem creavit. Ergo ad efficiendum utrobiusque solidum corpus monas necessaria est, & sex alii numeri, id est, terni, à pari & impari. à pari quidem, duo, quatuor, octo. ab impari autem, tria, novem, viginti septem. Timæus igitur Platonis in fabricanda mundi anima consilium divinitatis enuncians ait illam per hos numeros fuisse contextam, qui & à pari & ab impari cùbū, id est, perfectionem soliditatis efficiunt: non quia aliquid significaret illam habere corporeum; sed ut possit universitatem animando penetrare, & mundi solidum corpus implere per numeros soliditatis effecta est. Nunc ad ipsa Platonis verba veniamus. nam cum de Deo animam mundi fabricante loqueretur, ait: <sup>1</sup> Primam ex omni fermento partem iulit. hinc sumpsit duplam partem prioris; tertiam vero secundæ hemioliam sed primæ triplam, & quartam duplam secundæ, quintam tertiae triplam, sextam prime octavam, & ieiuniam vices septies à prima multiplicatam. post hoc, spatia quæ inter duplos & triplos numeros hiabant, insertis partibus adimplebat; ut binæ medietates singula spatia colligarent. ex quibus vinculis hemiolii & epitriti & epogdiae nascebantur. Hæc Platonis verba ita à nonnullis excepta sunt; ut primam partem monada crederent, secundam, quam dixi duplam prioris, dualem numerum esse considerent; tertiam, ternarium numerum, qui ad duo hemiolius est, ad unum triplus; & quartam, quatuor, qui ad secundum, id est, ad duo duplus est; quintam, novenarium, qui ad tertium, id est, ad tria triplus est; sextam autem octonarium, qui primum octies continet. at vero pars septima in viginti & septem fuit; quæ faciunt, ut diximus, augmentum tertium imparis numeri. <sup>2</sup> Alternis saltibus enim, ut animadvertere facile est, processit illa contextio: ut post monadem, quæ & par & impar est, primus par numerus peneretur, id est, duo; deinde sequeretur primus impar, id est, tria;

<sup>1</sup> Primam ex omni fermento | Verba Platonis sunt. Μιας ἀρχαίας τερψτον δύο παντομένων. Ηδη δὲ τούτων ἀρχαὶ διπλασίαι ταῦτα. τὸν δὲ ἀντίτυπον, ἡμιολίαν δὲ τὸ διπλόν τετραλογίαν δὲ τὸ περτητικόν τοις διπλοῖς διπλάσια τετραπλήσιον τριπλήσιον τρίτη, τὸν δὲ ἕκτον, τὸ περτητικὸν διπλατοῦσαν ἑβδόμην δὲ ἐπλακεντοπλαταῖς τερψτον. μῆδον ταῦτα ξειράλλερος πεποιητασίᾳ τῇ τετραλόγῳ διασκιάτεται, μεταξεῖται εἰς εὐθεῖαν διπλούσια τῷ μεταξὺ τοτῷ, ἢντι ἔχεται διατηρητὸν εἶται μετόπιστον. τὸν μὲν ταῦτα μήπετ τὸ ἄλλον εἰπεῖν, τετραπλήσιον καὶ τετραπλήσιον, τὸν δὲ Καὶ μὴ κατ' αὐτούς τετραπλήσιον, Καὶ δὲ τετραπλησίου, πρωτὸν δὲ διατηρητὸν καὶ ἄποδον γενερίστην.

Unde apparet novemnum editionum

mendum esse in τοῖς sextam primis octauam, & mutandum in Octoplām, ut est in vete, libb. omnibus. Gronov.

<sup>2</sup> Alternis saltibus enim. | Vox saltibus Modio omissa. Pontanus. Tè saltibus in nullo exemplari invenio. Non tamen auctor. l. 6. Nec solum sibi vicina & coherentia comparantur: sed eadem alternis saltibus custoditur aequalitas. Sed & nefcio unde characeus pro rote animadvertere facile est, habet an. posse est cum quibusdam editionibus, etiæ membrane vulgatum servent. Forte fuit: anim. presto est, cuius explicatio primo superscripta, deinde glossa locum invasit. Supra lib. 14. Similes esse super aquale solum cedentibus, quibus densa fine difficultate presto sit surgere. Gronov.

quarto

quarto loco secundus par; id est, quatuor; quinto loco secundus impar, id est, novem; sexto loco tertius par, id est, octo; septimo loco tertius impar, id est, viginti & septem: ut, quia impar numerus mas habetur & par femina, ex pari & impari, id est, ex mari & femina nasceretur, quæ erat universa paritura, & ad utriusque soliditatem usque procederet quasi solidum omne penetratura. Deinde ex his numeris fuerat componenda, qui soli continent jugabilem competentiam, quia omni mundo ipsa erat jugabilem præstatura concordiam. nam duo ad unum dupla sunt; de duplo autem diapason symphoniam nasci jam diximus. tria vero ad duo hemiolium numerum faciunt, hinc oritur diapente. quatuor ad tria epiritus numerus est. ex hoc componitur diatesaron. item quatuor ad unum in quadruplici rationi censentur. ex quo symphonia disdiapason nascitur. Ergo mundi anima, quæ ad motum hoc quod videmus universitatis corpus impellit, contexta numeris musicam de se creantibus concinentiam, necesse est ut sonos musicos de motu, quem proprio impulsu præstat efficiat; quorum originem in fabrica suæ contextionis inventit, ait enim Plato, ut supra retulimus, auctorem animæ deum, post numerorum inter se imparium contextionem, hemiolis, epiritis, & epogdois, & limmate hiantia intervalla supplesse. ideo doctissime Tullius in verbis suis ostendit Platonici dogmatis profunditatem. *Quis hic, inquam, quis est, qui compleat aures meas tantus & tam dulcis sonus? Hic est, inquit, ille qui intervallis disjunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur.* Vides ut intervalla commemorat, & hæc inter se imparia esse testatur; nec diffiteretur rata ratione distincta: quia secundum Timæum Platonis imparium inter se intervalla numerorum, ratis ad se numeris, hemiolis scilicet, epiritis, & epogdois, hemitonisque distincta sunt; quibus omnis canora ratio continetur. Hinc enim animadvertisit, quia hæc verba Ciceronis numquam profecto ad intellectum patarent, nisi hemioliorum, epitorum & epogdoorum ratione præmissa, quibus intervalla numerorum distincta sunt, & nisi Platonis numeris quibus mundi anima est contexta patefactis, & ratione præmissa cur ex numeris musicam creantibus anima intexta sit. hæc enim omnia & causam mundani motus ostendunt, quem solus animæ præstat impulsus, & necessitatem musicæ concinentiae, quam motui à se facto inserit anima innatam sibi ab origine.

## C A P. III.

*Aliis præterea indiciis ac rationibus concentum illum motuum cœlestium posse ostendi: quodque intervalla ea, que esse in anima ratione sola intelliguntur, revera in ipso mundi corpore deprehendantur.*

**H**inc Plato in republica sua, cum de sphærarum cœlestium volubilitate tractaret, singulas ait Sirenas singulis orbibus insidere, significans sphærarum motu cantum numinibus exhiberi. nam Sirena canens Græco intellectu valet. theologi quoque novem musas, octo sphærarum musicos cantus & unam maximam concinentiam quæ confit ex omnibus esse voluere. Unde Hesiodus in theogonia sua octavam musam Uraniam vocat: quia post septem vagas, quæ subjectæ sunt, octava stellifera sphæra superposita proprio nomine cœlum vocatur: & ut ostenderet nonam esse & maximam, quam conficit sonorum concors universitas, adjectit;

Kallidōm θεον οὐ μόνον τελείων μουσῶν.  
ex nomine ostendens ipsam vocis dulcedinem nonam Musam vocari (nam Kallidōm optimæ vocis Græca interpretatio est) & ut ipsam esse quæ confit ex omnibus pressius indicaret, assignavit illi universitatis vocabulum; videlicet, ἡ δὲ οὐρανοῦ μουσή. nam & Apollinem ideo Μουνύέλω vocant, quasi ducem & principem orbium cœterorum, ut ipse Cicero refert: *Dux & princeps & moderator lumen reliquorum, mens mundi & temperatio.* Musas esse mundi cantum etiam sciunt, qui eas Camenas quasi caneras à canendo dixerunt. Ideo canere cœlum etiam theologi comprobantes sonos musicos sacrificiis adhibuerunt; qui apud alios lyra vel cythara, apud nonnullos tibiis aliisve musicis instrumentis fieri solebant. in ipsis quoque hymnis deorum per stropham & antistropham metra canoris versibus adhibebantur; ut per stropham rectus orbis stelliferi motus, per antistropham diversus vagarum regressus prædicaretur. ex quibus duo-

<sup>3</sup> *Plato in republica sua.* | Libro decimo  
haec leguntur: ἵππος δὲ τὸν πάχλαν αὐτὸν ἄρα-  
της ἐφ ἔργοις φεύγειν Σύμπολος σύμπτρι-  
ψεργείντων, πολὺν μέτα δέσποτον αἴρατον. ἐκ  
πατέρος δὲ ὀκτὼ επονούματα δέσποταν ξυμφο-  
ρέν. Gronov.

<sup>4</sup> *Cantum etiam sciunt, qui eas Camenas.* | Quia, ut emendarent librariorum ineptias, editoribus supereris obvium non fuit, reciden-  
dum, quod affectum erat, censuerunt. In editionibus enim ante Stephanum legas etiam rusticis sciunt, ut & codex Leidensis in char-  
ta. At id ingenium agrestibus tribuisse Ma-  
crobiūm facile aspergari, & aliud ostend-

dunt membranæ, quarum antiquior sic ha-  
bet: *cantum τοῦ ετρυστοῦ.* Erant qui eas. Si-  
ne τοῦ sciunt: est autem suprapositum vel  
rusticis sciunt. Secunda:

<sup>5</sup> *cantum etrusci sciunt, qui eas.* Non dubito,  
qui scripserit auctor: *Musas esse mundi can-  
tum etiam Etrusci scierunt, qui eas.* Quod  
probare multi nihil attineret, cum Etruscas  
circa ista sacra disciplinae in veterum libris  
quam maxime sunt Ετρυσταὶ λαοί. Nisi forte  
malis: *Musas esse mundi cantum & priisci sci-  
erunt.* Gronov.

bus motibus primus in natura hymnus dicandus deo sumpsit exordium. <sup>3</sup> mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt. persuasione hac; quia post corpus animæ ad originem dulcedinis musicæ, id est, ad celum redire credantur. nam ideo in hac vita omnis anima musicis sonis capit; ut non soli qui sunt habitu cultiores, verum universæ quoque barbaræ nationes cantus, quibus vel ad ardorem virtutis animentur, vel ad mollitatem voluptatis resolvantur, exerceant: quia anima in corpus defert memoriam musicæ cuius in celo fuit conscientia; & ita delinimentis canticis occupatur, ut nullum sit tam immitre tam asperum pectus quod non oblectamentorum talium teneatur affectu. hinc æltimo & Orphei vel Amphionis fabulam, quorum alter animalia ratione carentia, alter saxa quoque <sup>4</sup> trahere cantibus referebantur, sumpsisse principium: quia primi forte gentes vel sine rationis cultu barbaras vel faxi instar nullo affectu mobiles ad sensum voluptatis canendo traxerunt. ita denique omnis habitus animæ cantibus gubernatur, ut & ad bellum progressui & item receptui canatur cantu & excitante & rursus sedante virtutem: *dat somnos adimitque*; nec non curas & immittit & retrahit: iram suggredit, clementiam suadet, corporum quoque morbis medetur. nam hinc est, quod <sup>5</sup> ægris remedia præstantes præcinere dicuntur. <sup>6</sup>&, quid mirum si inter homines musicæ tanta dominatio est, cum aves quoque, ut lusciniae, ut cygni aliæve id genus, cantum veluti quadam disciplina artis exerceant; nonnullæ vero vel aves vel terrenæ seu aquatiles belluae invitante cantu in retia sponte decurrant; & pastoralis fistula ad pastum progressis quietem imperet gregibus? nec mirum. inesse enim mundanæ animæ causas musicæ, quibus est intexta,

<sup>3</sup> Mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu. | Huc apud Glossographum, οὐαὶ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς, Nonia. Et apud Acellium, Sisticines dielli quod apud fitos id est vita funebres canebant. Quales erant & praefixa, nisi quod lamentabilior harum fuerit clangor. Macrobius autem hoc loco quarundam gentium peculiare institutum notat, quibus hilariores erant & gaudentes exequiae. Et addit, Hac persuasione id factum, quia post corpus anima ad originem dulcedinis musicæ, id est, ad celum redire credantur. Fortassis itaque & Christianorum eo aëvo ritus hic afflexerit Aurelius. D. Hieronymus in funere Fabiolæ: Sonabant psalmi & aurata templorum reboans in sublime gratiebat aleluia. Ubi adnotat eruditissimus Scholastes, canebatur aleluia quasi gratulantism quod evolasset ad celum. Haec addenda iis, quæ annotata nuper de Fencribus Romanorum accuratissimo Kirchmanno lib. 2. cap. 6. sub finem. Pontan.

<sup>4</sup> Trahere cantibus referebantur. | In omnibus antiquis habetur cerebatur. Deinde etiam nullo affectu molles, pro mobiles. Gronov.

<sup>5</sup> Ægris remedia præstantes præcinere. | Illustrat & confirmat in his verbis Macrobius pater meus lib. 11. observationum cap. 1. Gronov.

<sup>6</sup> Et quid mirum si inter homines musicæ tanta dominatio. | Censorinus: Hominum quoque mentes ipsæ, quamvis Epicuro reclamante, divinæ suam naturam per cantus agnoscunt. Denique, quo facilius sufferant labore, vel in navis metu à vectore symphonia adhibetur. Quibus in verbis bis peccatum. Primum lego: divinam suam naturam. Et hoc erit quod dixit Macrobius, *Animæ in corpus defert memoriam musicæ cuius in celo fuit conscientia*. Deinde, navis metu, vel, quod potius puro, metatu, vel motu. Metare enim propriæ de re prolixæ & longa. Maro de Serpente: Metabat sese circum loca, &c. Pontan.

præ-

90 A. MACROBII IN SOMN. SCIPI.  
prædiximus. ipsa autem mundi anima viventibus omnibus vitam  
ministrat,

Hinc hominum pecudumque genus vitæque volantum,

Et que marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Jure igitur musica capitur omne quod vivit; quia cœlestis anima, qua animatur universitas, originem sumpsit ex musica. Hæc dum ad sphæralem motum mundi corpus impellit sonum efficit, qui intervallis est disjunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, sicut à principio ipsa contexta est. sed hæc intervalla, quæ in anima quippe incorporea sola æstimantur ratione non sensu, quærendum est utrum & in ipso mundi corpore dimensio librata servaverit. & Archimedes quidem stadiorum numerum deprehendisse se credidit, quibus à terræ superficie luna distaret, & à luna Mercurius, à Mercurio Venus, sol à Venere, Mars à sole, à Marte Jupiter, Saturnus à Jove, sed & à Saturni orbe usque ad ipsum stelliferum cœlum omne spatium se ratione emensum putavit. quæ tamen Archimedis dimensio à Platonicis repudiata est quasi dupla & tripla intervalla non servans: & statuerunt hoc esse credendum ut, quantum est à terra usque ad lunam, duplum sit à terra usque ad solem, quantumque est à terra usque ad solem, triplum sit à terra usque ad Venerem; quantumque est à terra usque ad Venerem, quater tantum sit à terra usque ad Mercurii stellam; quantumque est ad Mercurium à terra, novies tantum sit à terra usque ad Martem; & quantum à terra usque ad Martem est, octies tantum sit à terra usque ad Jovem; quantumque est à terra usque ad Jovem, septies & vices tantum sit à terra usque ad Saturni orbem. Hanc Platonicorum persuasione Porphyrius libris suis inseruit, quibus Timæi obscuritatibus nonnihil lucis infudit; aitque eos credere ad imaginem contextionis animæ esse in corpore mundi intervalla, quæ epiritis, hemiolis & epogdois hemitonisque complementur & limmate; & ita provenire concentum. cuius ratio in substantia animæ contexta mundano quoque copori, quod ab anima movetur, inserra est. unde ex omni parte docta & perfecta est Ciceronis assertio, qui intervallis imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, cœlestem sonum dicit esse disjunctum.

7. Ad ipsum stelliferum cœlum. | Mem- | retentam verosimillimum est. Gronov.  
branæ curvæ, quam vocem à Macrobio |

C A P.

## C A P. IV.

*Quis fiae ut inter sonos celestis illius concentus alius acutior sit, alius gravior: quodnam ibi melodia sit genus; & cur sonus ille à nobis non audiatur.*

**N**unc locus admonet ut de gravitate & acumine sonorum diversitates quas asserit revolvamus. *Ee natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent; quam ob causam summus ille celi stellifer cursus, cuius conversio est concitatior, acute excitato moventur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infimus.* Diximus numquam sonum fieri nisi aëre percutio. ut autem sonus ipse aut acutior aut gravior proferatur, iactus efficit: qui, dum ingens & celer incidit, acutum sonum praefat; si tardior leniorve, graviorem. indicio est virga; que dum auras percutit, si impulsu cito feriat, sonum acuit; si lentior, gravius fert auditum. in fidibus quoque idem videmus: que, si tractu artiore tenduntur, acute sonant; si laxiore, gravius. Ergo & superiores orbes; dum pro amplitudine sua impetu grandiore volvuntur, dumque spiritu ut in origine sua fortiore tenduntur, propter ipsam, ut ait, concitatorem conversionem acute excitato moventur sono; gravissimo autem hic lunaris atque infimus: quoniam spiritu ut in extremitate languescente jam volvit, & propter angustias quibus penultimus orbis attatur imperu leniore convertitur. Nec secus probamus in tibiis; de quarum foraminibus vicinis ori inflantis sonus acutus emittitur; de longinquis autem & termino longiore positis gravior: item acutior per patentia foramina, gravior per angusta. & utriusque cause ratio una est; quia spiritus ubi incipit fortior est, defector ubi definit: & quia ma-

\* Si tardior. lenior. } Ad oram editionum veterum est. lenores. Et firmat quod sequitur, si lenore, iugurtha fert auditum. Ubi tamen libri alii lenior. Sed illud retinuerim. Pont.

2 Si lentior, gravius fert auditum! Utrum industria an dissimulatione Pontani sic exhibuerint typographi, parum liquet: certe alio modo allegat in notis, quam habent editiones. Sed celare non possum lectionem optime membranae: in gravium fletis auditum. Deinde a rī nō si laxiore gravius. Modius malit gravius laxiore, membranae gravius si laxiore, quas probem potius. Gronov.

3 Ergo & superiores orbes, dum pro amplitudine sua impetu grandiore volvuntur. Capiet Macrobius de diurno cursu, qui indubie concitatissimus in supremis, si ambitionis videamus ad inferiores orbes disparitatem, & tamen progressionis equalitatem. Alias autem, & aspectu annui motus, Sa-

turni orbem tardissimum intelligi, pervulgatum est. Pont.

+ Dumque spiritu ut in origine sua fortior. Malim, sive Idem.

\* Et termino longiore positis | Explicanda hac reminicimus auctori suo; neque enim videmus, qui tolerari possint. Legimus interrim cum primit exemplaribus, de longinquo autem & termino proximi. Deinde restituimus ab origine sua deorsum recedit, tanto, &c. Quid non capientes super mutaverung eodem asu, quo etiam Ovidium, nunc tam haec in parte suum opera & beneficio rī cōmōduis. Monogramma, VIII. Mer. 749. Nec non & certera tanto Silva sub hoc, silva quanto jaces herba sub omni. Fortassis etiam hoc pacto corrigendus Macrobius hoc lib. cap. 1. ubi vulgo: quem tam parvus distare a tono deprehensum est, quantum bi duo numeri distant. Fortassis, in quam, ibi rependum quanto. Gronov.

jorem

jorem impetum per majus foramen impellit; contra autem in angustis contingit & eminus positis. Ergo orbis altissimus & ut in immensum patens & ut spiritu eo fortiore, quo origini suæ vicinior est, incitatus sonorum de se acumen emitit. Vox ultimi & pro spatii brevitate & pro longinquitate jam frangitur. Hinc quoque apertius approbat spiritum, quantum ab origine sua deorum recedit, tantum circa impulsum fieri leniorem; ut circa terram, quæ ultima sphærarum est, tam concretus tam densus habeatur, ut causa sit terræ in una sede semper hærendi; nec in quamlibet partem permittatur moveri, obesse undique circumfusi spiritus densitate. in sphæra autem ultimum locum esse qui medius est antecedentibus jam probatum est. Ergo universi mundani corporis sphæræ novem sunt. prima illa stellifera, quæ proprio nomine cœlum dicitur & aplanes apud Græcos vocatur, arcens & continens cæteras. hæc ab oriente semper volvitur in occasum. subjectæ septem, quas vagas dicimus, ab occidente in orientem feruntur. nona terra sine motu. Octo sunt igitur quæ mouentur: sed septem soni sunt, qui concinentiam de volubilitate conficiunt; propterea quia Mercurialis & Venereus orbis pari ambito comitati solem viæ ejus tanquam satellites obsequuntur, & ideo à non-nullis astronomiæ studentibus eamdem vim sortiri existimantur. unde ait: *illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum, sepeem efficiunt distinctos intervallis sonos; qui numerus rerum omnium fere nodus est.* Septenarium autem numerum rerum omnium nodum esse plene cum de numeris superius loqueremur expressimus. ad illuminandum, ut æstimo, obscuritatem verborum Ciceronis de musica tractatus succinctus à nobis qua licuit brevitate sufficiet, nam netas & hypatas diarumque fidium vocabula percurrere, & tenorum vel limmatum minuta subtilia, & quid in sonis pro litera, quid pro syllaba, quid pro integro nomine accipiatur asserere, ostentantis est non docentis. nec enim quia fecit in hoc loco Cicero musicæ mentionem, occasione hac eundum est per universos tractatus, qui possunt esse de musica: quos, quantum mea fert opinio, terminum habere non æstimo: sed illa sunt persequenda, quibus verba, quæ explananda receperis, possint liquere: quia in re naturaliter obscura qui in exponendo plura quam necesse est superfundit, addit tenebras non admittit densitatem. unde finem de hac tractatus parte faciemus, adjecto uno quod scitu dignum putamus: quia cum sint melodizæ musicæ tria genera, enarmonium, diatonum & chromaticum, primum quidem propter nimiam sui difficultatem ab usu recessit; tertium vero est infame mollitie. unde medium, id est, diatonum, mundanæ musicæ doctrina Platonis adscribitur. Nec hoc inter prætereunda ponemus, quod musicam perpetua cœli volubilitate nascentem ideo claro non sentimus auditu,

<sup>6</sup> A nonnullis Astronomia studentibus | Lægo apud Senecam, ea philosophia vix, ut non solam studentes, sed etiam conversantes inveterat.

Et iterum, Minore labore opus est studentibus in diem. Pontan.

quia

quia major sonus est quam ut humanarum aurium percipiatur angustiis. nam, si Nili catadupa ab auribus incolarum amplitudinem fragoris excludunt, quid mirum si nostrum sonus excedit auditum quem mundanæ molis impulsus emittit? nec enim de nihilo est quod ait: *qui compleat aures meas tantus & tam dulcis sonus?* sed voluit intelligi, quod si ejus, qui cœlestibus meruit interesse secretis, completæ aures sunt soni magnitudine; supereft ut cæterorum hominum sensus mundanæ concinentiae non capiat auditum. sed jam tractatum ad sequentia conferamus.

<sup>1</sup> *Aurium percipiatur angustiis | Recipia-* gustia recipiat. Sed primam præpono. Gra-  
tter membrana vetustior. Altera *aurium an-* nov.

## C A P. V.

*Terra medietatem eam, in qua nos sumus, quinque esse distinctam zonis: quodque ex iis duas tantum sint habitabiles; quarum altera habitetur a nobis, alteram qui incolant homines ignoretur, tum vero & in re- liqua terræ mediate zonas esse easdem; & inter illas duas quoque ab hominibus habitari.*

<sup>1</sup> **V**ides habitari in terra raris & angustis locis & in ipsis quasi maculis ubi habieatur vastas solitudines interjectas; eosque, qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse ut nihil inter ipsis ab aliis

<sup>2</sup> *Vides habitari in terra raris & angustis locis | Senecæ locum Natural. Quæst. lib. 1. sub Prologi finem hac occasione correxerim. Vulgat: Quid tibi inquimus ista proderim? Si nihil aliud, hoc certe, sciens omnia angusta esse. Correxerim, inquam, etiam sciens omnia angusta esse. Facit pro hac mente sententia præmissa & illa paulo ante verba: Nec potest ante contempnere porticas & laetunaria ebore fulgentias & pensiles silvas & derivata in domos flumina, quam totum circumcas mandum, & terrarum orbem superne despiciens, angustum & magna ex parte opertum mari, etiam ea parte qua extat late quadratum, & aut usque ad regentes, sibi ipse ait, Hoc est punctum quod inter tot gentes ferro & igni dividitur. Et iterum Epistol. 120. Maximum argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hac in quibus versatur humilia judicat & angusta. Pontan.*

<sup>3</sup> *Et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur | Hac forma insulæ navulos mari, elegantissime dixi in libello de Mundo. Apuleius: Minores, inquit, ut navii quidam per operas ponti sunt sparsæ regiones. Quam lectionis venustatem debemus Cl. Vir. Vulcanii Manu- scripto. Nam alias editur, ut nebula quidem. Et statim ejusdem Apulciani libelli codem*

capite locus, qui huc quoque faciat, in men- do etiamnum manet, & nescio an juvare po- tuerit idem codex, certe non juvit. Ex- stat pag. 64. *Multa dia urbes admodum sparsæ hanc nebram insulam, id est, hunc ter- ram orbem, ornamentis suis pingunt & con- tinuatione, ut quibusdam seris, coronant.* At obsecro quænam iste urbes sive oppida sint, hunc terræ orbem tam decore cingenta? Ego interpretem nullum reperio nec pu- to reperiri. Quocirca ingenio duce, & ni- fi valde fallar, certissima correctione expe- dio. *Multaque alia, tuberes admodum. sed & rictor evorus & stenos omnis hic seruos.* Ideoque Apuleius Aristotelis mentem pro- prie de prefice sublegens μογίτες νάρες inter- pretatus est, *aggers insularum.* Minusculas vero quas Philosophus μυραὶ appellavit, *η̄ ἐπιδάχας,* ille metaphora fuit memor tuberas admodum sparsas aptissime exulerat si per imperitos licuisset. Nos reducamus μελογίν, huic convenientissimam vocem. Petron. la- vior are, vel rotundo Horis tubere, quod crea- vit munda. Et Martialis:

*Lata suburbanis mittantur apprinarum, | Es vernæ tuberes: quid tibi cum Lybiciis &*


ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis: à quibus expectare gloriam certe nullam poteris. cernis autem eandem terram quasi quibusdam redimitam & circumdatam circulis. è quibus duos maxime inter se diversos & cœli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides, medium autem ilium & maximum solis ardore torris. duo sunt habitabiles; quorum australis ille, in quo qui insistunt adversa vobis urgunt vestigia, nihil ad vestrum genus: hic autem alter subjectus aquiloni, quem incolitis, cerne quam tenuis vos parte contingat. omnis enim terra qua colitur à vobis angusta verticibus, lateribus latior, parva quedam est insula circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem oceanum appellatis in terris, qui tamen tanto nomine quam sit parvus vides. Potquam cœlum quo omnia continentur, & subjectatum sphærarum ordinem motumque ac de motu sonum, cœlestis musicæ modos & numeros explicantem, & aërem subditum lunæ Tullius sermo per necessaria & præsenti operi apta ductus ad terram utique descripsit; ipsis jam terræ descriptionem verborum parcus rerum fecundus absolvit, etenim maculas habitationum, ac de ipsis habitatoribus alios interruptus. Adversisque, obliquos etiam & transversos alios nominando<sup>3</sup> terrenæ sphæræ globoſitatem<sup>4</sup> sermone tantum non coloribus pinxit. Illud quoque non sine perfectione doctrinæ est, quod cum aliis nos non patitur errare, qui terram semel cingi oceano crediderunt, nam, si dixisset; omnis terra parva quedam est insula, circumfusa illo mari; unum oceanii ambitum dedisset intelligi. sed adjiciendo, qua colitur à vobis, veram ejus divisionem, de qua paulo post differemus, nosse cupientibus intelligendam reliquit. De quinque autem cingulis, ne, quæfo, æstimes duorum Romanæ facultatiæ parentum Maronis & Tullii dissentire doctrinam; cum hic ipsis cingulis terram redimitam dicat, ille iisdem, quas Græco nomine zonas vocat, afferat cœlum teneri. utrumque enim incorruptam veramque nec alteri contrariam retulisse rationem procedente disputatione constabit. Sed ut omnia, qua hoc loco explananda recipimus, liquere possint; habendus est primum sermo de cingulis: quia situ eorum ante oculos locato cœtera erunt intellectui proniora. prius autem qualiter terram coronent, deinde quemadmodum cœlum teneant, explicandum est. Terra & nona & ultima sphæra est. hanc dividit horizon, id est, finalis circulus; de quo ante retulimus. ergo medietas, cuius partem nos incolimus, sub eo cœlo est, quod fuerit super terram; & reliqua medietas sub illo, quod dum volvitur

<sup>3</sup> Terrena sphæra globoſitatem sermone tan-  
sum non coloribus pinxit | Modii membrane  
paulo aliter, & auctiores. Habet enim:  
terrena sphæra globoſitatem tantum non colori-  
bus pinxit, sed veritatem rei vel certitudinem spa-  
tii designavit. Pontan.

<sup>4</sup> Sermone tantum non coloribus, &c. |

Prima vox abest ab utraque membrana, &  
omnino turbat sententiam. In sequentibus  
miror variari: edidit enim Isaacius, qui col-  
tur à vobis: In secunda membrana habetur  
quod, quasi de mari id diceret, cum neces-  
sario requiratur qua, ut est in optima. Gro-  
nou.

ad ea loca quæ ad nos videntur inferiora descendit. in medio enim locata ex omni sui parte cœlum suspicit. s hujus igitur ad cœlum brevitas cui punc̄tum est, ad nos vero immensa globositas, distinguatur locis inter se vicissim pressis nimietate vel frigoris vel caloris geminam nocta inter diversa temperiem. nam & septemtrionalis & australis extremitas perpetua obriguerunt pruina. & hi velut duo sunt cinguli quibus terra redimitur, sed ambitu breves quasi extrema cingentes. horum uterque habitationis impatiens est; quia torpor ille glacialis nec animali nec frugi vitam ministrat. illo enim aëre corpus alitur quo herba nutritur. medius cingulus & ideo maximus æterno afflato continui caloris usus spatiū, quod & lato ambitu & prolixius occupavit, nimietate fervoris facit inhabitabile victuris. inter extremos vero & medium duo majores ultimis, medio minores ex utriusque vicinitatis intemperie temperantur: in hisque tantum vitæ auras natura dedit incolis carpere. Et, quia animo facilius illabitur <sup>6</sup> concepta ratione quam sermone descriptio; esto orbis terræ



cui adscripta sunt a, b, c, d, & circa, a, adscribantur n & l; circa b autem m & k, & circa c, g & i, & circa d, e & f, & ducantur rectæ

<sup>3</sup> Huius igitur ad cœlum brevitas cui punc̄tum est. Cœlo videlicet terra punc̄tum est. Male alias, qua punc̄tum est. Quid ad oram, cum punc̄tum est proxime verum est, non tam verum. Liquet ex filio orationis. Pon-

sensus idem illis in cap. xxi. lib. 1. Quia scilicet ad intellectum per oculos via est. Nam descriptio auctori huic est figura,  $\gamma\pi\phi\phi$ , tabula. Infra cap. 6. de hac ipsa: redendum tibi est ad orbis terra descriptionem. cap. 7. Ut instruis visum antedata descriptio. lib. 1. cap. 21. Zodiaci notis, quas monstrat in praefidum fidei advocate descriptio. Et alibi. Gronov.

<sup>6</sup> Concepta ratione quam sermone descriptio | Heac Macrobii verba incomprehensibilia sunt. R: pone: concepta ratio descriptione quam ser-  
mone. Sic habent libri omnes, & est horum

lineæ

neꝝ à signis ad signa, quæ dicimus, id est, à g. in i; ab m, in n; à k, in l; ab e, in f. spatio igitur duo adversa tibi, id est, unum à c, usque ad lineam quæ in i, ducta est, alterum à d, usque ad lineam quæ in f, ducta est, intelligantur pruina obriguissæ perpetua. est enim superior septentrionalis, & inferior australis extremitas. medium vero ab, n, usque in, l, zona sit torrida, restat ut cingulus ab, i, usque ad, n, subiecto calore & superiore frigore temperetur: rursus ut Zona quæ est inter, l & f, accipiat de superjecto calore & subditu frigore temperiem. Nec excoxitatas à nobis lineas, quas duximus, aestimetur. circi sunt enim de quibus supra retulimus, septentrionalis & australis & tropici duo. nam æquinoctialem hoc loco, quo de terra loquimur, non oportet adscribi, qui opportuniore loco rursus addetur. Licet igitur sint hæ duæ *mortalibus agris* *Mores concessæ divum*, quas diximus temperatas, non tamen ambæ zonæ hominibus nostri generis indulcæ sunt: sed sola superior quæ est ab, i, usque ad, n, incolitur ab omni, quale scire possumus hominum genere, Romani Græcive sint vel Barbari cujusque nationis. Illa vero ab, l, usque ad, f, sola ratione intelligitur, quod propter similem temperiem similiter ipcolatur, sed à quibus, neque licuit unquam nobis nec licebit cognoscere. *Imperficitum* enim torrida utrique hominum generi commercium ad se depagat commenandi, denique de quatuor habitationis nostræ cardinibus, orientis, occidens, & septemtrio suis vocabulis nuncupantur: quia ab ipsis exordiis suis sciuntur à nobis. nam, et si septentrionalis extremitas inhabitabilis est, non multo tamen est à nobis remota. quarto vero nostræ habitationis cardinæ causâ hæc alterum nomen dedit, ut meridies non australis vocaretur; quia & ille est proprie australis, qui de altera extremitate procedens adversus septentrionali est: & hunc meridiem jure vocitari facit locus de quo incipit nobis. nam quia sentiri incipit à medio terræ, in qua medii est usus diei, ideo tamquam quidam medidies, una mutata litera, meridies nuncupatus est. Scindunt est autem quod ventus qui per hunc ad nos cardinem pervenit, id est, auter, ita in origine sua gelidus est, ut ad nos commendabilis est blando rigore septemtrio: sed quia per flammaria torridæ Zonæ ad nos commeat, admixtus igni calescit; & qui incipit frigidus, calidus pervenit. neque enim vel ratio vel natura pateretur ut ex duobus æquo pressis rigore cardinibus, dissimili tactu fatus emittereatur. Nec dubium est nostrum quoque septentrionem ad illos qui australi adjacent, propter eamdem rationem calidum pervenire; & australi corporibus eorum germino auræ suæ rigore blandiri. Eadem ratio nos non permittit ambigere quin per illam

*A quibus, neque licuit unquam nobis nec  
lirebū cognoscere* | Melior & vicerit ille apud  
Senecam Tragicum varus. In Medea:

*Venient annis  
Secula seris, quibus Oceanus*

*Vincula rerum laxet, & ingens  
Puteat tellus, Tiphysque novos  
Darebat orbes; nec sù terrie  
Ultima Tyle. Pontan.*

quoque superficiem terræ, quæ ad nos habetur inferior, integer Zonarum ambitus, quæ hic temperatæ sunt, eodem ductu temperatus habeatur; atque ideo illic quoque exdem duæ Zonæ à se distantes similiter incolantur. aut dicat, quisquis huic fidei obviare mavult, quid sit quod ab hac eum definitione deterreat. nam si nobis vivendi facultas est in hac terrarum parte quam colimus; quia calcantes humum cœlum suspicimus super verticem, quia sol nobis & oritur & occidit, quia circumfuso fruimur aëre cujus spiramus haustru: cur non & illic aliquos vivere credamus ubi eadem semper in promptu sunt? nam, qui ibi dicuntur morari, eamdem credendi sunt spirare auram: quia eadem est in ejusdem Zonalis ambitus continuatione temperies, idem sol illis & obire dicetur nostro ortu, & orientur cum nobis occidet: calcabunt æque ut nos humum; & supra verticem semper cœlum videbunt, nec metus erit ne de terra in cœlum decidant; cum nihil umquam possit ruere sursum. si enim nobis quod asserere genus joci est,<sup>8</sup> deorsum habetur ubi est terra, & sursum ubi est cœlum: illis quoque sursum erit quod de inferiore suspicent, nec aliquando in superna casuri sunt. Affirmaverim quoq; & apud illos minus rerum peritos hæc æstimare de nobis, nec credere posse nos in quo sumus loco degere; sed opinari si quis sub pedibus eorum tentaret stare casurum. numquam tamen apud nos quisquam timuit ne caderet in cœlum. ergo nec apud illos quisquam in superiora casurus est: sicut omnia nutu suo pondera in terram ferri superius relata docuerunt. Postremo quis ambigat in<sup>9</sup> sphæra terræ ea quæ inferiora dicuntur superioribus suis esse contraria ut est oriens occidenti? nam in utraque parte par diametros habetur. cum ergo & orientem & occidentem similiter constet habitari; quid est quod fidem hujus quoque diverse sibi habitationis excludat? Hæc omnia non otiosus lector in tam paucis verbis Ciceronis inveniet. nam, cum dicit *terram cingulis suis redimitam atque circundatam*, ostendit per omne corpus terræ eamdem temperatorum cingulorum continuatam esse temperiem: & cum ait, *in terra maculas habitationum videri*, non eas dicit quæ in parte nostræ habitationis nonnullis desertis locis interpositis incoluntur. non enim adjiceret, *in ipsis maculis vastas solitudines interjectas*; si ipsas solitudines diceret, inter quas certæ partes macularum instar haberentur. sed quia maculas dicit has quatuor, quas in

<sup>8</sup> *Deorsum habetur, ubi est terra* | Prima (quod sciam) hoc recepit Alcæntana, quam imitati Stephanus cum sequutis editoribus. Sed Beroaldina, *gensis joci est visum, habetur, ubi*. Quod ferri posse vix puto, erfi omnes hoc modo quos vidi, MSS. libri, ut tamen discernere vix possis, *visum, nsum, an infum* voluerint scribere. Videtur latere glossa. Posterior ætas pro deorsum usurpavit *jusum*, ut ex Martyrologio jani notatum est, in qui-

bus inter alia Speusippus, Eleusippus, & Meleusippus narrantur, *ligatis manibus susum & pedibus jusum*. Fortasse hac voce nunc usus fuit Macrobius, quamlibet superstit dubitandi ratio. Gronov.

<sup>9</sup> *In sphæra terra ea quæ inferiora* | Legendum vel cum membrana optima *terra ita ea, quæ inf.* vel cum chartaceo, *terra ita ea, quæ inf.* Gronov.

duobus terræ hemisphæriis binas esse ratio monstravit, bene adjecit, *interjectas solitudines*. nam sicut pars quæ habitatur à nobis multa solitudinum interjectione distinguitur : credendum est in illis quoque tribus aliis habitationibus similes esse inter deserta & culta distinctio-nes. Sed & quatuor habitationum incolas & relatione situs & ipsa quoque standi qualitate depinxit. primum enim ait alios præter nos ita incolere terram ut à se interrupti nullam meandi habeant ad se facultatem, & verba ipsa declarant non eum de uno hominum gene-re loqui in hac superficie à nobis solius torridæ<sup>10</sup> interjectione divisa (sic enim magis diceret, *ita interruptos ut nihil ab illis ad vos manare possit*), sed dicendo, *ita interruptos ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit*, qualiter inter se illa hominum genera sint divisa signi-ficat. Quod autem vere ad nostram partem refertur adjecit dicendo de illis qui & à nobis & à se invicem divisi sunt ; *partim ob iquos, partim transversos, partim etiam adversos stare nobis*. interrupcio ergo non unius generis à nobis sed omnium generum à se di-vitorum refertur ; quæ ita distinguenda est. Hi quos separat à nobis perusta, quos Græci *arbores*, vocant, similiter ab illis qui inferiorem zone suæ incipiunt partem interjecta australi gelida separantur. rur-sus illos ab *australis suis*, id est per nostri cinguli inferiora viventibus interjectio ardoris sequentur : & illi à nobis septentrionalis extremi-tatis rigore removentur. Et quia non est una omnium affinis continua-tio ; sed interjectæ sunt solitudines ex calore vel frigore mutuum ne-gantibus commeatum : has terræ partes, quæ à quatuor hominum ge-neribus incoluntur, maculas habitationum vocavit. Quemadmodum autem cæteri omnes vestigia sua figere ad nostra credantur, ipse di-stinxit : & australes quidem aperte pronunciavit adversos stare nobis, dicendo ; *quorum australis ille, in quo qui infistunt, adversa nobis ur-gent vestigia*. & ideo aduersi nobis sunt, quia in parte sphæræ quæ contra nos est morantur. Restat inquirere quos transversos & quos obliquos nobis stare memoraverit. sed nec de ipsis potest esse dubi-tatio, quin transversos stare nobis dixerit inferiorem zone nostræ partem tenentes, obliquos vero eos, quæ australis cinguli devexa ser-ti sunt.

<sup>10</sup> *Interjectione divisa* | Magis placet cum MSS. & editis antiquis divisa. Gronov.

## C A P . VI.

*Quanta terra spatia habitationi cesserint, quanta  
inculta sint.*

Upereft ut de terræ ipsius spatiis, quanta habitationi cesserint, quanta sint inculta, referamus; id est, quæ sit singulorum dimensio cingulorum. Quod ut facile dinoscas, redeundum tibi est ad orbis terræ descriptionem, quam paulo ante subjecimus; ut per notas adscriptarum literarum ratio dimensionum lucidius explicetur. Omnis terræ orbis, id est, circulus qui universum ambitum claudit, cui adscripta sunt *a*, *b*, *c*, *d*, ab his qui eum ratione dimensi sunt, in sexaginta divisus est partes. habet autem totus ipse ambitus stadiorum ducenta quinquaginta duo milia. ergo singule sexagesimas extenduntur stadiis quaternis, milibus ducenis. & sunt dubio medietas ejus, quæ est à *d*, per orientem, id est per *a*, usque ad *e*, habet triginta sexagesimas & stadiorum milia centum viginti sex. quarta vero pars quæ est ab *a*, usque ad *c*, incipiens à medio peruitæ, habet sexagesimas quindecim & stadiorum milia sexaginta & tria. hujus quarte partis mensura relata constabit totius ambitus plena dimensio. Ab *a*, igitur usque ad *p*, quod est medietas peruitæ, habet sexagesimas quatuor; quæ faciunt stadiorum milia iexdecim, cum octingentorum adjectione. ergo omnis perusta partium sexagesimarum octo est, & tenet stadiorum milia triginta tria & sexcenta insuper. latitudo autem cinguli nostri qui temperatus est, i. e. à *p*, usq; ad *o*, habet sexagesimas quirunque, quæ faciunt stadiorum milia viginti & unum. & spatium frigidæ ab *o*, usque ad *c*, habet sexagesimas sex: quæ stadiorum tenent viginti quinque milia ducenta. Ex hac quarta parte orbis terrarum, cujas menturam evidenter expressimus, alterius quartæ partis magnitudinem, ab *a*, usque ad *d*, pari dimensionum distinctione cognosces. cum ergo quantum teneat sphæræ superficies, quæ ad nos eit, omni in sua medietate cognoveris: de mensura quoque inferioris medietatis, id est, à *d*, per *b*, usque ad *c*, similiter instrueris. modo enim quia orbem terræ in plano pinximus (in plâno autem medium exprimere non possumus sphæralem tumorem) mutu-

*Ab a igitur usque ad p, quod est* | Hoc modo editiones omnes, cum tamen certus resideat errorum litera *p* hoc loco & infra, item in litera *o*, quarum neutra est in superiori descriptione. Itaque Ascensus novum schema hic appinxit, in quo *p* literam posuit loco *q* & *o* loco *r* *i*, quem tamen nemo fecerit, ut opinor, quia in scriptis non reperiebant: & ex suo ingenio eam commentaria esse Ascendum colligo: inde,

quod Macrobius novam sphæram hic non deposit, sed ad proximam remisit lecto-  
peti, dicens, ei redicendum esse ad orbis terræ descriptionem, quam paulo ante subjecerat. Sed etiam in nullo M. inventio usquam literas *p* vel *o*. Quare hic re-scribe cum iis: ab a igitur usque ad n, quod est. Deinde: qui temperatus est ab n usque ad i. Item, *o* spatium frigidæ ab i usque ad c. Gronov.

ati sumus altitudinis intellectum à circulo; qui magis horizon quam meridianus videatur. Cæterum volo hoc mente percipiās, ita nos hanc prorulisse mensuram, tamquam à d, per a, usque ad c, pars terræ superior sit, cuius partem nos incolimus; & à d, per b, usque ad c, pars terræ habeatur inferior.

## C A P. VII.


*In celo easdem inesse zonas que insunt terræ; atque causam hujus diversitatis esse Solem: qui ut accessu suo causa caloris est; ita recessu frigus inducit.*

**H**O C quoque tractatu proprium sortito finem, nunc illud quod probandum promisimus afferamus, id est, hos cingulos & Maronem bene celo, & bene terræ assignasse Ciceronem; & utrumque non discrepantia sed consona, eademque dixisse, natura enim cœli hanc in diversis terræ partibus temperiem nimietatemque distinxit: & qualitas vel frigoris vel caloris, quæ cuilibet ætheris parti semel inhaesit, eamdem inficit partem terræ, quam despicit ambiendo. Et quia has diversitates, quæ certis finibus terminantur, cingulos in celo vocarunt, necesse est totidem cingulos & hic intelligi; sicut in brevissimo speculo, cum facies monstratur ingens tenent in angusto membra vel lineamenta ordinem quem sua in vero digeſſerat ampliatura. Sed hic quoque afferendi quod dicitur minuēmus laborem oculis subſiciendo picturam. Esto enim cœli sphæra, a, b, c, d, & intra se claudat sphæram terræ, cui adscripta sunt f, x, t, u. & duca-tur in cœli sphæra circulus septentrionalis ab i, usque in o. tropicus æstivus à g, in p. & æquinoctialis à b, in a. & tropicus hiemalis ab f, in q. & australis ab e, in r. sed & zodiacus ducatur ab f, in p. rursus in sphæra terræ ducantur iidem limites cingulorum, quos supra descriplimus in n, in m, in l, in k. His ita depictis sine difficultate constabit singulas terræ partes à singulis cœli partibus super verticem suum impositis qualitatem circa nimietatem vel temperiem mutuari, nam quod est sursum à d, usque ad r, hoc despicit terram ab f, usque ad k, & quod est in cœlo ab r, usque ad q, hoc inficit terram à k, usque ad l, & quod in cœlo est à q, usque in p, tale facit in terra ab l, usque ad m. qualeque est desuper à p, usque ad o: tale in terra ab m, usque ad n. & quale illiç ab o, usque ad c, tale hic est ab n, usque ad t. Sunt autem in æthere extremitates ambæ, id est, à d, usque ad r, & à c, usque ad o; æterno rigore densatæ. ideo, in terra idem est ab f, usque ad k, & à t, usque ad n. rursus in cœlo, à q, usque ad p, nimio calore fervet. ideo in terra quoquæ, ab l, usque ad m, idem fervor est. item sunt in cœlo

<sup>1</sup> Cingulos in celo vocarunt | Supra simili- | non poterit. Centum enim & octoginta stadii-  
liter studios dixit, pag. 57. Ultra trecentos & | os, &c. Glossarium: Cingulus cęgopus, ζανον.  
sexaginta studios longitudinem in se continere | Pontan.

temperies,

temperies, ab *o*, usque ad *p*, & à *q*, in *r*. ideo sunt hic quoque temperatæ, ab *n*, in *m*, & ab *l*, in *k*. æquinoctialis enim circulus, qui ab *a*, usque ad *b*, ductus est, medium fecat perustam. Et ipsum autem scilicet Ciceronem, quod terreni cinguli coelestibus insificantur, ex verbis ejus ostenditur. ait enim: *E quibus duo maxime inter se diversos & cœli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse præna vides.* Ecce testatur finale frigus esse de cœlo. idem quoque de fervore medio dicit, *medium autem illum & maximum solis ardor*



*torri.* Cum ergo manifeste & rigorem de cœli verticibus & fervorem de sole in terræ cingulos venire signaverit; ostendit prius in cœlo hos eosdem cingulos constituisse. Nunc, quoniam constituit easdem in cœlo & in terra zonas esse vel cingulos (hæc enim unius rei duo sunt nomina) jam dicendum est, quæ causa in æthere hanc diversitatem qualitatis efficiat. Perusta duobus tropicis clauditur, id est, à *g*, in *p*, tempore æstivo: & ab *f*, in *q*, hiemali: ab *f* autem in *p*, zodiacum describendo perduximus. ergo signum *p*, tropicus ille cancer habetur, & signum *f*, capricornus. constat autem solem neque sursum ultra cancerum neque ultra capricornum deorsum

\* *A g, in p, tempore affivo, & ab f, in q, biennali.* Hæc absurdissima lectio quomodo insinuaverit in editionem Stephani, quomodo fecellerit ab Tycho coelestia doctrina Isacium, mirari est. Quis enim vel somnivavit unquam æquinoctialem alias tropicas clau-

di æstivo, aliis hiberno tempore, & sic tropicos mutare nonnunquam fitum, semel humano ingenio illis attributum? Nos re ipsa jubente, eis *Azænat* maximus furtivum illud tempore, quod nec primeæ editiones nec librorum scriptorum quicquam agnoscit. Granet,

meare; sed, cum<sup>3</sup> ad tropicorum confinia perwenerit, mox rever-  
ti: unde & solstitia vocantur. & quia æstivus tropicus temperatae  
nostræ terminus est; ideo cum sol ad ipsum finem venerit, facit  
nobis æstivos calores de vicino urens sensu majore subjecta. illo  
denique tempore australi generi reverti hiemem non potest ambigi;  
quia tunc ab illis sol omni viæ suæ spatio recedit. rursus, cum ad f  
signum, id est, ad capricornum venerit, facit hiemem nobis recessu  
suo & illis vicinitate reducit a statem. Hic notandum est de tribus  
stantium cardinibus<sup>4</sup> in quamcumque domum ingredi solem; de  
quarto numquam. nam & ab ortu & ab occasu fenestra solem reci-  
pit; quippe quem orientem obeuntemque prospectet, recipit & à  
meridie<sup>5</sup>; quia omne iter solis in nostro meridie est; ut intruit vísul  
antelata descriptio. numquam vero solem fenestra septentrionis ad-  
mittit; quia numquam à p signo, ad o, sol accedit; sed à p, semper  
retrocedendo nunquam fines poli septentrionalis attingit: & ideo  
numquam per hunc cardinem radius solis infunditur. Ejusdem rei  
probationem umbra quoque cujuslibet corporis sufficiet adstruere.  
nam & in occasum cadit oriente sole, & in ortum cum sit occiduus:  
medio autem die, quia sol meridiem tenet, in septentrionem umbra  
depellitur. in austrum vero circa nostram habitationem impossibile  
est umbram cujuslibet corporis cadere: quia semper in adverlam soli  
partem umbra jactatur. Adversus autem austro apud nos sol esse  
non poterit, cum numquam fines septentrionales attingat. Sane  
quoniam pars illa perustæ, quæ temperatae vicina est, admittit  
habitantes illic, id est, trans tropicum; quæcumque habitan-  
tur spatiæ umbram mittunt in austrum eo tempore quo sol can-  
crum tenet. Tunc enim eis fit sol septentrionalis, cum tropicum  
tenet; quod ab illis ad septentrionem recedit. Civitas autem Sye-  
ne, quæ provinciæ Thebaidos post superiorum montium deserta prin-  
cipium est, sub ipso æstivo tropico constituta est: & eo die, quo sol cer-  
tam partem ingreditur canceri hora diei sexta (quoniam sol tunc super  
ipsum invenitur verticem civitatis) nulla illic potest in terram de  
quolibet corpore umbra jactari, sed nec stylus hemisphaerii mon-  
strantis horas, quæcumq; γρόπων vocant, tunc de se potest umbram creare.  
& hoc est quod Lucanus dicere voluit, nec tamen plene, ut habetur,  
absolvit, dicendo enim, --- Atq; umbras numquam flectente Syene,

<sup>3</sup> Ad tropicorum confinia | Liber vetus tropi-  
corum signa. Alter tropicum signum. Posse du-  
bitare, utrum sit scribendum cum chartaceo ad  
tropicum confinia, an ad tropicorum finem. Gron.

<sup>4</sup> In quæcumque domum | Ms. omnes  
admodum. Gronov.

<sup>5</sup> Atq; umbras numquam, &c. | Supillat  
Macrobius Brodæus, quod versu hoc Lucani  
perverius legitur nanquam. Ipse nanquam re-  
ponit. At tu, nesciunq; legeris, habebit ratio-  
na in Macrobiana nota. verius Poeta totus talis

est: --- Calida medius mibi cognitus atq;  
Egypto, atq; umbras nisquam flectente Syene.  
Si enim dicat cognitum fibi etiam meridi-  
num illius oppidi, quod umbras nescit, & ver-  
itas dixerit nimis, nam umbras novit semper,  
præterquam existente in tropico meridiano  
Canceri Sole. Si idcirco explicueris, quando  
umbras non flectit, mathematicum non Po-  
stat intelligens. Et certe juvanda in pluri-  
bus potius varius sensu, quam exigenda oca-  
nis ad rigidam nostram. Pontan.

rem quidem attigit, sed turbavit verum. <sup>6</sup> non enim numquam fle-  
ctit sed uno tempore: quod cum sua ratione retulimus. His relatis  
constat solem numquam egredi fines perustæ. quia de tropico in tro-  
picum Zodiacus obliquatus est. manifesta est igitur causa cur hæc  
zona flammis sit semper obnoxia: quippe quam sol totius æthereæ  
flammæ & fons & administrator, numquam relinquat. Ergo ambæ  
partes ultimæ, id est septentrionalis & australis, ad quas nunquam  
<sup>7</sup> solis calor accedit, necessario perpetua premuntur pruina: duas  
vero, ut diximus, temperat hinc atque illinc vicinia caloris & frigo-  
ris. denique in hac ipsa zona, quam incolimus, quæ tota dicitur  
temperata, partes tamen, quæ perusto cingulo vicinæ sunt, ceteris  
calidiores sunt, ut est Æthiopia, Arabia, Ægyptus & Libya; in qui-  
bus calor ita circumfusi aëris corpus extenuat; ut aut numquam aut  
raro cogatur in nubes; & ideo nullus pene apud illos usus est imbrī-  
um. rursus quæ usque ad frigidæ fines pressius accedunt; ut est pa-  
lus Mæotis, ut regiones quas præterfluunt Tanais & Ister, omniaque  
super Scythiam loca, quorum incolas vetustas Hyperboreos vocavit,  
quasi originem boreæ introrsum recedendo transiissent, adeo æterna  
pene premuntur pruina, ut non facile explicetur quanta sit illuc frigi-  
dæ niuetatis injuria: loca vero quæ in medio temperatae sunt, quo-  
niam ab utraque niuetate longe recedunt, veram tenent salutarem-  
que temperiem.

<sup>6</sup> Non enim unquam flebit | Membranae solis accedit ardor. Altera solis ardor accedit.  
autiores nunquam quidem flebit. Gronov.  
<sup>7</sup> Solis calor accedit | Membrana optima Certe utraq[ue] ardor, non calor, ut cap. 8. Inac-  
cessum est propter nimium solis ardorem. Gron.

## C A P. VIII.

*Obiter quomodo explicandus locus Virgilii primo Georgiōn de  
circulo zodiaco.*

**L**ocus nos admonet ut (quoniam diximus, rem quæ à nullo possit  
refelli, utrumque tropicum circum Zodiaco terminos facere,  
nec umquam solem alterutrum tropicum excedere posse vel sursum  
vel deorsum meando; trans Zodiacum vero circum, id est, trans  
uitam, quæ tropicis clauditur, <sup>1</sup> ex utraque parte <sup>2</sup> accipere tem-  
peratas) queramus quid sit quod ait Virgilius quem nullius umquam  
disciplinæ error involvit;

---' due mortalibus agri

Munere concessæ divum: & via secca per ambas,  
Obliquus qua se signorum verteret ordo.

<sup>1</sup> Ex utraque parte accipere temperatas | hoc prestat vulgato ante Stephanum incipi-  
Scripterit Macrob. accipere. Considera, &c re, quod servant omnes Ms. &c tamen in  
pri h[ab]it. Postan. Stephanino voluit alius v[er] custatis ingenium

<sup>2</sup> Accipere temperatas | Quia in parte, oro, considerando legere occiperet. Gronov.

videtur enim dicere his versibus Zodiacum per temperatas ducatum, & solis cursum per ipsas ferri ; quod nec opinari fas est : quia neutrum tropicum cursus solis excedit. num igitur illud attendit quod diximus & intra tropicum in ea perusta parte, quæ vicina est temperata, i. latitudes esse ? nam Syene sub ipso tropico est : Meroë autem nubes vniuersales octingentis chiliis in perusta à Syene introrsum recedit : & ab ilia usque ad terram cinnamomi feracem sunt stadia octingenta. & per hæc omnia spatia perusta licet rari tamen vira fruuntur habitantes. ultra vero jam inaccessum est ; propter nimium solis ardorem. cum ergo tantum spatii ex perusta vitam ministret ; & sine dubio circa viciniam alterius temperatæ, id est, antæcorum, tantumdem spatii habere perusta fines & parem mansuetudinem non negetur (paria enim in utraque parte sunt omnia) ideo credendum est per poëticam tubam, quæ omnia semper in majus extollit, dixisse ~~quam~~ solis sectam per temperatas : quoniam ex utraque parte fines perusta in eo sunt similes temperatis, quod se patiuntur habitari. ~~nam~~ forte poëtica licentia particulam pro simili pene particula posuit ; & pro *Sub ambas*, dicere maluit, *per ambas* ? nam revera dicitur Zodiaci sub ambas temperatas, ultro cirroque pervenit, non tamen per ambas. *Sic etiam & Imperium ipsum & in omnibus imitatem* hujus Maroneya saepe tales mutasse particulæ. an, quod mihi vero proprius videtur, *per ambas*, pro, *inter ambas*, voluit intellegi ? Zodiacus enim inter ambas temperatas volvitur, non per ambas. <sup>4</sup> familiariter autem, *per*, *pro*, *inter*, ponere solet ; sicut, alibi quoque,

*Circum perque duas in morem fluminis arctos.*

neque enim anguis fidereus arctos fecat ; sed, dum & amplectitur & intervenit, circum eas & inter eas, volvitur, non per eas. Ergo potest constare nobis intellectus, si *per ambas*, *pro inter ambas*, more

<sup>3</sup> Et parem mansuetudinem | Modius legit pari mansuetudine ; cui intercedunt omnes Leidenis libri, & an sit mutandum, cuivis videre præsto est. Gronov.

<sup>4</sup> Familiariter autem, *per*, *pro*, *inter* ponere solet. Nec aliter P. Atbiter illo verbu :

— *Nec, vaga passim,*

*Flumina per notas ibant morientia ripas.*  
Per notas ripas, id est, *intra ripas*. Nec audio qui in superis & electissimis alias Noris morientur hinc fluminibus iaceri conatur, quasi scriptum fuisse Petronio :

— *Nec, vaga passim*

*Flumina per notas ibant torrentia ripas.*

Hoc sensu : *vaga flumina passim torrentia, tunc non ibant per notas ripas.* Sed verisimum est, quomodo posui ego, & interponxi. Non manebant, inquit, intra ripas suas flumina, pallidum vaga. Et ne haesiter quispiam porro, ponam *Magillianos* verius, lib.

4. Astronomicæ, quos hic adumbravit Pet. Donec in Egyptum rideant curvatus per undas Latura, Niliaci jterum morientia ripas.

Quod autem ait Atbiter, ibant morientia, scilicet quodammodo Claudio, Nascentes ibant in secunda libri. Nec tempore mihi quin hac occasione insigni item loco subveniam, qui nondum discutitus sat, in Culice Maroniano. Exstat à principio non longe :

*Hoc teneras stramineas sentes rimatos, at illa Inminet irriguis praestanti marginis unda.*

Ubi ambigere video viros doctos num facendum potius properanti marginis unda. At germanidum hic esse praestanti unda, observo luculentem ex Juvenali :

— *Quanto praestantis effet* (duo Numeri aqua, viridi si marginis clanderet unius Herba, nec ingenuis violentem marmora rapet. Qui locus ex Setya tertia est, & unicorū expli- cands istis Maronianis. Postan.

ipius

ipius poëte dictum existimemus. nobis aliud ad defensionem, ultra haec quæ diximus, non occurrit. Verum quoniam in medio posuimus quos fines nunquam via solis excedat; manifestum est autem omnibus quid Maro dixerit, quem constat erroris ignarum: erit ingenii singulorum invenire quid possit amplius pro absolvenda hac quæstione confiteri.

## C A P. IX.

*Non uno sed gemino oceani ambitu terram omnem circumflui: & quomodo angusta verticibus, laciō lateribus, sit habitabilis nostra: tum de exiguitate oceani, quem nos magnum vocamus.*


**H**I S quoque, ut arbitror, non otiosa inspectione tractatis: nunc de oceano quod promissimus adstruamus, non uno sed gemino ejus ambitu terræ corpus omne circumflui. cuius primus meatus est, qui ab indocto hominum genere nescitur. is enim, quem solum oceānum p̄tates opinantur, de finibus ab illo originali refusis secundum ex necessitate ambitum fecit. cæterum prior ejus corona per zonam terræ calidam meat, superiora terrarum & inferiora cingens, flexum circi æquinoctialis imitata. ab oriente vero duos sinus refudit; unum ad extremitatem septentrionis, ad australis alterum: rursusque ab occidente duo pariter enascuntur sinus: qui usque ad ambas, quas supra diximus, extremitates refusi occurunt ab oriente demissis; &, dum vi summa & impetu immaniore miscentur, invicemque se feriunt, ex ipsa aquarum collisione nascitur illa famosa oceani accessio pariter & receffio. &, ubicumque in nostro mari contingit idem vel in angustis fretis, vel in planis forte littoribus, ex ipsis oceani finibus, quos oceanum nunc vocamus, eveniunt: quia nostrum mare ex illis infuit. cæterum verior, ut ita dicam, ejus alveus tenet zonam perustam. & tam ipse qui æquinoctiale, quam sinus ex eo nati qui horizontem circulum ambitu suis flexionis hiantur, omnem terram quadrifidam dividunt; & singulas, ut supra diximus, habitationes insulas faciunt. nam inter nos & australes homines means ille per calidam zonam, totamque cingens, & rursus utriusque regionis extrema finibus suis ambiens, binas in superiore atque inferiore terræ superficie insulas facit. unde Tullius hoc voleans intelligi non dixit, *omnis terra parva quedam est insula*; sed, *omnis terra quæ colitur à vobis parva quedam est insula*: quia & singulæ de quatuor habitationibus parvæ quedam efficiuntur insulæ, oceano

<sup>1</sup> Cuius primus meatus | Scripti libri ejus  
verus & primus meatus. Infra vides origina-  
lem & veriorem alveum vocari: & de hac  
lectione non si dubitandum. Gron. v.

<sup>2</sup> Utrinque regionis extrema finibus suis

ambis | Membranas Modiane, finibus suis,  
quomodo, p̄culo ante hac pag. de finibus ab  
illo originali refusis. Ubi vulgo etiam edent  
de finibus, sed perperam, & contra mem-  
branas. Pontan.

bis eas, ut diximus, ambientè. Omnia hæc ante oculos locare potest descriptio substituta : ex qua & nostri maris originem, quæ totius una est, & rubri atque Indici ortum videbis, Caspiumque mare unde oriatur invenies. licet non ignorem esse nonnullos qui ei de oceano ingressum negent. Nec dubium est in illam quoque australis generis temperatam mare de oceano similiter influere. sed describi hoc nostra attestatione non debuit, cuius situs nobis incognitus per-



severat. Quod autem dixit nostram habitabilem *angustam verticibus*, *lateribus latiorem*, <sup>3</sup> in eadem descriptione poterimus advertere. nam, quanto longior est tropicus circus septentrionali circu, tanto zona vèrticibus quam lateribus angustior est : quia summitas ejus in artum extreni cinguli brevitate contrahitur. deductio autem laterum cum longitudine tropici ab utraq; parte distenditur. denique veteres omnem habitabilem nostram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. item quia omnis terra, in qua & oceanus est, ad quævis coelestem circumflexum quasi Centron obtinet puncti locum, necessario de oceano adjecit, *Qui tamen tanto nomine quam sit parvus vides*. nam licet apud nos Athlanticum mare magnum vocetur : de cœlo tamen despicientibus non potest magnum videri, cum ad cœlum terra figura sit & punctum

<sup>3</sup> In eadem descriptione poterimus advertere | Nec absoluim quod ad oram Lugdunensem, Id eadem. Idem.

quod

quod dividi non possit in partes. ideo autem terræ brevitas tam diligenter asseritur, ut parvi pendendum ambitum famæ vir fortis intelligat, quæ in tam parvo magna esse non poterit, ut contentus potius conscientiæ præmio gloriam non requirat. quod doctrinæ propositum non minus in sequentibus apparebit.

## C A P. X.

*Mundum quidem esse eternum: ceterum inde non posse sperari perpetuitatem gloriæ ac fame apud posteros; quando mundo ipso manente ea quæ in ipso sunt viciſſitudine quadam nunc occidunt, nunc rurſus oriantur.*

**Q**uin etiam si cupiet proles futurorum hominum deinceps laudes unius-cujusque nostrum acceptas à patribus posteris prodere: sicut enim propter eluviones exustioneque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo non eternam, sed ne diuturnam quidem gloriam aſsequi possumus. Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria: unde Scipio perfectionem cupiens infundere nepoti, auctor est ut contentus conscientiæ præmio, gloriati non requirat in qua appetenda quoniam duo sunt maxime quæ präoptari possint; ut & quam latissime vagetur & quam diutissime perseveret: postquam superius, de habitationis nostræ angustiis differendo, totius terræ quæ ad cœlum puncti locum obtinet minimam quandam docuit à nostri generis hominibus particulam possideri; nullius vero gloriam vel in illam toram partem poruisse diffundi (siquidem Gangem transnare vel transcendere Caucasum Romani nominis fama non valuit) spem, quam de propaganda late gloria ante oculos ponendo nostri orbis angustias amputavit, vult etiam diuturnitatis auferre; ut plene animo nepotis contemptum gloriæ compos diffusor insinuet & ait, nec in hac ipsa parte, in quam sapientis & fortis viri nomen serpere potest, æternitatem nominis posse durare; cum modo exustione, modo eluvione terrarum diuturnitati rerum intercedat occasus. quod quale sit differemus. in hac enim parte tractatus illa quæſtio latenter absolvitur, quæ multorum cogitationes de ambigenda mundi æternitate sollicitat; nam quis facile mundum semper fuisse consentiat? cum & ipsa historiarum fides multarum rerum cultum emendationemque vel inventionem ipsam recentem esse fateatur: cumque ru-des primum homines & incuria filiæltri non multum à ferarum

<sup>1</sup> Maximum quandam docuit nostri g. b. periculum [Quare hanc nostrorum hominum magis maximum, quam tres alias? Pontianus lector, non Macrubaum; his verbis manifeste corruptis inscribes, & corriges minimum quandam docuit à nostris. Sic enim est in veteribus membranis & editionibus, Ste-

phanina quoque, nisi quod prepositionem omisit; ac Andreæ Vesaliensis, ad cuius oram Pontianus primum notas suas conjetit, nunc ære milii comparata. Per me ergo obtinebit antiquum, donec quid ille respexit instuar. Gravou.

aspetti.

asperitate diffimiles meminerit vel fabuletur antiquitas ; tradatque nec hunc eis, quo nunc utimur, victum fuisse, sed glande prius & baccis altos, sero sperasse de fulcis alimoniam : cumque ita exordium rerum & ipsius humanæ nationis opinemur, ut aurea primum saecula fuisse credamus ; & inde natura per metalla viliora degenerans ferro saecula postrema foedaverit. ac, ne totum videamur de fabulis mutuari, quis non hinc æstimet mundum quandoque coepisse, nec longam retro ejus ætatem : cum ab hinc ultra duo retro annorum milia de excellenti rerum gestarum memoria ne Græca quidem exstet historia ? nam supra Ninum, à quo Semiramis secundum quosdam creditur procreata, nihil præclarum in libros relatum est. si enim ab initio imo ante initium fuit mundus, ut philosophi volunt : cur per innumerabilium seriem saeculorum non fuerat cultus quo nunc utimur inventus ? non literarum usus quo solo memorie fulcitur æternitas ? cur denique multarum rerum experientia ad aliquas gentes recenti ætate pervenit ? ut ecce : Galli vitæ vel cultum oleæ Roma jam adolescentे didicerunt. aliae vero gentes adhuc multa nesciunt, quæ nobis inventa placuerunt. Hæc omnia videntur æternitati rerum repugnare, dum opinari nos faciunt certo mundi principio paulatim singula quæque ~~admodum~~<sup>admodum</sup>. Sed mundum quidem fuisse semper philosophia auctor est, conditore quidem deo, sed non ex tempore. siquidem tempus ante mundum esse non potuit : cum nihil aliud tempora nisi cursus solis efficiat. res vero humanæ ex parte maxima sepe occidunt manente mundo, & rursus oriuntur vel eluvione vicissim vel exustione redeunte. cuius vicissitudinis causa vel necessitas talis est. Ignem æthereum physici tradiderunt humore nutriti, afferentes ideo sub Zona cœli perusta, quam via solis, id est, Zodiacus, occupavit, oceanum, sicut supra descripsimus, à natura locatum ; ut omnis latitudo qua sol cum quinque vagis & luna ultro citroque discurrent, habeat subiecti humoris alimoniam : & hoc esse volunt quod Homerius, divinarum omnium inventionum fons & origo, sub poëtici nube figmenti verum sapientibus intelligi dedit, <sup>2</sup> Jovem cum dis cæteris, id est, cum stellis profectum in oceanum Æthiopibus eum ad epulas invitantibus, per quam imaginem fabulosam Homerum significasse volunt hauriri de humore nutrimenta sideribus : qui ob hoc Æthiopas reges epularum cœlestium dicit, quoniam circa oceani oram non nisi Æthiopes habitant, quos vicinia solis usque ad speciem nigri coloris exurit. Cum ergo calor nutritur humore : hoc vicissitudinis contingit, ut modo calor modo humor ex-

<sup>2</sup> *Jovem cum Dis ceteris profectum in Oceanum* | Arnobius librovi. Hoc est enim proprium Deorum ubique esse totos, non adeesse, non absesse, non canatum ad Æthiopas pergere. Et post dies bissexti privatum ad domicilium redire. Versus autem Homericos & candem pene emanationem potuit auctor lib. 1. *Satura cap.*

23. discrepans ab Arnobio, quod ~~deinde~~ <sup>deinde</sup> non ~~in~~ <sup>in</sup> explicet, sed ~~in~~ <sup>in</sup>. Tu vide si, & adjunge Lipsium in Physiologia Stoica. Gronov.

<sup>3</sup> *Hoc vicissitudinis contingit* | Hoc quidem non reprobandum : libri tamen veteres hac vicissim. Gronov.

überet,

uberet. evenit enim ut ignis usque ad maximum enutritus augmentum, haustum vincat humorem, & sic aëris mutata temperies licentiam præstet incendio, & terra penitus flagrantia immissi ignis uratur. sed mox, impetu caloris absumpcio, paulatim vires revertuntur humoris, cum magna pars ignis incendiis erogata minus jam de renascente humor consumat, ac rursus longo temporum tractu ita crescens humor altius vincit, ut terris infundatur eluvio, rursus calor post hoc vires resumit. & ita fit ut manente mundo inter exsuperantis caloris humorisque vices, terrarum cultus cum hominum genere saepe intercidat, & reducta temperie rursus novetur. numquam tamen seu eluvio, seu exustio, omnes terras, aut omne hominum genus vel omnino operit, vel penitus exurit. Ægypto certe, ut Plato in Timæo fatetur, <sup>4</sup> numquam nimetas humoris nocuit vel caloris, unde & infinita annorum milia in solis Ægyptiorum monumentis librisque releguntur. cæteræ igitur terrarum partes internectioni superstitites seminarium instaurando generi humano fiunt: atque ira contingit, ut non rudi mundo rudes homines & cultus inscti, cuius memoriam intercepit interitus, in terris oberrent, & asperitatem paulatim vagae feritatis exuti conciliabula & cœtus <sup>5</sup> natura constitente patientur: sitque primum inter eos mali nescia & adhuc astutiae inexperta <sup>6</sup> simplicitas, quæ nomen auri primis sæculis præstat. inde, quo magis ad cultum rerum atque artium usus promovet, tanto facilius in animos serpit <sup>7</sup> emulatio, quæ primum bene incipiens, in invidiam latenter evadit. & ex hac jam nascitur quicquid genus hominum post sequentibus sæculis experitur. Hæc est ergo quæ rebus humanis pereundi atque iterum revertendi incolimi mundo vicissitudo variatur.

<sup>4</sup> Numquam nimetas humoris | Rem ipsam  
& causam simul aperit Soloni in his Platonis  
verbis, τὸν ἱερὸν δέ μάλα παλαιός. ὅταν διὰ  
μεγάρων ζεύσιν ἔπειται τῇ δαι μητρὶ πολλῷ φθερεῖ τότε οὐδεὶς καὶ ἄρτι οὐ ψήλος τύποις  
καὶ ἐπεξειδεῖσθαι, μέλλον διώλυνται τῇ πο-  
ταμοῖς καὶ θαλάτῃ προσπειργόνται, ἡμίν τῷ δέ  
Νεῖν. Οἱ τε ἀλλα σωτῆρες τότε εἰ ταῦτα  
τὴν θυρίαν καθεύδεται παταλικόν. Σα-  
σιν οἱ μὲν εἰ τοὺς ἄρτους διαστρέφεται βύζοις  
νομέει τε. οἱ δὲ εἰ ταῦτα παραμένειν πόλεσιν εἰς  
τὴν θαλάτταν τῶν τῇ ποταμοῖς εἰσεργαται. καὶ  
τὸ τοῦ ροήσεως εἴτε τοῦ ἀλλοτε σπάνει τὸ  
ταῦτα εἰρθεῖς οὐδὲποτε ἐπιρρέει τὸ καὶ ἐπαντί<sup>8</sup>  
κέπτονται ἐπανέντει πένυκαν. Gronov.

<sup>5</sup> Naturæ constitente | Auctor scriptit  
instruente, quod est, docente & formante

ut patientur cœtus & consiliabula. Id est in omnibus libris I. 4. Si quis forte querere velit, &c. instruetur antea Perphyrio, cap. 14, de mensura quoque inferioris medietatis instrue-  
ris, cap. 15, ut instruit visum ante lata de-  
scriptio. II, 15. Hoc quemadmodum accipien-  
dum sit, instruendum. Et multis ita locis.  
Gronov.

<sup>6</sup> Simplicitas; quæ nomen auri primis secu-  
lis præstat | Claudianus:

Latetur Terra reverso

Numine, quod frisi post tempora perdidit  
auri. Pontan.

<sup>7</sup> Emulatio, quæ primus bene incipiens,  
in invidiam latenter evadit | Velleius; <sup>8</sup> Aliis  
emulatio ingena, & nunc invidia, nunc ad-  
miratio incitatiq[ue]m accedit. Pontan.

## C A P. XI.

*De diversitate annorum : quodque nō qui vere annus vertens est ac mundanus, quindecim annorum nostrorum ambiat milia.*

**Q**uid autem interest ab his qui postea nascuntur sermonem fore de te ; cum ab his nullus fuerit, qui ante natu sunt, qui nec pauciores & certe meliores fuerunt viri & præsertim cum apud eos ipsos, à quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit. homines enim populariter annum tantummodo solis, id est, usus astrorum reditu metuntur. re ipsa autem cum ad idem unde semel profecta sunt cuncta astra redierint, eandemque totius cœli descriptionem longis intervallis reculerint : tum ille vere vertens annus appellari potest. in quo vix dicere audeo quam multa hominum secula teneantur. namque, ut olim desicere sol hominibus extinguique viſus est cum Romuli annus hæc ipsa in templo penetravit ; quandoque ab eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit ; tum signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis expletum annum habeo. cuius quidem anni nondum vicesimam partem scire ~~etiam~~ carcerem. Idem agere perseverat instans diffusione glorie desiderandæ. quam cum locis artam, nec in ipsius angustis æternam supra docuisse ; nunc non solum perpetuitatis experientia sed nec ad unius anni integri metas posse propagari docet. cuius assertionis quæ sit ratio dicemus. Annus non is solus est quem nunc communis omnium usus appellat : sed singulorum seu lumenum seu stellarum, emenso omni cœli circuitu à certo loco in eundem locum reditus annus suus est. sic mensis lunæ annus est intra quem cœli ambitum lustrat. nam & à luna mensis dicitur ; quia Græco nomine luna mens vocatur. Virgilius denique ad discretionem lunaris anni, qui brevis est, annum qui circumcurru solis efficitur significare volens ait :

*Interea magnum sol circumvolvit annum,*

magnum vocans solis, comparatione lunaris. nam cursus quidem Veneris atque Mercurii pene par soli est. Martis vero annus fere biennium tener. tanto enim tempore cœlum circumvit. Jovis autem stella duodecim & Saturni triginta annos in eadem circuitione consumit. Hæc de lumenib[us] ac vagis, ut saepe relata, jam nota sunt. Annus vero, qui mundanus vocatur, qui vere vertens est, qui conversione plenæ universitatis efficitur, largissimis seculis explicatur, cuius ratio est talis. Stellæ omnes & sidera quæ infixa cœlo videntur, quorum proprium motum numquam visus humanus sentire vel comprehendere potest moventur tamen ; & præter cœli volubilitatem, qua semper trahuntur, suo quoque accessu tam sero promoventur, ut

\* *Suo quoque accessu tam sero promoverentur, nisi, promoventur. Ino omnino reducendum, tam quod ad oram veterum editio-* Ponsan.

nullius

nullius hominum vita tam longa sit, quæ observatione continua factam de loco permutationem in quo eas primum viderat, comprehendat. mundani ergo anni finis est; cum stellæ omnes omniaque fidera quæ aplanes haber, à certo loco ad eundem locum ita remeaverint, ut ne una quidem cœli stella in alio loco sit, quam in quo fuit cum aliæ omnes ex eo loco motæ sunt, ad quem reversæ anno suo finem dederunt: ita ut lumina quoque cum erraticis quinque in isdem locis & partibus sint in quibus incipiente mundano anno fuerunt. hoc autem, ut physici volunt, post annorum quindecim milia peracta contingit. Ergo sicut annus lunæ mensis est, & annus solis duodecim menes, & aliarum stellarum hi sunt anni quos supra retulimus: ita mundanum annum quindecim milia annorum, quales nunc computamus, efficiunt. Ille ergo vere annus vertens vocandus est, quem non solis, id est, unius astri, reditu metiuntur; sed quem stellarum omnium, in quounque cœlo sunt, ad eundem locum redditus sub eadem cœli totius descriptione concludit. unde & mundanus dicitur; quia mundus propriæ cœlum vocatur. Igitur ut annum solis non solum à Kalendis Januariis usque ad easdem vocamus; sed & à sequente post Kalendas die usque ad eundem diem, & à quounque cujuslibet mensis die usque in diem eundem, redditus annus vocatur: ita hujus mundani anni initium sibi quisque facit quodcumque decreverit. ut, ecce, nunc Cicero à defectu solis, qui sub Romuli fine contigit, mundani anni principium sibi ipse constituit. & licet jam saepissime postea defectus solis evenerit; non dicitur tamen mundanum annum repetita defectio solis implesse; sed tunc implebitur, cum sol deficiens in isdem locis & partibus & ipse erit, & omnes cœli stellas omniaque fidera rursus inveniet in quibus fuerant cum sub Romuli fine deficeret. Igitur à discessu Romuli post annorum quindecim milia, sicut asserunt physici, sol den[u]o ita deficiet, ut in eodem signo eademque parte sit ad idem principium, in quo sub Romulo fuerat stellis quoque omnibus signisque revocatis, peracti autem fuerant, cum Scipio in Africa militaret, à discessu Romuli anni quingenti septuaginta & tres. anno enim ab urbe condita sexcentesimo septimo hic Scipio deleta Carthagine triumphavit. ex quo numero annis remotis triginta duobus regni Romuli & duobus qui inter somnium Scipionis & consummatum bellum fuerunt, quingenti septuaginta tres à discessu Romuli ad somnum usque remanebunt, ergo ratiocinabiliter vereq[ue] signavit necdum mundani anni vicesimam partem esse conversam. nam vicesimæ parti quot anni supersint à fine Romuli ad Africanam militiam Scipionis, quos diximus annos fuisse quingenitos septuaginta tres, quisquis in digitos mittit inveniet.

<sup>2</sup> Inter somnum Scipionis | Veteribus libris ignoratum nomen proprium, idque penitus non desideratur. Gronov.

<sup>3</sup> Quisquis in digitos mittit | Talis Veterum computus modus. Plaut. *Dextra digitus rationem computat, feriens femur dextrum.* Sed haec

talia aliis uberioris enorata. Et extat de eo singularis libellus Bedæ, quem in commentariis Hieronymianis exscripsit fere Erafmus. Tu videbis, Pont. lib. 1. Sat. 1. Annos ergo coequuntur mitti in digitos, exemplo Platonis nobis suffragante non convenit. Gron.

## CAP. XII.

*Hominem non corpus esse sed mentem: & nunquid in hoc mundo vere  
intereat ac corrumpatur.*

**T**U vero enitere & sic habeto; non esse te mortalem, sed corpus hoc. nec enim tu is es quem forma ista declarat: sed mens cujusque is est quisque, non ea figura quae digito demonstrari potest. deum te igitur scito esse: siquidem est deus qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit & moderatur & movet id corpus cui praepositus est, quam bunc mundum ille princeps deus. Ut ille mundum quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet. Bene & sapienter Tullianus hic Scipio circa institutionem nepotis ordinem recte docentis implevit. nam, ut breviter a principio omnem operis continentiam revolvam, <sup>1</sup> principio tempus ei mortis & imminentes propinquorum praedixit infidias; ut totum de hac vita sperare dederat, quam non diuturnam comperisset. dein, ne metu praeditæ mortis frangeretur, ostendit sapienti & bono civi in immortalitatem morte migrandum: cumque eum ultro spes ista traxisset ad moriendo desiderium; succedit Pauli patris opportuna dissuasio accensam filii festinationem ab appetitu spontaneæ mortis excludens. Plene igitur in animo somniantis utrumque plantata sperandi expectandique temperie altius jam <sup>2</sup> circa divina erigendum nepotis animum Africanus ingreditur: nec prius eum tetricam patitur intueri, quam coeli ac siderum naturam, motum, ac modulamen agnoscat; & haec omnia sciat praemio cessa virtutum. ac postquam mens firmata Scipionis alacritate tantæ promissionis erigitur: tum demum gloria, quæ apud indoctos magnum virtutis præmium creditur, contemni jubetur; dum ostenditur ex terrarum brevitate vel casibus, arta locis, angusta temporibus. Africanus igitur pene exutus hominem & defæcata mente jam naturæ suæ capax hic apertius admonetur ut esse se deum noverit. Et haec sit praesentis operis consummatio, ut animam non solum immortalem sed deum esse clarescat. Ille ergo jam post corpus qui fuerat in divinitatem receptus dicturus viro adhuc in vita posito, *deum te esse scito*, non prius tantam prærogativam committit homini, quam qui sit ipse discernat: ne æstimeretur hoc quoque divinum dici, quod mortale in nobis & caducum est. & quia Tullios est profundam rerum scientiam sub brevitate tegere verborum, nunc quoque miro compendio tantum concludit arcanum, quod

<sup>1</sup> *Principio tempus ei mortis* | Non parum inanima accidit tam propinqua prime vocis repetitio, quod nusquam à Macrobo factum memini. Lego proinde cum *Mss. primum tempus ejus mortis*. Gronev.

<sup>2</sup> *Circa divina erigendum nep. anim.* | Vocem divina indicio veterum librorum abundare pronuntio: quod si illis invitis eam retineas, inconcinne nimium apparabit subsequentis periodi erdo. Gronev.

Plotinus

**Plotinus** magis quam quisquam verborum parcus libro integro disseruit, cuius inscriptio est; *Quid animal, quid homo.* in hoc ergo libro Plotinus quaerit cuius sint in nobis voluptates, merores, metusque ac desideria & animositates vel dolores, postremo cogitationes & intellectus, utrum meræ animæ an vero animæ utentis corpore: & post multa, quæ sub copiosa rerum densitate disseruit, quæ nunc nobis ob hoc solum prætereunda sunt, ne usque ad fastidii necessitatem<sup>3</sup> volumen extendant, hoc postremo pronunciat; animal esse corpus animatum. sed nec hoc neglectum vel non quæstum relinquit quo animæ beneficio quave via societas animetur. has ergo omnes quas prædiximus passiones assignat animali: verum autem hominem ipsam animam esse testatur. Ergo qui videtur non ipse verus homo est, sed verus ille est à quo regitur quod videtur. sic, cum morte animalis discesserit animatio, cadi corpore regente viduatum. & hoc est quod videatur in homine mortale: anima autem, qui verus homo est, ab ab omni conditione mortalitatis aliena est adeo, ut ad imitationem dei mundum regentis regat & ipsa corpus dum à se animatur. ideo physici mundum magnum hominem,<sup>4</sup> & hominem brevem mundum esse dixerunt, per similitudines igitur ceterarum prærogativarum, quibus deum anima videtur imitari, animam deum & prisci philosophorum & Tullius dixit. Quod autem ait mundum quadam parte mortalem: ad communem opinionem respicit qua mori aliqua intra mundum videntur; ut animal exanimatum, vel ignis extinctus, vel siccatus humor. hæc enim omnino interiisse creduntur. Sed constat secundum veræ rationis assertionem, quam & ipse non nescit, nec Virgilius ignorat dicendo;

*Nec morti esse locum;* -----

constat, inquam, <sup>5</sup> nihil intra vivum mundum perire; sed eorum quæ interire videntur solam mutari speciem: & illud in originem suam atque in ipsa elementa remeare, quod tale quale fuit esse desierit. Denique & Plotinus alio in loco cùm de corporum absumpione disserereret,<sup>6</sup> & hoc dissolvi posse pronuntiaret quicquid effluit: obiecit sibi; Cur ergo elementa quorum fluxus in aperto est non similiter aliquando solvuntur? & <sup>7</sup> breviter tantæ objectioni validæque

<sup>3</sup> Volumen extendant | Nec male tamen membranæ volumen se extendat. I. 20. Et ceteremus iusto prolixius volumen extenderem. Gronov.

<sup>4</sup> Et hominem brevem mundum esse dixerunt | Nec absomn istud Carphilidis; τὸν εὐρεότερον διατάξαντα φύσιον. Quid homo? minimi temporis plantasia. Pont. Arnob. lib. II. Hic est illi premissus & rationius homo augustinissimus traditus. mundus minor qui dicitur, & tunc in speciem similitudinis subiectus atque formatus. Gronov.

<sup>5</sup> Nihil intra vivum mundum perire | Sen.

Non credis nihil in hoc mundo perire sed mutari regionem? Magni ista credidere viri. Pont.

<sup>6</sup> Et hoc difficulti posse pronuntiaret quicquid effluit: | Non habent Modii membranæ illud hoc. Et sane omitti sine incommodo potest. Idem. Leidenes à me adhibet nullo Modio addicunt: & quia sensu parum officit, nondum adducor, ut in hanc voculam stylium vertam. Gronov.

<sup>7</sup> Breviter tanta objectioni utilideque! Nullam vim habet vox ultima. Lego, valideque ut cap. 15. Hac & alia valide dicentur. Sic, ibi libris rett. non valde. Gronov.

respondit, <sup>8</sup> ideo elementa licet fluant nunquam tamen solvi, quia non foras efflunt. a ceteris enim corporibus quod effluit recedit, elementorum fluxus numquam ab ipsis recedit elementis. ergo in hoc mundo pars nulla mortalis est secundum veræ rationis asserta. Sed quod ait, eum quadam parte mortalem: ad communem, ut diximus, opinionem paululum inclinare se voluit: in fine autem validissimum immortalitatis animæ argumentum ponit, quia ipsa corpori præstat agitatum. quod quale sit ex ipsis verbis Ciceronis quæ sequuntur invenies.

<sup>8</sup> Ideo elementa licet fluant | Apposite ad  
Mallium Claudianus:

At quicquid elementa doces, semperque fluentia

Materia causas, qua via animaverit astra  
Impletique choros — Pontan.

### C A P. XIII.

*De tribus ratiocinandi modis, quibus immortalitatem anime  
afferuere Platonici.*

**N**A M quod semper movetur, eternum est, quod autem motum affere alicuius quodque ipsum agitat aliunde, quando habet finem motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod se ipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem definit. quia etiam ceterū quae moventur hic fons hoc principium est movendi. principiū autem nulla est origo. nam è principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia nasci potest. nec enim esset principium quod gigneretur aliunde. quod si non oritur, nec occidit quidem umquam: nam principium exstinctum nec ipsum <sup>1</sup> ab alia renascetur nec ex se aliud creabit: siquidem necesse est à principio oriri omnia. ita sit ut motus principium ex eo sit quod ipsum a se movetur. id autem nec nasci potest nec mori: vel concidat omne cælum omnisque natura & consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur quam à primo impulso moveatur. <sup>2</sup> cum pateat igitur eternum id esse quod ipsum se moveat, quis est qui banc naturam animis esse tributam neget? inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo. quod autem est anima, id motu cietur interiore & suo. nam hoc est propria natura animi atque vis. que si est una ex omnibus quae scipia moveat; neque nata certe est & eterna. Omnis hic locus de Phaedro Platonis ad verbum à Cicerone translatus est; in quo validissimis argumentis animæ immortalitas asseritur. & hoc est argu-

<sup>1</sup> Ab aliis renascetur | Lib. i. Tusc. Quest.  
<sup>2</sup> legitur ab alio renasci. Hoc loco Ms.  
omnes ab alio nasciur, quid verisimilius su-  
denter: verba Platonis sit autem note in lib. viii  
mortali. Gronov.

<sup>3</sup> Cum pateat igitur eternum | Quae Ichnie  
sequuntur, in Stephani & utraque Pontani  
editione alio superioribus charactere sunt ex-

pressa, quasi Macrobii exordiatur inde oratio. Qia re non potest fieri, quin studiosus lector aut fallatur aut turbetur. Sunt autem & haec Ciceronis usque ad illa: qua se ipsa moveat;  
neque nata certe est & eterna. Hoc ergo vi-  
tium ut tollerentur, curavi. Verba Platonis  
cum Cicerone confert Ant. Muretus lib. viii.  
Var. cap. 3. Gronov.

mentorum

mentorum summa ; esse animam mortis immunem, quoniam ex se movetur. Sciendum est autem quod duobus modis immortalitas intelligitur. aut enim ideo est immortale quid, quia per se non est capax mortis ; aut quia procuratione alterius à morte defenditur. ex his prior modus ad animæ secundus ad mundi immortalitatem referatur. illa enim suapte natura à conditione mortis aliena est : mundus vero animæ beneficio in hac vitæ perpetuitate retinetur. Rursus semper moveri dupliciter accipitur. hoc enim dicitur & de eo quod ex quo est semper movetur ; & de eo, quod semper & est & moveretur. & secundus modus est, quo animam dicimus semper moveri. His præmisis jam quibus syllogismis de immortalitate animæ diversi sectatores Platonis ratiocinati sint oportet aperiri. sunt enim qui per gradus syllogismorum ad unum finem probationis evadant certam tibi propositionem sequentis ex antecedentis conclusione facientes. apud quos hic prior est : Anima ex se movetur : quicquid autem ex se movetur, semper movetur. igitur Anima semper movetur. secundus ita, qui nascitur ex prioris fine : Anima semper movetur. quod autem semper movetur, immortale est. igitur anima immortalis est. & ita in duobus syllogismis dñe res probantur, id est, & semper moveri animam, ut in priore ; & esse immortalem, ut colligitur de secundo. Alii vero usque ad tertium gradum ita argumentando procedunt : Anima ex se movetur. quod autem ex se movetur, principium est motus. igitur Anima principium motus est. rursus ex hac conclusione nascitur propositio : Anima principium motus est. quod autem principium motus est, natum non est. igitur Anima nata non est, tertio loco : Anima nata non est. quod natum non est, immortale est. igitur anima immortalis est. Alii vero omnem rationationem suam in unius syllogismi compendium redigerunt. Anima ex se movetur. quod ex se movetur, principium motus est. quod principium motus est, natum non est. quod natum non est, immortale est, igitur anima immortalis est.

## C A P X I V.

*Quibus rationibus Aristoteles contra Platonem monstrare volueris animam à seipso moveri non posse.*

**S**E D harum omnium rationationum apud eum potest postrema conclusio de animæ immortalitate conitare, qui primam propositionem, id est, ex se moveri animam, non refellit. hac enim infide non recepta, debilia fuent omnia quæ sequuntur : sed huic Stoïcorum quidem accedit assensio. \* Aristoteles vero adeo non acqui-

\* Aristoteles vero adeo non acquiescit, ut animam non solum ex se non moveri, Senior apud Glossographum Nicarius, πιληρος ; τὸ

κατὰ θεόν. τί ἀποχεῖται τὸ μὴ κινέσθαι Quid anima ? Quid moveretur. Quid sine anima ? Quid non moveretur. Pontan.

escit, ut animam non solum ex se non moveri, sed ne moveri quidem penitus conetur asserere. ita enim calidis argumentationibus adstruit nihil ex se moveri, ut etiam siquid hoc facere concedat, animam tamen hoc non esse confirmet. Si enim anima, inquit, principium motus est; doceo non posse principium motus moveri. & ita divisionem suæ artis ingreditur; ut primum doceat in rerum natura esse aliquid immobile, deinde hoc esse animam tenter ostendere. Necesse est, inquit, aut omnia quæ sunt immobilia esse, aut omnia moveri, aut aliqua ex his moveri, aliqua non moveri. item si damus, ait, & motum & quietem: necesse est aut alia semper moveri & alia numquam moveri; aut omnia simul nunc quiescere nunc moveri. de his, inquit, quid magis verum sit requiramus. Non esse omnia immobilia adspectus ipse testimonio est; quia sunt quorum motum videntur. rursus non moveri omnia visus docet, quo immota cognoscimus. sed nec omnia discere possumus modo motum pati, modo esse sine motu; quia sunt quorum perpetuum motum videmus; ut de cœlestibus nulla dubitatio est. restat igitur, ait, ut, sicut aliqua semper moventur, ita sit aliquid semper immobile. ex his ut collectum sit esse aliquid immobile, nullus obviat vel refellit. nam & vera divisione est, & sectæ Platonicæ non repugnat: neque enim, si quid est immobile, sequitur ut hoc sit anima: nec, qui dicit animam ex se moveri, jam moveri universa confirmat; sed modum adstruit quo anima moventur: si quid vero est aliud immobile; nihil ad hoc quod de anima adstruitur pertinebit. Quod & ipse Aritoteles videntur, postquam docuit aliquid esse immobile, hoc esse animam vult dicere: & incipit alterare nihil esse quod ex se moveri possit, sed omnia quæ moventur ab alio moveri. quod si vere probaret; nihil ad patrocinium Platonicæ sectæ relinqueretur. quemadmodum enim credi posset ex se moveri animam, si constaret nihil esse quod ex se possit moveri? in hac autem Aritotelica argumentatione hujusmodi divisionis ordo contexitur. Ex omnibus quæ moventur, inquit, alia per se moventur, alia ex accidenti. & ex accidenti, inquit, moventur, quæ cum ipsa non moveantur, in eo tamen sunt quod moventur: ut in nave sarcina seu vector quiescens. aut etiam cum pars moventur quiescente integritate: ut si quis stans pedem manuimve vel caput agitat. per se autem moventur, quod neque ex accidenti, neque ex parte, sed & totum simul moverunt; ut cum ad superiora ignis ascendi. & de his quidem, quæ ex accidenti moventur, nulla dubitatio est quin ab alio moveantur. probabo autem, inquit, etiam ea quæ per se moventur ab alio moveri. Ex omnibus enim, ait, quæ per se moventur alia causam motus intra se possident: ut animalia, ut arbores; quæ sine dubio ab alio intelliguntur moveri, à causa scilicet quæ in ipsis latet, nam causam motus ab eo quod moventur ratio sequestrat. alia vero aperte ab alio moventur, id est, aut vi aut natura. & vi dicimus moveri omne jaculum, quod, cum de manu jaculantis recesserit, suo

suo quidem motu ferri videtur; sed origo motus ad vim refertur. sic enim nonnumquam & terram sursum & ignem deorsum ferri videamus: quod alienus sine dubio cogit impellus. natura vero moventur vel gravia cum per se deorsum, vel levia cum sursum feruntur. sed & hæc dicendum est ab alio moveri, licet, à quo, habeatur incertum. ratio enim, ait, deprehendit esse nescio quid quod hæc moveat. nam, si sponte moverentur, sponte etiam starent; sed nec unam viam semper agerent; imo per diversa moverentur, si spontaneo ferrentur agitati. cum vero hoc facere non possint; sed levibus semper adscensus & descensus gravibus deputatus sit: apparent, eorum motum ad certam & constitutam naturæ necessitatem referri. Hæc sunt & his similia, quibus Aristoteles omne quod movetur ab alio moveri probasse se credidit. Sed Platonici, ut paulo post demonstrabitur, argumenta hæc arguta magis quam vera esse docuerunt. Nunc sequens ejusdem jungenda divisio est; qua non posse animam ex se moveri, etiamsi hoc alia res facere posset, laborat ostendere: & hujus rei primam propositionem ab illis mutuatur, quæ sibi ælstimat constitisse. sic enim ait: Cum igitur omne, quod movetur, constet ab alio moveri: sine dubio id quod primum movet, quia non ab alio movetur (neque enim habetur jam primum si ab alio moveretur) necesse est, inquit, ut aut stare dicatur aut seipsum mouere. nam si ab alio moveri dicatur: illud quoque, quod ipsum movet, dicetur ab alio moveri; & illud rursus ab alio: & in infinitum inquisitio ita casura est, numquam exordia prima reperiens si semper aliud ea, quæ putaveris prima, præcedit. restat igitur, inquit, ut, si quod primum movet non dicatur stare, ipsum se mouere dicatur. & sic erit in uno eodemque aliud quod movet, aliud quod movetur. siquidem in omni, ait, motu tria hæc sint necesse est: id quod movet, & quo movet, & quod movetur. ex his, quod movetur, tantum movetur, non etiam movet: cum illud quo sit motus & moveatur & moveat; illud vero, quod movet, non etiam moveatur: ut ex tribus sit commune quod medium, duo vero sibi contraria intelligentur. nam sicut est quod movetur & non movet; ita est, inquit, quod movet & non movetur: propter quod diximus quia cum omne quod moveatur ab alio moveatur, si hoc quod movet & jam ipsum movetur: queremus semper motus hujus, nec umquam inveniemus exordium. deinde si quid se mouere dicatur: necesse est, inquit, ut aut totum à toto, aut partem à parte, aut partem à toto, aut totum à parte existimemus moveri: & tamen motus ille, seu à toto seu à parte procedat, alterum sui postulabit auctorem. Ex omnibus his in unum Aristotelica ratione colligitur hoc modo. Omne quod movetur ab alio moveritur. quod igitur primum movet, aut stat, aut ab alio & ipsum movetur: sed si ab alio, jam non potest hoc primum vocari, & semper quod primum moveat requiremus. refat ut stare dicatur.

dicatur. stat igitur quod primum movet. Contra Plaronem ergo, qui dicit animam motus esse principium, in hunc modum opponitur syllogismus: Anima principium motus est. principium autem motus non movetur. igitur Anima non movetur. & hoc est quod primo loco violenter objectit: nec eousque persuadere contentus animam non moveri: aliis quoque rationibus non minus violentis perurget. Nullum, inquit, initium idem potest esse ei cuius est initium. nam apud geometras principium lineæ punctum dicitur esse non linea: apud arithmeticos principium numeri non est numerus. item causa nascendi ipsa non nascitur. & ipsa ergo motus causa vel initium non movetur. ergo anima quæ initium motus est non movetur. additur hoc quoque. Numquam, inquit, fieri potest, ut circa unam eandemque rem uno eodemque tempore contrarietas ad unum idemque pertinentes eveniant. sciimus autem quia mouere facere est & moveri pati est. ei igitur quod se moveret, simul evenient duo sibi contraria & facere & pati: quod impossibile est. anima igitur non potest se mouere. item dicit: Si animæ essentia motus esset; numquam quiesceret à motu. nihil est enim quod recipiat essentiæ suæ contrarietatem. nam ignis numquam frigidus erit; nec nix umquam sponte sua calescat. anima autem nonnumquam à motu cessat (non enim semper corpus vivimus agitari) non igitur animæ essentia motus est, cuius contrarietatem receptat. ait etiam; Anima, si aliis causa motus est, tibi causa motus esse non poterit. nihil enim est, inquit, quod ejusdem rei sibi causa sit cuius est alii: ut medicus, ut exercitor corporum, sanitatem vel valentiam, quam ille ægris, hic luctatoribus præstat, non utique ex hoc etiam sibi præstant. item dicit: Omnis motus ad exercitium sui instrumento egerit, ut singularium artium usus docet. ergo videtur ne & animæ ad se inveniendum instrumento opus sit. quod si impossibile judicatur: & illud impossibile erit, ut anima ipsa se moveat. item dicit: Si moveatur anima sine dubio cum reliquis motibus & de loco & in locum moveatur. quod si est: modo corpus ingreditur, modo rursus egreditur; & hoc frequenter exercet. sed hoc videtur fieri non posse. non igitur movetur. his quoque addit: Si anima se movet; necesse est ut aliquo motus genere se moveat. ergo aut in loco se moyet, aut se ipsum pariendo se moveret, aut se ipsum consumendo, aut se augendo, aut se minuendo. hæc sunt enim, ait, motus genera. horum singula, inquit, quemadmodum possint fieri requiramus. Si in loco se moyet: aut in rectam lineam se movet, aut sphærico motu in orbem rotatur. sed recta linea infinita nulla est. nam, quæcumque in natura intelligatur linea, quocumque fine sine dubio terminatur. si ergo per lineam terminatam anima se movet; non semper moveatur. nam, cum ad finem venitur & inde rursus in exordium reditur, necesse est interstitium motus fieri in ipsa permutatione redeundi. sed nec in orbem rotari potest: quia omnis sphæra circa aliquid immobile, quod centrum vocamus, movetur. si ergo

&amp;

& anima sic moveatur: aut intra se haber quod immobile est; & ita sit ut non tota moveatur: aut, si non intra se habet; sequitur aliud non minus absurdum, ut centrum foris sit, quod esse non poterit. constat ergo ex his, ait, quod in loco se non moveat. sed si ipsa se parit; sequitur ut ~~condem~~ & esse & non esse dicamus. si vero se ipsa consumit; non erit immortalis. quod si se aut auget aut minuit; eadem simul & major se & minor reperiatur. & ex his talem colligit syllogismum: Si anima se moveat: aliquo motus genere se moveat. nullum autem motus genus quo se moveat invenitur. non se igitur movere.

## C A P. X V.

*Quibus argumentis Platonici magistrum suum adversus Aristotelem tueantur, ostendentes utique esse aliquid quod à seipso moveatur; idque necessario esse animam; quibus probatis enervata est prima objectio Aristotelis.*

Contra has tam subtilem & argutas & verisimiles argumentationes, accingendum est secundum sectatores Platonis, qui inceptum quo Aristoteles tam veram tamque validam definitionem magistri sauciare tentaverat subruerunt. neque vero tam immemor mei aut ita male animatus sum, ut ex ingenio meo vel Aristoteli resistam vel assim Platonis. sed ut quisque magnorum virorum, qui se Platonicos dici gloriabantur, aut singula aut bina defensa ad ostentationem suorum operum reliquerunt, collecta hæc in unum continuæ defensionis corpus coacervavi; adjecto si quid post illos aut sentire fas erat, aut audere in intellectum licebat. Et quia duo sunt quæ asserere conatus est: unum quod dicit nihil esse quod ex se moveatur; alterum quo animam hoc esse non posse confirmat: utrique refutendum est; ut & constet posse aliquid ex se moveri, & animam hoc esse clarescat. In primis igitur illius divisionis oportet nos caveare præstigias; in qua enumerans aliqua quæ ex se moventur, & ostendens illa quoque ab alio moveri, id est, à causa interius latente, videntur sibi probasse omnia quæ moventur, etiamsi ex se moveri dicantur, ab alio tamen moveri. hujus enim rei pars vera est. sed est falsa conclusio. nam esse aliqua quæ, cum ex se moveri videantur, ab alio tamen constet moveri nec nos diffitemur. non tamen omnia quæ ex se moveantur hoc sustinent, ut ab alio ea moveri necesse sit. Plato enim cum dicit animam ex se moveri, id est, cum *αὐτούντος* vocat, non vult eam inter illa numerari, quæ ex se quidem videntur moveri, sed à causa quæ intra se latet moveantur; ut moveantur animalia auctore quidem alio, sed occulto (nam ab anima moveantur) aut ut moveantur arbores (quarum etsi non videtur agitator, à natura tamen eas interius latente constat agitari) sed Plato ita dicit ani-

mam ex se moveri, ut non aliam causam vel extrinsecus accidentem vel interius latenter hujus motus dicat auctorem. Hoc quemadmodum accipiendum sit instruemus. Ignem calidum vocamus, sed & ferrum calidum dicimus, & nivem frigidam & saxum frigidum nuncupamus: mel dulce sed & mulsum dulce vocitamus. horum tamen singula de diversis diverse significant. aliter enim de igne alter de ferro calidi nomen accipimus: quia ignis per se calet, non ab alio fit calidus; contra ferrum non nisi ex alio calefacit. ut nix frigida, ut mel dulce sit, non aliunde contingit, sed per naturam: saxo tamen frigus vel mulso dulcedo à nive vel melle proveniunt. sic & stare & moveri tam de his dicitur quæ ab se vel stant vel moventur, quam de illis quæ vel sistuntur vel agitantur ex alio. sed quibus moveri ab alio vel stare contingit; hæc & stare desistunt & moveri; quibus autem idem est & esse, & moveri; nunquam à motu cessant. quia sine essentia sua esse non possunt. sicut ferrum amittit calorem: ignis vero calere non desinit. ab se ergo movetur anima, licet & animalia vel arbores per se videantur moveri. sed illis, quamvis interius latens, alia tamen causa est, id est, anima vel natura, quæ motum ministrat: ideo & amittunt hoc quod aliunde sumplerunt. anima vero ita per se movetur ut ignis per se calet, nulla adventitia causa vel illum calefaciente vel hanc movente. nam, cum ignem calidum dicimus, non duo diversa concipimus, unum quod calefacit, alterum quod calefit; sed totum calidum secundum naturam suam vocamus. cum nive frigidam cum mel dulce appellamus, non aliud quod hanc qualitatem præstat, aliud cui præstatur accipimus. ita & cum animam per se moveri dicimus, non gemina consideratio sequitur moventis & moti; sed in ipso motu essentiam ejus agnoscimus. quia, quod est in igne nomen calidi, in nive vocabulum frigidi appellatio dulcis in melle; hoc necesse est de anima<sup>3</sup> αὐτοκίνητον nomen intelligi: quod Latina conversio significat per se moveri. Nec te confundat quod moveri passivum verbum est: nec, sicut fecari cum dicitur duo pariter considerantur, quod fecat & quod fecatur; item cum t. neri dicitur duo intelliguntur, quod tenet & quod tenetur: ita hic moveri duarum rerum significationem putas, quæ movet & quæ moveatur. nam fecari quidem & teneri patio est; ideo considerationem & facientis & patientis amplectitur; moveri autem cum de his quidem dicitur quæ ab alio moventur utramque considerationem similiter repræsentat; de eo autem quod ita per se movetur ut sit αὐτοκίνητος cum moveri dicitur, quia ex se non ex alio movetur, nulla potest suspicio passionis intelligi. nam & stare licet passivum verbum non esse videatur, cum de eo tamen dicitur quod stat alio sitente; ut, stant terris de-

<sup>1</sup> Diversis diversè significant | MSs. diversis diversa. Sequentia sed per naturam, nec necessaria sunt, nec ab ullo Ms. probantur. Gronov.

<sup>2</sup> Causa est, id est, &c. | B. eviu; & non

Paulo concinnius MSs. causa, id est, anima vel natura, motum ministrat. Gronov.

<sup>3</sup> Autokinetus | Lege autokinetus, ut præcedit nomen calidi, vocabulum frigidi. Et MSs. quoque id exigunt. Gronov.

*fixe basse*: significat passionem. sic & moveri, licet passivum sonet; quando tamen nihil inest faciens, patiens inesse non poterit. &, ut absolutius liqueat non verborum sed rerum intellectu passionem significari; ecce ignis cum fertur ad superna nihil patitur; cum deorsum fertur sine dubio patitur. quia hoc nisi alio impellente, non sustinet: & cum unum idemque verbum proferatur; passionem tamen modo inesse modo abesse dicemus. ergo & moveri idem in significazione est quod calere; & cum ferrum calere dicimus vel stylum moveri (quia utrique hoc aliunde provenit) passionem esse fatemur. cum vero aut ignis calere aut moveri anima dicetur (quia illius in calore & in motu hujus essentia est) nullus hic locus relinquitur passioni: sed ille sic calere sicut moveri ita dicetur. Hoc loco Aristoteles argutam de verbis calumniam sarcens, Platonem quoque ipsum duo, id est, quod movet & quod movetur, significasse contendit dicens: Solum igitur quod seipsum mover, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem definit; & aperte illum duo expressisse proclamat his verbis; quod movet & movetur. sed videtur mihi vir tantus nihil ignorare potuisse: sed in exercitio argutiarum talium <sup>4</sup> cohibentem sibi operam sponte lusisse. Cæterum qui non advertat, cum quid dicitur seipsum movere, non duo intelligenda? sicut & cum dicitur οὐτὸν παρέμενος id est, se puniens; non alter qui punit alter est qui punitur; & cum se perdere, se involvere, se liberare quis dicitur; non necesse est unum facientem alterum subesse patientem. sed hoc solum intellectu hujus elocutionis exprimitur, ut qui se punit aut qui se liberat, non ab alio hoc accepisse, sed ipse sibi aut intulisse aut prætitisse dicatur, sic & de αὐτοκίνητῳ, cum dicitur, seipsum movet; ad hoc dicitur ut aestimacionem alterius moventis excludat; quam volens Plato de cogitatione legentis eximere, his quæ præmisit expressit. Nam quod semper, ait, movetur, æternum est: quod autem motum afferit alicui, quodque ipsum movetur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Quid his verbis invenietur expressius clara significatione testantibus, non aliunde moveri quod seipsum movet, cum animam ob hoc dicat æternam quia seipsum movet & non movetur aliunde? ergo se movere hoc solum significat, non ab alio moveri. Nec putates quod idem moveat idemque moveatur; sed moveri sine alio mo-

<sup>4</sup> Cœbilem sibi] Quia nondum concilio quo, quæ de verbo isto a viris summis nontantur, sequor membranarum scripturam, quæ dicit *convenientem*. Est quidem ibi *conveniente sibi opera*, & potest utcunque defendi. At tamen vox *operam* vel bo*lusisse* non videtur posse deberi. Plautus Casina: si nunc me suspendam, meam operam luserim. Pseudolo: In pertusum ingeminus dicta dolum, operam ludimus. Sic ergo Macrobius: in exercitu minutiarum talium *convenientem sibi*, *operam* sponte *lusisse*.

Hoc est indulgentem & ignoscentem sibi met ipsum. Ut faciunt maxima quæque ingenia. M. Seneca controv. 10. de Ovidio: *Verbis minime licenter usus est, nisi in carminibus, in quibus nos ignoravit unita sua, sed amavit &c.* Ex quo apparet summi ingenii viro iudicium non desuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animatum. Ajebat interim decentrem faciem esse, in qua aliquis natus esset. Macrobius cap. sequenti: *quoniam si ontanea convenientia concessimus, Gronov.*

mente se movere est. aperte ergo constitit quia non omne quod moveatur ab alio moverur. ergo *αὐτούντων* potest non ab alio moveri. sed ne à se quidem sic moveatur, ut in ipso aliud sit quod moveret, aliud quod moveatur; <sup>5</sup> nec ex toto, nec pro parte, ut ille proponit: sed ob hoc solum seipsum movere dicitur, ne ab alio moveri *αποτίθεται*. Sed & illa de motibus Aristotelica divisio, quam supra retulimus, surripiunt magis apta est quam probanti, in qua ait; sicut est quod moveatur & non moveret, ita est quod moveret & non moveatur. constat enim quod omne quicquid moveatur moveret alia: sicut dicitur aut gubernaculum navem, aut navis circumfusum sibi aerem vel undas movere. quid autem est quod non possit aliud dum ipsum moveatur impellere? ergo, si verum non est ea quae moventur alia non movere, non constat illud ut aliquid quod moveat nec tamen moveatur invenias. Illa igitur magis probanda est in decimo de legibus à Platone motuum prolatâ divisio. Omnis motus, inquit, aut se moveret & alia, aut ab alio moveretur & alia moveret. & prior ad animam, ad omnia vero corpora secundus refertur. hi ergo duo motus & differentia separantur & societate junguntur: commune hoc habent, quod & prior & secundus movent alia: hoc autem differunt quod ille à se, hic ab alio moveatur. Ex his omnibus, quae eruta de Platoniorum sensu*nisi* fecunditate collegimus, constitit non esse verum, omnia quae moventur ab alio moveri. ergo nec principium motus ad deprecandam alterius moventis necessitatem stare dicetur; quia potest se ipse, ut diximus, movere alio non movente. enervatus est igitur syllogismus, quem præmissa varia & multiplici divisione collegerat. hoc est; Anima principium motus est. principium autem motus non moveatur. igitur anima non moveatur. Restat ut, quia constitit posse aliquid per se moveri alio non movente, animam hoc nō doceatur. quod facile docebitur, si de manifestis & indubitabilibus argumenta sumamus. Homini motum aut anima præstat aut corpus aut de utroque permixtio. & quia tria sunt, de quibus inquitio ista procedit, cum neque à corpore neque à permixtione præstari hoc posse constiterit, restat ut ab anima moveri hominem nullā dubitatio sit. Nunc de singulis ac primum de corpore loquamur. Nullum inanimum corpus suo inotu moveri manifestius est quam ut asserendum sit. nihil est autem quod dum immobile sit aliud possit movere. igitur corpus hominem non moveret. videndum ne forte animæ & corporis ipsa permixtio hunc sibi motum ministraret. sed quia constat motum corpori non inesse, si nec animæ inest (ex duabus rebus motu parentibus nullus motus efficitur; sicut nec ex duabus dulcibus amaritudo, nec ex duabus amaris dulcedo proveniet, nec ex gemino frigore calor, aut frigus ex gemino calore nasceretur. omnis enim geminata qualitas crescit: numquam ex duplica-

<sup>5</sup> Nec ex toto nec pro parte | Libri omnes ex parte. Gronov.

tis similibus contrarietas emergit) ergo nec ex duabus immobilibus moius erit. hominem igitur permixtio non movebit. hinc inexpugnabilis syllogismus ex confeslarum rerum indubitabili luce colligitur: Animal movetur. motum autem animali aut anima praestat aut corpus aut ex utroque permixtio. sed neque corpus neque permixtio motum praestat. igitur anima motum praestat. Ex his appareat animam initium motus esse. initium autem motus tractatus superior docuit per se moveri. animam ergo *a'ut'oxirntv* esse, id est, per se moveri nulla dubitatio est.

## C A P. XVI.

*Quem in modum reliqua Aristotelis objectiones Platoniscis refellantur.*

**H**IC ille rursus obloquitur, & <sup>1</sup> alia de initiiis disputatione confligit. eadem enim hic solvendo repetimus, quæ supra in ordinem objecta digessimus. Non possunt, inquit, eadem initiiis suis esse quæ inde nascuntur; & ideo animam, quæ initium motus est, non moveri. ne idem sit initium & quod de initio nascitur, id est, ne motus ex motu processisse videatur. Ad hæc facilis & absoluta responsio est. quia ut principia & hæc quæ de principiis prodeunt in aliquo nonnunquam inter se differre fateamur; numquam tamen ita possunt sibi esse contraria, ut adversa sibi sunt *stare* & *moveri*. nam si albi initium nigrum vocaretur, & siccum esset humoris exordium; bonum de malo, ex amaro initio dulce procederet. sed non ita est. quia usque ad contrarietatem initia & consequentia dissidere natura non patitur, invenitur tamen inter ipsa nonnunquam talis differentia, qualis inter se origini progressionique conveniat: ut est hic quoque inter motum quo movetur anima & quo movet cætera. non enim animam Plato simpliciter motum dixit, sed motum se moventem. inter motum ergo se moventem & motum quo movet cætera quid intersit in aperio est. siquidem ille sine auctoritate est, hic aliis motus auctor est. constat ergo neque adeo posse initia ac de initiiis procreata differre, ut contraria sibi sint, nec tamen hic moderatam differentiam defuisse. non igitur stabit principium motus, <sup>2</sup> quod ille artificii conclusione collegit. His tertia, ut minimus, successit objectio; uni rei contraria simul accidere non posse, & quia contraria sibi sunt *moveare* & *moveri*, non posse animam se movere; ne eadem & moveatur & moveat. sed hoc superius as-

<sup>1</sup> *Alia de initiiis disputatione* | Membrana media: in aliis de initiiis stipationem. Sed optima: in aliis de initiiis disputationem. Gronov.

<sup>2</sup> *Quod ille artificii conclusione* | Lege cum MSe. artifici I. 6. Artifex fabricatorus prvidentia. Ibid: *Hoc primum artifex n. 1174*

molitur. Oridius 15. Met. Artifices naturæ manus admovit. Sic 1. Saturn. 24. Quanta de Gracis tanquam aliud agens modo professa imitatione transfluerit. Male illuc quoque artificii. 11 Sat. 9. artifex nodus. Aliquid etiam. notavit Salaninus ad Solinum. Grac.

serta dissolvunt. siquidem constitit in animæ motu duo non intelligenda, quod moveat & quod moveatur. quia nihil aliud est ab se moveri, quam moveri alio non movente. nulla est ergo contrarietas ubi quod sit, unum est: quia sit non ab alio circa alium; quippe cum ipse motus animæ sit essentia. Ex hoc ei, ut supra retulimus, nata est occasio quarti certaminis. Si animæ essentia motus est, inquit; cur interdum quiescit, cum nulla alia res contrarietatem propriæ admittat essentiaz? <sup>3</sup> ignis, cuius essentiaz calor ineft, calere non definit. & quia frigidum nivis in essentia ejus est, non nisi semper est frigida. & anima igitur eadem ratione numquam à motu cefare deberet sed dicat velim, quando cessare animam suspicatur. Si movendo, inquit, se moveat & corpus: necesse est utique, quando non moveri corpus videamus, animam quoque intelligamus non moveri. Contra hoc in promptu est gemina defensio. primum quia non in hoc deprehenditur motus animæ, si corpus agitur. nam &, cum nulla pars corporis moveri videtur in homine, tamen ipsa cogitatio, aut in quocumque animali auditus, visus, odoratus, & similia; sed & in quiete ipsa spirare, somniare, omnia hæc motus animæ sunt. deinde quis ipsum corpus dicat immobile etiam dum non videtur agitari; cum incrementa membrorum, aut, <sup>4</sup> si jam crescendi ætas & tempus excessit, cum saltus cordis cessationis impatiens, cum cibi ordinata digerier naturali dispensatione inter venas & viscera succum ministrans, cum ipsa collectio fluentorum perpetuum corporis testentur agitatum? & anima igitur æterno & suo motu, sed & corpus quandiu ab initio & causa motus animatur semper movetur. Hinc eidem fomes quintæ ortus est quæstionis. Si anima, inquit, aliis causa est motus; ipsa sibi causa motus esse non poterit. quia nihil est quod ejusdem rei & sibi & aliis causa sit. Ego vero, licet facile possum probare plurima esse que ejusdem rei & sibi & aliis causa sint, ne tamen studio videar omnibus que afferit obviare, hoc verum esse concedam: quod & pro vero habitum ad afferendum motum animæ non nocebit. Etenim animam initium motus & causam vocamus. de causa post videbimus. interim constat omne initium inesse rei, cuius est initium: & ideo, quicquid in quamcumque rem ab initio suo proficiscitur, hoc in ipso initio reperitur. sic initium caloris non potest non calere. igneum ipsum, de quo calor in alia transit, quis neget calidum? Sed ignis, inquit, non se ipse calefacit: quia natura totus est calidus. Teneo quod volebam, nam nec anima ita se moveret, ut sit inter motum moventemque discretio;

<sup>3</sup> Ignis, cuius essentia calor & ineft | Malim ego: enjus essentia calor est. quo modo differere Lugdunensis editionis ora. Supra dixit: Cum ipse motus, anima sit essentia. Pont.

<sup>4</sup> Si jam crescendi ætas & tempus excessit | Camerarii liber, cœssit, Pont. Sicubi repetiuntur in libris veteribus concessit, quod ta-

men nibi non contigit, sine ulla mera elminato τῷ excessit reponendum conferem: quippe & melius conveniens & suavius. Ovidius VI. Met. 719. Ergo ubi concessit tempus puerile juventa. Virgilius VIII. Æn. 40. Tamen omnis ὁ ira concejere Deum. Gron.

sed ita tota suo motu movetur, ut nihil possis separare quod moveatur. Hæc de initio dicta sufficient. De causa vero, quoniam spontanea conniventia concessimus ne quid ejusdem rei & sibi & aliis causa sit, libenter acquiescimus, ne anima, quæ aliis causa motus est, etiam sibi causa motus esse videatur. his enim causa motus est quæ non moverentur, nisi ipsa praestaret. illa vero, ut moveatur non sibi ipsa largitur, sed essentia sua est quod movetur. ex hoc quæstio<sup>s</sup> quæ sequitur absoluta est. Tunc enim forte concedam ut ad motus exercitium instrumenta querantur, quando aliud est quod movet, aliud quod movetur, in anima vero hoc nec scurrilis jocus sine damno verrecundiæ audebit expetere, cuius motus est in esentia: cum ignis, licet ex causa intra se latente moveatur, nullis tamen instrumentis ad superna descendat. multoque minus hæc in anima querenda sunt, cuius motus essentia sua est. in his etiam quæ sequuntur, vir tantus & alias ultra cæteros serius, similis cavillanti est. Si movetur, inquit, anima, inter cæteros motus etiam de loco in locum moveatur. ergo modo, ait, corpus egreditur, modo rursus ingreditur; & in hoc exercitio sœpe versatur; quod fieri non videmus. non igitur movetur. Contra hoc nullus est qui non sine hæfitatione respondeat, non omnia quæ moventur etiam de loco in locum moveri. aptius denique in eum similis interrogatio retorquenda est. Moveri arbores dicis; quod cum, ut opinor, annuerit; pari dicacitate ferietur. Si moventur arbores; sine dubio ut tu dicere soles, inter alios motus etiam de loco in locum moventur. hoc autem videmus per se eas facere non posse. igitur arbores non moventur. Sed ut hunc syllogismum additamento serium facere possimus; postquam dicerimus, ergo arbores non moventur, adjiciemus; sed moventur arbores. non igitur omnia quæ moventur etiam de loco in locum moventur. & ita finis in exitum sanæ conclusionis evadit. Si ergo arbores fatebimur moveri quidem, sed apto sibi motu: cur hoc animæ negemus ut motu essentia sua convenienter moveatur. hæc & alia valde dicerentur, etiamsi hoc motus genere moveri anima non posset. cum vero & corpus animet accessu, & à corpore certa constituti temporis lege discedat: quis eam neget etiam in locum, ut ita dicam, moveri? quod autem non sœpe sub uno tempore accessum variat & recelsum; facit hoc dispositio arcana & consulta naturæ: quæ ad animalis vitam certis vinculis continendam, tantum animæ injectit corporis amorem, ut amet ultro quo vincita est; raroque contingat ne finita

<sup>5</sup> Quæ sequitur, &c. | Fr. Modius jam soluta: cui quia accedunt membranae nostræ, libenter effentre possunt, quamvis vulgatum defendatur 1. 20. Obscuritatem divisionis hujus liquidius absolvens. 11. 8. Quid posse amplius pro absolvenda hac quæstione confiteri. Et 1. Saturn. 6. Qui ambiguitatem fortis absolverat. Gronov.

<sup>6</sup> Ut amet ultro quo juncta est | Omnino

legerint, quo vincita est. Amat, inquit, corpus anima; & eo licet carcere veluti quodam tenatur, arcane nihilominus Naturæ confulto, amat tamen. In Lugdunensi erat, cui devincta est. Quid suffragatur. Et ipse Macrob. lib. 1. cap. xi. Nam ut constet animal, necesse est ut in corpore anima vinciat. Et nunc, quia ita quoque habent membranae Medianæ, in textum recipimus. Postan.

quoque

quoque lege temporis sui mōrens & invita discedat. Hac quoque objectione, ut arbitror, dissoluta, ad eas interrogations quibus nos videtur urgere veniamus. Si mover, inquit se anima; aliquo motu genere se mover. dicendumne est igitur animam se in locum movere? ergo ille locus aut orbis aut linea est; an se pariendo seu consumendo moveret? Sene auget aut minuit? aut perferatur, ait, in medium aliud motus genus, quo eam dicamus moveri. sed omnis hæc interrogationum molesta congeries ex una eademq; defluit male conceptæ definitionis astutia. nam quia semel sibi proposuit omne quod movetur ab alio moveri: omnia hæc motuum genera in anima quærunt: in quibus aliud quod moveret aliud est quod moveretur, cum nihil horum in animam cadere possit, in qua nulla discretio est moventis & moti. Quis est igitur, dicet aliquis, aut unde intelligitur animæ motus, si horum nullus est? Sciet hoc quisquis nosse desiderat vel Platone dicente vel Tullio. quinetiam cæteris, quæ moventur hic fons hoc principium est movendi. <sup>7</sup> Quanta sit autem vocabuli hujus expressio, quo anima fons motus vocatur, facile reperies, si rei invisibilis motum sine auctore atque ideo sine initio ac sine fine prodeuentem & cætera moventem mente concipias: cui nihil similius de visibilibus quam fons potuerit reperiri; qui ita principium est aquæ, ut cum de se fluvios & lacus procreet, à nullo nasci ipse dicatur. nam, si ab alio nasceretur, non esset ipse principium: & sicut fons non semper facile deprehenditur; ab ipso tamen qui funduntur aut Nilus est, aut Eridanus, aut Ister, aut Tanais; &, ut <sup>8</sup> illorum rapacitatem videndo admirans, & intra te tantarum aquarium originem requirens, cogitatione curras ad fontem, & hunc omnem motum intelligis de primo scaturiginis manare principio: ita cum corporum motum, seu divina seu terrena sint, considerando quærere forte auctorem velis, mens tua ad animam quasi ad fontem recurrat, cuius motum etiam sine corporis ministerio testantur cogitationes, gaudia, spes timores, nam motus ejus est boni malique discretio, virtutum amor, cupido vitiorum; ex quibus effluunt omnes inde nascentium rerum meatus. motus enim ejus est quicquid irascimur, & in fervorem mutuæ collisionis armamur: unde paulatim procedens rabies fluctuat præliorum. motus ejus est; quod in desideria rapimur, quod cupiditatibus alligamur. sed hi motus si ratione gubernentur proveniunt salutares: si

<sup>7</sup> Quanta sit autem vocabuli b. e. | Sic legitur in omnibus, quas vidi, editionibus. At in membrana utraque jam pro autem. Quod notandum, quia placuit ea vocula veteribus in connectendo. Justinus VI. 8. post multas Epaminondæ recensitas virtutes addit: Jam literarum studium, jam philosophia doctrina tanta. XLI. 5. Jam fontium ac silvrum ea copia est, sum promotoriorum altitudo V. 4. Jam nullius loci prælia facit. Ut ibi

habetur in Ms. Bongarsianis & Lugdunensi. Gronov.

<sup>8</sup> Illorum rapacitatem videndo | Ms. rapidatam; irtumque bonum, & quod innumeris apud Poetas exemplis adstrui facile est. Sed ultimum, quia id agnoscunt libri antiqui, præferendum censeo. Quintilianus VI. Institut 2. Actu fertur & velas rapido fluminis obsequitur. Gronov.

destinuantur ; in præceps & rapiuntur & rapiunt. Didicisti motus animæ, quos modo sine ministerio corporis, modo per corpus exercet. si vero ipsius mundanæ animæ motus requires ; cælestem voluntatem & sphærarum subjacentium rapidos impetus intueri, ortum occasumve solis, cursus siderum vel recursus ; quæ omnia anima moveante proveniunt. immobilem vero eam dicere, quæ movet omnia, Aristoteli non convenit (qui quantus in aliis sit probatum est,) sed illi tanquam, quem vis naturæ quem ratio manifesta non moveat.

## C A P. XVII.

*Scipionem ab avo suo Africano tam ad otiosas quam ad negotiosas virtutes incitatum fuisse : tum de tribus philosophie partibus, quarum nullam Cicero intactam preterierit.*

**E**Docto igitur atque asserto animæ motu, Africanus qualiter exercitio ejus utendum sit in hæc verba mandat & præcipit. *Hanc tu exerce optimū in rebus. sunt autem optime curæ de salute patriæ : quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam pervolabit, idque ocius faciet, sijam tum cum erit inclusus in corpore eminebit foras, & ea que extra erunt contemplans, quam maxime se à corpore abstrahet. namque eorum animi, qui se voluptatibus corporis dediderunt, earumque se quasi ministros præbuerunt, impulsuque libidinum voluptatibus obedientium deorum & hominum jura violaverunt, corporibus elapsi, circum terram ipsam voluntantur ; nec bunc in locum nisi multis agitati sœculis revertuntur.* In superiore hujus operis parte diximus alias otiosas, alias negotiosas esse virtutes ; & illas philosophis, has rerum publicarum rectoribus convenire ; utrasque tamen exercentem facere beatum. hæ virtutes interdum dividuntur ; non nunquam vero miscentur, cum utrarumque capax & natura & institutione animus invenitur. nam si quis ab omni quidem doctrina habetur alienus, in republica tamen & prudens & temperatus & fortis & justus fit ; hic à feriatis remotus eminent tamen actualium vigore virtutum ; quibus nihilominus cœlum cedit in præmium. si quis vero insita quiete naturæ non sit aptus ad agendum ; sed solum optima conscientia dote erectus ad supra doctrinæ supellectilem ad exercitium divinæ disputationis expendat, sectator cœlestium devius caducorum ; is quoque ad cœli verticem otiosis virnitibus subvehitur. Sæpe tamen evenit ut idem peccus & agendi & disputandi perfectio ne sublime sit ; & cœlum utroque adipiscatur exercitio virtutum. Romulus nobis in primo genere ponatur : cuius vita virtutes numquam deseruit ; semper exercuit. in secundo Pythagoras, qui agendi nescius, fuit artifex differendi ; & solas doctrinæ & conscientia vir-

1. Erectus ad supra | Ad superas membranae. Punitan.

tutes

tutes securus est. sint in tertio ac mixto genere apud Græcos Lycarus & Solon; inter Romanos Numa, Catones ambo, <sup>3</sup> multique alii qui & philosophiam haulerunt altius, & firmamentum reipublicæ præstiterunt. <sup>3</sup> soli enim sapientiae otio deditos, & abunde Græcia tulit, ita Roma non nescivit. Quoniam igitur Africanus noster quem modo avus præceptor instituit, ex illo genere est; quod & de doctrina vivendi regulam mutuatur & statum publicum virtutibus fulcit: ideo ei perfectionis geminæ præcepta mandantur: sed ut in castris locato, & sudanti sub armis, primum virtutes politicæ suggeruntur his verbis: *Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc sedem & domum suum provolabit.* deinde quasi non minus docto quam forti viro philosophis apta subduntur, cum dicitur: *idq; ocius faciet, si jam tunc cum eris inclusus in corpore eminebit foras, & ea quæ extra erunt contemplans quam maxime se à corpore abstrahet.* Hæc enim illius sunt præcepta doctrinæ, quæ illam dicit mortem philosophantibus appetendam. ex qua fit ut adhuc in corpore positi corpus ut alienam sarcinam, in quantum patitur natura, despiciant. & facile nunc atq; opportune virtutes suadet; postquam quanta & quam divina præmia virtutibus debeantur edixit. Sed quia inter leges quoque illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus poena sancitur; ideo in conclusione operis <sup>4</sup> pœnam sancit extra hæc præcepta viventibus, quem locum Er ille Platonicus copiosius executus eit sœcula infinita dinumerans, quibus non centum animæ in eisdem poenas sæpe revolutæ sero de tartaris emergerem permittuntur, & ad naturæ suæ principia, quod est coelum, tandem impetrata purgatione remeare. necesse est enim omnem animam ad originis suæ sedem reverti. sed quæ corpus tamquam peregrinæ incolumt cito post corpus velut ad patriam revertuntur. quæ vero corporum illecebris ut suis sedibus inhærent; quanto ab illis violentius separantur, tanto ad supera serius revertuntur. Sed jam finem somnio cohibita disputatione faciamus, hoc adjecto quod conclusionem decebit. Quia cum sint totius philosophiæ tres partes, moralis, naturalis, & rationalis: & sit moralis quæ docet morum climatam perfectionem; naturalis, quæ de divinis corporibus dispu-

<sup>2</sup> Multique alii qui & philosophiam hauserunt altius, & firmamentum reipublicæ præstiterunt | Talis ille apud Tacitum Priscus: Helvidius Priscus, inquit, ingenium illustre altioribus studiis juvenis admodum dedit: non ut plerique, ut nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior adversus fortuita Kempub. capessere. Doibiles sapientia fecit et qui sola bona quæ honesta, mala tantum quæ turpia; potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animalm, neque bonis neque malis annumerant. Et Auctori nolti verba quo attenuius noto; hunc ille virum, hoc verba recipierit. Pons.

<sup>3</sup> Soli enim sapientia otio deditos ut abunde Græcia tulit, ita Roma non nescivit. | Membranæ Modii: sapienti otio; item, Roma nescivit, omisæ vocalæ non. Sed nos receptam lectionem non mutavimus: & placet ea ob præcedentia, ubi inter Romanos memorantur Numa, Catones ambo, multique alii qui & philosophiam hauserunt altius, & firmamentum reipublicæ præstiterunt. Pons.

<sup>4</sup> Pœnam sancit extra hæc præcepta viventibus | Petronius: Dii deaque quam male est extra legem inventibus. Idem.

tat; rationalis, cum de incorporalibus sermo est, quæ mens sola complectitur: nullam de tribus Tullius in hoc somnio prætermisit. nam illa ad virtutes amoremque patriæ, & ad contemptum gloriæ adhortatio, quid aliud continet nisi ethicæ philosophiæ instituta moralia? cum vero vel de sphærarum modo, vel de novitate five magnitudine siderum, deque principatu solis & circis coelestibus cingulisque terrestribus & oceani situ loquitur, & harmoniæ superum pandit arcanum: & physicæ decreta commemorat. at cum de motu & immortalitate animæ disputat; cui nihil conflat inesse corporeum, cujusque essentiam nullius sensus sed sola ratio deprehendit: illic<sup>6</sup> ad altitudinem philosophiæ adscendit. Vere igitur pronunciandum est nihil hoc opere perfectius, quo universa philosophiæ continetur integritas.

<sup>5</sup> *Physica decreta commemorat | Lactantius V. 17. Voluit ostendere latere in abdito veritatem, ut decretum disciplina sua tueretur, de Carneade. Arnobius lib. 11. Cunctis tamen argumentis non defens, quibus & sua decreta confirmat, & aliorum subvertant & laefaciant scita. Libri tamen omnes serosa. Gronov.*

<sup>6</sup> *Ad altitudinem philosophia ascendit | Imperfetta oratio: nam & ethica præcepta & physica decreta ipso Macrobo auctore philosophiæ partes sunt. Supple ex Mss. & antiquis editionibus philosophia rationalis ascendit. Quem tertium philophandi modum dixit, isque hic desideratur. Gronov.*

K

A U R E.

AURELII MACROBII  
 AMBROSII THEODOSII  
 V. C. & Inlustris  
*Conviviorum Primi Diei  
 SATURNALIORUM.*

---

<sup>2</sup> LIBER PRIMUS.

---

**M**ultas variasque res in hac vita nobis, Eustathi fili, natura conciliavit: sed nulla nos magis quam eorum qui è nobis essent procreati caritate devinxit: eamque nostram in his educandis atque erudiendis curam esse voluit; ut parentes neque, si id quod cuperent ex sententia cederet, tantum ulla alia ex re voluptatis, neque, si contra eveniret, tantum inceroris capere possint. hinc est quod mihi quoque institutione tua nihil antiquius aestimatur, ad cuius perfectionem compendia longis amfractibus anteponenda ducens, moræque omnis impatiens, non opperior ut per hæc sola promoveas quibus ediscendis naviter ipse in-

<sup>1</sup> V. C. & Inlustri | Magnifica scriptoris  
 hujs, & munieris quoque ejus mentio in co-  
 dice Theodosiano, lib. 6. Titule 8. de præ-  
 positis faci cubiculi. Verba sunt; Sed ut  
 nos ad hanc promulgationem Macrobi viri in-  
 lustris merita provocarunt, ita observationem  
 quoque legis ab ejus volumus sumere prævèctio-  
 nis auspiciis, ut qui ante ipsum suerunt sub  
 hac conditione, præstato honore latenter, ut  
 non sua promotionis tempora ad legis usurpatio-  
 nem revolvant, nec preferri posseulent iis qui  
 praetorianam vel urbanam prefectoriam vel mi-  
 litare magisterium post eorum prævèctionem for-  
 zissunt, sed perinde habeantur ac si nunc ce-  
 perint, & in eodem ordine permanentes, in quo  
 nunc eis liberalitas nostra constituit, prævèctio-  
 nis viri inlustris Macrobi tempora magiant, ut

ex hujus administrationis exordio, prout quisque  
 prævèctus est vel fuerit prævèctus, sua loca  
 vindicet dignitatibus. Quem locum indicio de-  
 beo atque humanitati clarissimi viri Jof. Scali-  
 geri; cui & majora debebo. *Pontan.* Ne-  
 scio an ejusdem viri, idem certe nomen ho-  
 noratum sub Arcadio & Honorio monstrare  
 possumus ex Codicis Justinianei libro L. tit.  
 9. de paganis lege 3. quæ missa dicitur *Ma-*  
*crobius præfecto prætorio Hispaniarum. Gron.*

<sup>2</sup> Liber Primus | Semel hoc dixero. Ste-  
 phani textum, qui optimus viuis, expreßi-  
 mus, nisi si operatum aliquibi aut alias error  
 fuerit. Ceterum de Scripto quæ vel addita  
 vel immitata ad autographum pariter edidi-  
 mis. Et id & alia suis indicabimus locis. *Pont.*

vigilas:

vigilas: sed ago, ut ego quoque tibi legerim; & quicquid mihi vel te jam in lucem edito, vel antequam nasceris, in diversis seu Græcæ seu Romanæ linguae voluminibus elaboratura est, id totum sit tibi scientiæ supellex: & quasi de quodam literarum peno, si quando usus venerit, aut historiæ quæ in librorum stture latens clam vulgo est, aut dicti factive memorabilis reminiscendi, facile id tibi inventu atque depromptu sit. Nec indigeste tamquam in acervum congeffimus digna memoratu: sed variarum rerum disparilitas auctoribus diversa, confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est; ut, quæ indistincte atque promiscue ad memoriae subsidium annotaveramus, in ordinem initar membrorum cohærentia convenientire. Nec mihi vitio vertas, si res quas ex lectione varia mutuabor, ipsis saepe verbis quibus ab ipsis auctoribus enarratae sunt explicabo. quia prælens opus non eloquentie ostentationem, sed noscendorum congeriem pollicetur. & boni consulas oportet, si notitiam vetustatis modo nostris non obscure, modo ipsis antiquorum fideliter verbis recognoscas, prout quæque se vel enarranda vel transferenda suggesserint. <sup>3</sup> apes enim quodammodo debemus imitari, quæ vagantur & flores carpunt; deinde quicquid atrulere disponunt ac per favos dividunt; & succum varium in unum saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutant. Nos quoque, quicquid diversa lectione quæsivimus, committemus itylo; ut in ordinem eodem digerente coalescant. nam & in animo melius distincta servantur; & ipsa distinctio non sine quodam fermento, quo conditur universitas, in unius saporis usum varia libamenta confundit: ut, etiamsi quid apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum noscetur apparet. quod in corpore nostro videmus sine ulla opera nostra facere naturam. Alimenta quæ accipimus, quamdiu in sua qualitate perseverant, & solida innatant, male stomacho oneri sunt. at cum ex eo, quod erant, mutata sunt; tum denum in vires & sanguinem transeunt. idem in his quibus aluntur ingenia præstemus; ut quæcumque hausimus, non patiamur integra esse ne aliena sint; sed in quandam digeriem concoquantur. alioquin in memoriam ire possunt, non in ingenium. Ex omnibus colligamus unde unum fiat ex omnibus, sicut unus numerus fit ex singulis. hoc faciat noster animus; omnia, quibus est adjutus, abscondat; ipsum tamen ostendat quod effecit: ut qui odora pigmenta conficiunt, ante omnia curant ut nullius sint odoris propria quæ condientur, <sup>4</sup> confusura videlicet omnium succos odoraminum in spiramentum unum. Vides quam multorum vocibus chorus constet. una tamen ex omnibus redditur. aliqua est illic acuta, aliqua gravis, aliqua media: accedunt viris foeminæ: interponitur fistula. ita singulorum illic latent voces, omni-

<sup>3</sup> Apes enim habet ex Senecæ Epist. 84. ubi tamen per favos dizerunt, non dividunt. Idem.

<sup>4</sup> Confusura videlicet omnium succos | Lego ex ver. cod. confusori. Meursius.

um apparent, & fit concentus ex dissonis. tale hoc præsens opus volo. multæ in illo artes, multa præcepta sint, multarum ætatum exempla, sed in unum conspirata. in quibus si neque ea quæ jam tibi sunt cognita asperneris, nec quæ ignota sunt vites: invenies plura, quæ sit aut voluptati legere, aut cultui legisse, aut usui meminiisse. nihil enim huic operi infertum puto aut cognitu inutile aut difficile perceptu; sed omnia quibus sit ingenium tuum vegetius, memoria adminiculatior,<sup>6</sup> oratio solerter, sermo incorruptior: nisi si cubi nos sub alio ortos cœlo Latinæ linguae vena non adjuvet. Quod ab his, si tamen quibusdam forte nonnunquam tempus voluntasque erit ista cognoscere, peritum imperatrumque volumus, ut æqui bonique conulant, si in nostro sermone nativa Romani oris elegantia desideretur.<sup>7</sup> Sed ne ego incautus sum, qui venustatem reprehensionis incurri à M. quondam Catone profectæ in A. Albinum, qui cum L. Lucullo consul fuit. is Albinus res Romanas oratione Græca scriptitavit. in ejus historiæ primo scriptum est ad hanc sententiam: Ne minem succensere sibi convenire, si quid in illis libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret. nam sum, inquit, homo Romanus natus in Latio; & eloquium Græcum à nobis alienissimum est, ideoq; veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Ea cum legisset M. Cato: Ne tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. nam petere veniam solemus aut cum imprudentes erravimus, aut cum noxiam imperio compellentis admisimus. te, inquit, oro, quis per pulit ut id committeres, quod priusquam faceres pereres uti ignosceretur? Nunc argumentum, quod huic operi dedimus, velut sub quodam prologi habitu dicemus.

<sup>8</sup> Et fit concentus ex dissonis | Apulei de Mundo lucis geminus est. Eum, qui leviter hæc tenus mutat, apponam ut complemetur: At enim ut in choreis, cum dux carminis hymno præcinit, cencenitum vulgus viorum & faminarum mixtis gravibus & acutis clamoribus unam harmoniam resonant: Sic divina mens mundanae varietates, ad instar unius conventionis, revelat. S ripserat Lucius, evulat. Festus evelatam, eventilatum, unde velabro quibus frumentum ventilatur. Certe non potuit signantiori, quod voluit, dictio ne de promovere. Pontan.

<sup>6</sup> Oratio solerter, sermo incorruptior | Circumcludit Agellii verba quæ lib. 20. capite postremo. Et ea ipsa quia similiter ibi labore correctorum, etiam in scriptis, quos vidi,

asperfa, huc adducam, ut emaculem: Ex quo facile adolescent ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solerter, aut sermo incorruptior, aut delectatior metio, aut in ludis liberalior. Quid enim hic, dilectionis motio? Mea fide restringe, delectatior in otio. Haec olim notata nobis. Nunc dum ista recognoscimus, comprehendi censem Gellianam emendationem in mentem quoque fuisse atque expressam V. Cl. Jano Rurgerio Var. Lect. lib. 4. cap. xi. Qui & ibi videntur. Item Theodoro Cantero V. Cl. epistola ad P. Scrivierum. Pontan.

<sup>7</sup> Sed ne ego incautus sum | Diversa est & melior præfata scriptura, sed ne ego incautus sum, qui &c. incurram. Sic etiam infra: nam, inquit, Aule. Gronov.

## C A P. L

*Argumentum operis totius.*

**S**Aturnalibus apud Vetrium Prætextatum Romanæ nobilitatis proceres doctique alii congregantur; & tempus solemniter feriatum deputant colloquio liberali, convivia quoque sibi mutua comitate præbentes, nec discedentes à se nisi ad nocturnam quietem. nam per omne spatium feriarum meliorem diei partem seruis disputationibus occupantes, cœnæ tempore sermones conviviales agitant: ita ut nullum diei tempus docte aliquid vel lepide proferendi vacuum relinquitur. sed erit in mensa sermo jucundior; ut habeat voluptratis amplius, severitatis minus. nam cum apud alios quibus sunt descripta convivia, tum in illo Platonis symposio non auteriore aliqua de re convivarum sermo, sed Cupidinis varia & lepida descriptio est. in quo quidem Socrates non artioribus, ut assolet, nodis urget atque implicat adversarium; <sup>1</sup> sed eludendi magisque decertandi modo apprehensis dat elabendi prope atque effugiendi locum: oportet enim versari in convivio sermones ut castitate integros, ita appetibiles venustate. Matutina vero erit robustior disputatio; quæ viros & doctos & præclarissimos deceat. neque enim Cotte, Lælii, Scipiones amplissimis de rebus quoad Romanæ literæ erunt in veterum libris disputationibus: Prætextatos vero, Flavianos, Albinos, Symmachos, & Eutathios, quorum splendor similis & non inferior virtus est, eodem modo loqui aliquid licitum non erit. Nec mihi fraudi sit, si uni aut alteri ex his, quos coetus coëgit, matura ætas posterior sæculo Prætextati sit. quod licito fieri Platonis dialogi testimonio sunt. quippe Socrate ita Parmenides antiquior, ut hujus pueritia vix illius apprehenderit senectutem: & tamen inter illos de rebus arduis disputatione includrum dialogum Socrates habita cum Timæo disputatione consumit; quos constat eodem sæculo non fuisse. Paralus vero & Xanthippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonem differunt secundo adventu Athenis morante; quos multo ante infamis illa pestilentia Atheniensis absumpserat. Annos ergo coëuntium mitti in digitos, exemplo Platonis nobis suffragante, non convenit. Quo autem facilius quæ ab omnibus dicta sunt apparere ac secerni possent; Decium de Postumiano quinam ille sermo aut inter quos fuisset sciscirantem fecimus. Et ne diutius lectoris desideria moremur, jam Decii & Postumiani sermo palam faciet, quæ hujus colloquii vel origo fuerit, vel ordo processerit.

<sup>1</sup> Sed eludendi magisque decertandi modo Melius v. c. magis quam decertandi. Meurs.

## C A P. II.

*Quæ convivalis hujus sermonis origo & quis ordo fuerit.*

**D**ecius. Tentanti mihi, Postumiane, aditus tuos & mollissima consultandi tempora commodo assunt feriae, quas indulget magna pars mensis Jano dicati. cæteris enim ferme diebus, qui perorantis causis opportuni sunt, hora omnino reperiri nulla potest; quin tuorum clientium negotia vel defendas in foro, vel domi discas. Nunc autem (scio te enim non ludo sed serio feriari) si est commodum respondere id quod rogatum venio: tibi ipsi, quantum arbitror, non injucundum, mihi vero gratissimum feceris. Requiero autem abs te id primum, interfuerisne convivio per complusculos dies continua comitate renovato, eique sermoni quem prædicare in primis, quemque apud omnes maximis ornare laudibus diceris: quem quidem ego ex patre audissem; nisi post illa convivia Roma profectus Neapoli moraretur. aliis vero nuper interfui admirantibus memoriaz tuz vires, universa quæ tunc dicta sunt per ordinem sœpe referentis. *Postumianus.*: Hoc unum, Deci, nobis (ut & ipse, quantum tua finit adolescentia, videre & ex patre Albino audire potuisti) in omni vita cursu optinuum visum est, ut, quantum cessare à causarum defensione licuisset, tantum ad eruditorum hominum tuique similium congressum aliquem sermonem conferrem. neque enim recte institutus animus requiescere aut utilius aut honestius usquam potest, quam in aliqua opportunitate docte ac liberaliter colloquendi interrogandique & respondendi comitate. Sed quodnam ictud convivium? an vero dubitandum non est quin id dicas quod doctissimis procerum cæterisque nuper apud Vertium Prætextatum fuit, & quod discurrens post inter reliquos grata vicissitudo variavit? *Decius*: De hoc ipso quæsitum venio; & explices velim quale illud convivium fuit, à quo te asuisse propter singularem omnium in te amicitiam non opinor. *Postumianus*: Voluissem equidem, neque id illis, ut æstimo, ingratum fuisset. sed cum essent amicorum complures mihi causa illis diebus pernoscenda, ad coenam tum rogatus meditandi non edendi illud mihi tempus esse respondi; horratusque sum ut alium potius nullo involutum negotio atque à cura liberum quererent. itaque factum est. nam facundum & eruditum virum Eusebium rhetorem, inter Græcos præstantem omnibus idem nostra ætate professis,

<sup>1</sup> *Hæ mollissima consultandi tempora* | Adiubatum de Marone. Martialis quoque notavt.

*Nostri tempora tu Jovis sereni,*  
*Cum fulget placidus quoque unius,*  
*Quo mil supplicibus sole negare.* Pont.

<sup>2</sup> *Ad congressum aliquem sermonem conferrem* | Solius hoc Stephani est; quod tam non se habuisse quidem posse puro. Sub his tantum subintelligendum temporis, nisi cessationis. Revocandum igitur ex pristinis sermonem, ac. Gronov.

doctrinæ.

doctrinæ Latiaris haud inscium Prætextatus meum in locum invitar<sup>i</sup> imperavit. *Decius*: Unde igitur illa tibi nota sunt, quæ tum jucunde & comiter ad instituendam vitam exemplis, ut audio, rerum copiosissimis & varie doctrinæ ubertate prolatæ digestaque sunt? *Postumianus*: Cum solstitiali die, qui Saturnaliorum festa quibus illa convivia celebrata sunt consecutus est, forensi cura vacuus lætiore animo essem domi; eo Eusebius cum paucis è secessoribus suis venit: statimque vultu renidens; *Permagna* me, inquit, abs te Postumiane cum ex aliis tum hoc maxime gratia fateor obstrictum, quod à Prætextato veniam postulando, mihi in coena vacuefecisti locum. itaque intelligo, non studium tantum tuum, sed ipsam quoque ut aliquid abs te mihi fiat commodi, consentire atque adspirare fortunam. *Visne*, inquam, restituere id nobis quod debitum tam benigne ac tam libenter fateris; nostrumque hoc otium, quo perfrui raro admodum licet, eo ducere, ut his, quibus tunc tu interfueris, nunc nos interesse videamur? *Faciam*, inquit, ut vis. Narrabo autem tibi non cibum aut potum, tametsi ea quoque ubertim casteque affuerint; sed & quæ vel in convivijs vel maxime extra mensam ab ildem per tot dies dicta sunt, in quantum potero, animo repetam: quæ quidem ego cum audirem: ad eorum mihi vitam qui beati à sapientibus dicerentur accedere videbar. nam &c, quæ pridie quam adessem inter eos dicta sunt, Avieno mihi insinuante comperta sunt; & omnia scripto mandavi, ne quid subtraheret oblivio. quæ si ex me audire gestis: cave æstimes diem unum referendis, quæ per tot dies sunt dicta, sufficere. *Decius*: Quemnam igitur & inter quos aut unde ortum sermonem Postumiane fuisse dicebat? ita præsto sum indefessus auditor. *Postumianus*: Tum ille, <sup>3</sup> Declinante, inquit, in vesperum die, quem Saturnale festum erat infseceturum, cum Vettius Prætextatus <sup>4</sup> domi convenire geltientibus copiam faceret: eo venerunt Aurelius Symmachus & Cæcina Albinus, cum ætate tum etiam moribus ac studiis inter se conjunctissimi. hos Servius inter Grammaticos doctorem recens professus, juxta doctrinam mirabilis & amabilis verecundiae terram intuens & velut latenti similis sequebatur. Quos cum prospexit obviamque processisset, ac perblade salutavisset: conversus ad Furium Albinum, qui tum forte cum Avieno aderat, *Visne*, ait, mi Albine, cum his, quos advenisse peropportune vides, quosque jure civitatis nostræ lumina dixerimus, eam rem de qua inter nos nasci cœperat sermo communicemus? Quid nî maxime velim? Albinus inquit, nec enim ulla alia de re quam de doctis quæstionibus colloqui aut nobis aut his potest esse jucundius. cumque confidissent; tum Cæcina: Quidnam id sit, mi Præextate,

<sup>3</sup> Declinante in vesperum die | Charta Academica vesperam; quod, licet editiones omnes in vulgariam contentiant, Macrobius efflant vel illa capit is seq. Deinde vespa,

quod à Graecis tractum est, illi enim ἐστὶ τριηγενές a Hœla Hespero dicunt. Gronov.

<sup>4</sup> Domi convenire geltientibus | Ver. cod. auctior voce, convenire seq. Meusi.

tamen si adhuc nescio; dubitare tamen non debo esse scitu optimum, cum & vobis ad colloquendum causam attulerit, & nos ejus esse expertes non sinatis. <sup>5</sup> Atqui scias, inquit, oportet eum inter nos sermonem fuisse, ut, quoniam dies crastinus festis Saturno dicatis initium dabit, quando Saturnalia incipere dicamus, id quando crastinum diem initium sumere existimemus. & inter nos quidem parva quædam de hac disputatione libavimus. verum quia te quicquid in libris latet investigare notius est, quam ut per verecundiam negare possis, pergas volo in medium proferre quicquid de hoc quod quærimus <sup>6</sup> edoctum tibi comprehensumque est.

<sup>5</sup> Atque scias oportet | Stephanus dedit | desinente Cæcina Prætextatus incipit. *Gro-*  
atqui. Sed utrumque defectum, alterum & nov.  
nugatorium est. Lege, atqui scias, inquit, <sup>6</sup> Edictum tibi comprehensumque est | Erat  
oportet. Nam loquentis persona mutatur, & in Anglicano recte, edictum tibi. Pont.

## C A P. III.

*De principio ac divisione civilis diei.*

TUM Cæcina: Cum vobis, <sup>1</sup> qui me in hunc sermonem inducitis, nihil ex omnibus quæ veteribus elaborata sunt aut ignoratio negat, aut oblivio subtrahat: superfluum video inter scientes nota proferre. Sed ne quis me æstimet dignatione consultationis gravari, quicquid de hoc mihi tenuis memoria suggesterit, paucis revolvam. Potest hæc, cum omnes párotos ad audiendum erectosque vidissent, ita exorsus est. M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit, *Homines*, inquit, qui ex media nocte <sup>2</sup> ad proximam noctem bis horis viginti quatuor nati sunt, uno die nati dicuntur, quibus verbis ita videtur dierum observationem divisiisse, ut qui post solis occasum ante medianam noctem natus sit illo, quem nox secuta est; contra vero qui in sex noctis horis posterioribus nascitur, eo die videatur natus qui post eam noctem diluxerit. Athenienses autem aliter observare idem Varro in eodem libro scripsit; eosque à solis occasu ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios porro aliter. à sole enim exorto ad exortum ejusdem incipientem id spatium unius diei nomine vocare. Umbros vero unum & eundem diem esse dicere à meridiie ad insequentem meridiem. *Quod quidem*, inquit Varro, *nimiris absurdum est. nam qui Kalendis hora sexta apud Umbros natus est, dies*

<sup>1</sup> Qui me in hunc sermonem inducitis | I-  
dem vetus, adducitus, quod fuerit, abduci-  
tus. Pontan.

<sup>2</sup> Ad proximam medianam noctem bis horis  
24. nati sunt | Apul. Agell. lib. 3. cap. 2.

verba hæc Varronis monosyllabo auctiora:  
in his horis 24. &c. Emendabis obiter Cen-  
forinum cap. 23. ubi male hodie in his oris  
quatuor & viginti. Scribo, horis q. e. u. Le-  
viculum est. M.

*ejus natalis videri debebit & Kalendarum dimidiatus, & qui post Kalendas erit usque ad oram ejusdem diei sextam.. Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, dies singulos annumerare à media nocte ad medianam proximam multis Argumentis ostenditur.*

*4 Sacra sunt enim Romana partim diurna, alia nocturna. & ea quæ diurna sunt ab initio diei ad medium noctis protenduntur: ab hora sexta noctis sequentis nocturnis sacris tempus impenditur. ad hoc ritus quoque & mos auspicandi eamdem esse observationem docet. nam magistratus, quando uno die eis & auspicandum est & id agendum super quo processit auspicium, post medianam noctem auspicantur, & post exortum solem agunt: auspicatique & egisse eodem die dicuntur. præterea tribuni plebis, quos nullum diem integrum abesse Roma licet, cum post medianam noctem proficiscuntur, & post primam facem ante medianam noctem sequentem revertuntur, non vindentur a suis diem: quoniam ante horam noctis sextam regressi partem aliquam illius in urbe consumunt. Quintum quoque Mucium jureconsultum dicere solitum: lege non esse usurpatum mulierem, quæ, cum Kalendas Januariis apud virum matrimonii causa esse cœpisset, a. d. diem quartum Kalendas Januarias sequentes usurpatum issit. non enim posse impleri trinoctium, quo abesse à viro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertiae noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis. Virgilius quoque id ipsum ostendit, ut hominem decuit poëticas res agentem, recondita atque operta veteris ritus significacione:*

---- Torquet, inquit, *medios nox humida cursus:*

*Et me sevus equis oriens afflavit anhelis.*

his enim verbis diem, quem Romani civilem appellaverunt, à sexta noctis hora oriri admonet. idem poëta quando nox quoque incipiat expressit in sexto. cum enim dixisset:

*Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis*

*Jam medium æthereo cursu trajecerat axem.*  
mox suggescit vates:

*Nox ruit Ænea. nos flendo ducimus horas.*

7 ita obseruantissimus civilium definitionum diei & noctis initia descripsit. qui dies ita dividitur. Primum tempus diei dicitur mediæ no-

<sup>3</sup> Qui post Kalendas erit ante horam ejusdem diei sextam | Agellius aliter citat hæc Varronis: Et qui est post Kalendas dies ante horam e. d.s. Idem.

<sup>4</sup> Sacra sunt enim Romana partim diurna, alia nocturna | Lego ex v. c. & Agellio partim nocturna. Idem. Sane si Stephano tua mutatio aut Pontano confitet, nobis non placet. Vide, si opera est, obseruata patri lib. IIII. obs. cap. 2. Gronov.

<sup>5</sup> Ab initio diei ad medium noctis protenduntur | Hæc verba absunt à v. c. Meurs.

<sup>6</sup> Dicere solitum: lege non esse usurpatum mulierem | Eadem & Anglicano scriptura fuit. Videatur tamen immixta voce legend. solitum legi: lege. Pont.

<sup>7</sup> Ita obseruantissimus civilium definitionum | Ver. c. auctior: Sed ita. Lego, Et ita. Meurs.

etis inclinatio; deinde gallicinium, <sup>8</sup> inde contiocum, cum & galli conticescant & homines etiam tum quiescant; deinde diluculum, id est, cum incipit dies dignosci; inde mane, cum dies clarus est. <sup>9</sup> mane autem dictum aut quod <sup>10</sup> ab inferioribus, id est, à manibus exordium lucis emergat, aut, quod verius mihi videtur, ab omni bo-ni nominis. nam & Lanuvii mane pro bono dicunt: sicut apud nos quoque contrarium est *immane*. ut, *immanis bellua*, vel, *immane facinus*, & hoc genus cetera, pro non bono. deinde à mane ad meridi-em, hoc est, ad medium diei. inde jam supra vocatur tempus occi-duum; & mox suprema tempestas, hoc est, diei novissimum tem-pus. sicut expressum est in duodecim tabulis <sup>11</sup> SOLIS. OCCASUS. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO. <sup>12</sup> deinde vespera; quod à Gracis tractatum est. illi enim *carthaginum* à stella hespero dicunt: unde & He-peria Italia, quod occasui subjecta sit, nominatur. ab hoc tempore prima fax dicitur; deinde concubia; & inde intempesta; que non habet idoneum tempus rebus gerendis. hæc est diei civilis à Romanis ob-servata divisio. ergo noctu futura, cum media esse coepit, aufsi-cium Saturnaliorum erit; quibus die craftini mos inchoandi est.

<sup>8</sup> Inde contiocum | Et veteres excusi & scriptus retinent, contiocinum. Pont.

<sup>9</sup> Mane autem dictum, aus quod ab inferioribus, id est, à manibus | Idem, inferioribus locis, sed male. Toto vero hoc loco Varro-nem sequitur, aut potius non seq. Non enim à manibus ille, sed manando dictiōnem istem deducit. Ait Varro: *Dieci principium mani, quo tunc manai dies ab oriente. Nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad cuiusmodi religio-nem Graci quoque, cum lumen adserat, solent dicere p̄t̄s a'z̄b̄s.* Sed ad posteriorem hanc sententiam Macrobius quoque post inclinat. Idem.

<sup>10</sup> Ab inferioribus, id est, à manibus | MS. Anglicanus habet, ab inferioribus locis. qua lectio non, ut olim existimavimus, om-nino rejicienda. Nam Plinius & Martialis, ut me postea commonuit amicus *Vetus*, vir Cl. Petrus Scriverius, videntur afferere lecti-onem codicis membranacei. Quorum hic lib. 12. epigr. 63.

Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna,  
Sciessa nec ad Manes, nec sic diues humus.

Plinius vero Historia Naturalis lib. 33. in Proœmio: *Imus in viscera ejus, & in sede Manuum opes querimus.* Pontan.

<sup>11</sup> Solis occasus suprema tempestas | Mirum similiter hanc formulam concipi etiam in edi-tionibus priscis, cum manifestum sit & pro-culcatum iam in xii. Tabulis legi SOL O-C-G A S U S. Et fallor? an apud Valerium cap. 3. lib 7. legendum hac itidem forma; *Ut equis insidentes, sole orto carsum in quandam locum dirigerent; pro quod editus, falsi ortus,* Pontan.

<sup>12</sup> Deinde vespera; quod à Gracis tra-tem est. | Omnino verum, tractatum est. Ita liber & Gryph. edit. & istud Typographi mendum parassim, nisi reperisem in pluri-bus editionibus. Idem,

## C A P. IV.

*Latine dici Saturnaliorum, noctu futura, & die craftini.*

**H**I C, cum omnes quasi vetustatis promptuarium Albini memoriam laudavissent, *Prætextarus Avienum* videns Furio insulurantem, Quidnam hoc est, mi Aviene, inquit, quod uni Albino indicatum clam cæteris esse velis ? tum ille : *Meveor quidem auctoritate Cæcinæ, ne ignoro errorem in tanram non cadere doctrinam :* aures tamen meas ita verborum novitas perculit ; cum, *noctu futura,* & *die craftini,* magis quam *nocte futura,* & *die craftino,* dicere ut regulis placet maluit. nam, *noctu,* non appellatio sed adverbium est. porro, *futura,* quod nomen est, non potest cum adverbio convenire. nec dubium est hoc inter se esse *noctu* & *nocte,* quod *dru* & *die.* & rursus, *die* & *craftini,* non de eodem casu sunt ; & nisi casus idem nomina in hujusmodi elocutione non jungit. *Saturnaliorum* deinde malimus quam *Saturnalium* dicere opto dinoscere. Ad hæc cum Cæcina renidens taceret ; & Servius à Symmacho rogatus esset quidnam de his exigitimaret : Licet, inquit, in hoc non cœtu minus nobilitate quam doctrina reverendo, magis mihi discendum sit quam docendum : famulabor tamen arbitrio jubentis ; & insinuabo primum de *Saturnalibus*, post de cæteris, unde sit sic eloquendi non novitas sed vetustas. Qui *Saturnalium* dicit, regula innititur. nomina enim quæ dativum pluralem in *bus* mittunt, numquam genitivum. ejusdem numeri syllaba crevissile patiuntur ; sed aut totidem habet ; ut, *monisibus monilium,* *sedilibus sedilium* ; aut una syllaba minus est ; ut, *carminibus carminum,* *luminibus luminum.* sic ergo *Saturnalibus* rectius *Saturnalium* quam *Saturnaliorum.* sed, qui *Saturnaliorum* dicunt, auctoritate magnorum inveniuntur virorum. nam & Sallustius in tertia *Bacchani-* *lorum* ait ; & *Mafurius Fatorum* secundo *Vinaliorum dies,* inquit, *Zovi sacer est. non, ut quidam puane, Veneri.* \* &, ut ipsos quoque Grammaticos in *testimonium* citem, Verrius Flaccus in eo libello, qui *Saturnus* inscribitur. *Saturnaliorum,* inquit, *dies apud Grecos quoque festi* habentur. & in eodem libro, *Dilucide me,* inquit, *de constitutione Saturnaliorum scripsisse* arbitror. item Julius Modestus de feriis, *Saturnaliorum,* inquit, *feria.* & in eodem libro, *Antias,* inquit, *Agone-* *lorum repertorem Numam Pompilium referit.* Hæc tamen, inquires, auctoritas quæro an possit aliqua ratione defendi. planè, quatenus

\* *Mafurius Fatorum* secundo | Idem hic Mafurius de quo Perius.

*Cur mili non licet, fuisse quodcumq; voluntas,* Excepto liquid Mafuri rubrica notavit.

*Ad quod verus Glossarius, Mafurius hic Sabi-* *nus legis consultus fuit. Ponran.*

\* Et ut ipsos quoque Grammaticos in *testimonium* citem | Petron. Et ne Poeta quidem ad *testimonium* citem. Nec fugit ad Petronium filium Douzam. Douzam breves illos & longum desibilem Republicæ literariz amores. Addatur & Varro de Re Rust. cap. 4. ' Sed quid ego illum voco ad *testimonium* ? Idem.

alienum

alienum non est committi Grammaticum cum sua analogia, tentabo suspicionibus eruere quid sit quod eos à solita enunciatione detorserit, ut mallent *Saturnaliorum* quam *Saturnalium* dicere. Ac primum aestimo quod hæc nomina, quæ sunt festorum dierum neutralia parentque numero singulari, diversæ conditionis esse voluerunt ab his nominibus quæ utroque numero figurantur. Compitalia enim, & Bacchanalia, & Agonalia, Vinaliaque, & reliqua his similia festorum dierum nomina sunt, nec singulariter nominantur; aut, si singulari numero dixeris, non idem significabis nisi adjeceris festum: ut *Bacchanale festum*, *Agonale festum*, & reliqua: at jam non positivum fit sed adjективum, quod Græci ἐνδένυ vocant. animati sunt ergo ad faciendam discretionem in genitivo casu; ut ex hac declinatione exprimerent nomen solemnis diei, scientes in nonnullis saepè nominibus dativo in *bus* exeunte, nihilominus genitivum in *rum* sini: ut, *domibus domorum, duobus duorum, ambibus amborum*. Ita &, *viridia*, cum *av'ñ ēndētū* accipiuntur, genitivum in *ium* faciunt; ut *viridia prata, viridium pratorum*. cum vero ipsam loci viriditatem significare volumus; *viridiorum* dicimus: ut cum dicitur; *formosa facies viridiorum*. tunc enim *viridia* quasi positivum ponitur non accidens. tanta enim apud veteres fuit licentia hujus genitivi; ut Asinius Pollio *vestigiorum* frequentiter usurpet: quod *vestigal* non minus dicatur quam *vestigalia*. sed & cum legamus; *levaque ancile gerebat*: tamen & *anciliorum* relatum est. Videndum ergo ne magis varietas veteres delectaverit, quam ut ad *amussim* verum sit festorum dierum nomina sic vocata. ecce enim & præter solemnium dierum vocabula, alia quoque sic declinata reperimus ut præcedens sermo patescit; *viridiorum, & vestigiorum, & anciliorum*. sed & ipsa festorum nomina secundum regulam declinata apud veteres reperio: siquidem Varro *Ferialium diem* ait à ferendis in *se-pulchra epulis* dici. non dixit *Ferialiorum*, & alibi *Floralium* non *Floralicrum* ait cum idem non ludos florales illic sed ipsum festum *Floralia* significaret. Masurius etiam secundo Fastorum, *Liberalium dies*, inquit, à pontificibus *agonium Martiale appellatur*. & in eodem libro: *Eam noctem deincepsque insequentem diem qui est Lucarium, non dixit, Lucariorum. itemque, Liberalium, multi dixerunt, non Liberaliorum.* unde pronunciandum est veteres induluisse copiæ per varietatem: ut dicebant, *exanimos & exanimes, inermos & inernes, tum bilarios atque bilares*. & ideo certum est licito & *Saturnalium & Saturnaliorum* dici; cum alterum regula cum auctoritate, alterum etiæ sola sed multorum defendat auctoritas. <sup>3</sup> reliqua autem verba,

<sup>3</sup> Reliqua autem verba, qua Avieno nostro nova visa sunt, veterum nobis Probatum se ait antiquitus olim dicte, hac nocte & concubia noctis. Item diequarte, dictæstinti. Quæ autem, si verba ipsa spectenus, quomodo Avieno nova vita sint, mihi novum.

Sed tollit hunc scrupulum liber, qui scribit, Reliqua autem à verbis ore Avieno nostro nova visa, veterum. Et hoc verissimum est, ab usu suo & efferendi forma noviora paruerunt. Non ceperunt hanc dictationem multei homines, à verbis ore, idque pro libi-  
quæ

quæ Avieno nostro nova visa sunt, veterum nobis sunt testimonii asserenda. Ennius enim, nisi cui videtur inter nostræ ætatis politiores munditas respuendus, noctu concubia dixit his versibus;

*Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti*

*Menia concubia, vigilesque repente cruentant.*

quo in loco animadvertisendum est non solum quod noctu concubia, sed quod etiam qua noctu dixerit. & hoc posuit in annalium septimo. ¶ in quorum tertio clarius idem dixit:

*Hac noctu filo pendebit Etruria tota.*

Claudius quoque Quadrigarius annali tertio: *Senatus autem de noctu convenire, noctu multa domum dimitti.* Non esse ab re puto hoc in loco id quoque admonere. quod decemviri in duodecim tabulis insituate nox pro noctu dixerunt. Verba hæc sunt. SEI. NOX. FURTUM. FACTUM. ESIT. SEI. IM. OCCISIT. IOVRE. CAISUS. ESTO. in quibus verbis id etiam notandum est, quod ab eo quod est, *is*, non *eum*, casu accusativo sed, *im*, dixerunt. Sed nec, *die craftini*, à doctissimo viro sine veterum auctoritate prolatum est: quibus mos erat modo *diequinti* modo *diequinte* pro adverbio copulative dicere. cuius indicium est quod syllaba secunda corripitur quæ natura producitur cum solum dicitur *die*. Quod autem diximus extremam istius vocis syllabam tum per *e*, tum per *i*, scribi, consuetum id veteribus fuit ut his literis plerumque in tine indifferenter uterentur; sicut *præfiscine* & *præfiscini*, *proclive* & *proclivi*. Venit ecce, illius versus Pomponiani in memoriam qui est ex Attellana, quæ Mevia inscribitur:

*6 Dies hic sextus, cum nihil egī, die quarte moriar fame.*

*Die pristine* eodem modo dicebatur; quod significabat die pristino, id est priore: quod nunc pridie dicitur converso compositionis ordine, quasi *pristino die*. nec inficias eo lectum apud veteres, *die quarto*. sed invenitur de transfacto non de futuro positum. nam Cn. Matius homo impense doctus, in mimiambis pro eo dicit quod nudius quartus nos dicimus, in his versibus;

*7 Nuper die quarto ut recordor, & certe*

*Aquarium urceum unicum domi fregit.*

dine interpolarunt. at nos pro prisco & probo affcerimus vel ipsius Macrobius monitus, qui alibi non dissimilium locutus. *Quæ*, inquit, *cum in ore prisco antoritatis crebro fuerint*. Porro de *Nocte futura* & alia quæ hoc capite differuntur, ad Agellii librum octavum cap. 1. pertinere, vel index ibidem adhuc reliquus indicio sit. *Pont.*

*4 In quorum tertio clarius idem dixit | V. c. clarius quidem idem dixit. Meurs.*

*5 Qua Mevia inscribitur | Scribe Mevia, & apud Agellium lib. 10. c. 24. inscribitur. Hodie ibi, scribitur. Meurs.*

*6 Dies hic sextus, cum nihil egī; die quar-*

*te moriar fame |* Quomodo die quarte, quam jam sextum diem præteritum fateatur? An scribendum die *septime*, item edī pro *egī*? ut respexerit scilicet poëta illud Varronis: *Nec non id etiam est ad vim facultatesque ejus numeri* (septenarii) *augendas, quod quibus inediā mori consilium est, septimo denum die mortem oppinetur.* *Pont.*

*Dies hic sextus &c. |* Malit hic Scrivérius nostri tertius loco *sextus*. Sed vide in Notis nostris ad hunc ipsum locum. *Pont.*

*7 Nuper die quarto, ut recordor, & certe |* Adscriptum oræ codicis Scrivériani, *ut recordor, exerè*, Idem.

hoc

hoc igitur intererit ut, <sup>8</sup> die quarto, quidem de præterito dicamus; die quarti autem de futuro. Verum ne de die *crastini* nihil retulisse videamur: <sup>9</sup> suppetit Cælianum illud ex libro historiarum secundo: *Si vis mibi equitatum dare; & ipse cum cætero exercitu me sequi: die quinti Romæ in Capitolium curabo tibi cœnam coctam.* Hic Symmachus, Cælius tuus, inquit, & historiam & verbum ex Originibus M. Catonis accepit; apud quem ita scriptum est: *Ipsius dicitatem Carthaginensem magister equitum monuit, Mitte mecum Romanam equitatum, die quinti in Capitolio cœna cocta erit.* Et Prætexatus. <sup>10</sup> Estimo nonnihil ad demonstrandam consuetudinem veterum etiam prætoris verba conferre; quibus more majorum ferias concipere solet, quæ appellantur Compitalia. ea verba hæc sunt: **DIE. NONI. POPOLO. ROMANO. QUIRITIBUS. COMPITALIA. ERUNT. QUANDO. CONCEPTA. FOVERINT. N.**

<sup>8</sup> Die quarto quidem de præterito | Sic & breue est præteriti temporis, brevi futuri Catullus: *Vos bona sensibus viris cognita breve famina. Idem.*

<sup>9</sup> Suppetit Cælianum illud ex libro Historiarum secundo | In Codice vetere est, *Cælianum.* Sed bene ex Agellio reposuerunt vires docti, *Cælianum.* Fuit Cælius Antipater historicus non ignobilis. Laudat eum Cic. lib. i. de Oratore, & Val. Maximus lib. i. cap. 7. his verbis: *Cælius etiam certus Romana historia antior sermonem de eâ re ad suas*

*aures illo adhuc vivo pervenisse scribit. Scriptit Annales, & Historias. Illos citat Nonius non semel: Has Festus in Topper. Agellius lib. 10. c. 24. Macrobius hoc loco. De state ejus, Gracchorum fratribus coætaneum fuisse colligo ex Valerii verbis citatis. Mens.*

<sup>10</sup> Estimo nonnihil ad demonstrandam consuetudinem | Occasione horum ~~emborum~~, emendabo Agellii loco citato. Hodie scilicet: *Is autem erit perpetua veterum consuetudinis gratia verba solennia prætoris ponere, &c. Legi, Ius autem erit, &c.* Idem.

## C A P. V.

*De exæuctoratis obsoletisque verbis: sum recte ac Latine dici, mille verborum est.*

**T**UM Avienus adspiciens Servium, Curius, inquit, & Fabricius & Coruncanius antiquissimi viri, vel etiam his antiquiores Horatii illi trigemini plane ac dilucide cum suis fabulati sunt: neque Auruncorum aut Sicanorum aut Pelasgorum, qui primi coluisse in Italia dicuntur, sed ætatis suæ verbis utebantur. tu autem perinde quasi cum matre Evandri loquare, vis nobis verba multis jam seculis oblitterata revocare: ad quorum congeriem præstantes quoque viros, quorum memoriam continuus legendi usus instruit, incitasti, sed antiquitatem vobis placere jactatis; quod honesta & sobria & modesta sit. vivamus ergo moribus præteritis, præsentibus verbis loquamur. ego enim id, quod à <sup>11</sup> C. Cælare excellentis ingenii ac providentiae viro in primo Analogiae libro scriptum est, habeo

<sup>11</sup> C. Cælare, excellentis ingenii ac prudenter viro | Monente codem amico nostro, in Gellio legitur *prudentia*, lib. 1. cap. 10. *Pontian.*

semper

**semper in memoria atque in pectore, ut tamquam scopulum** <sup>2</sup> **sic fugiam infrequens atque insolens verbum:** mille denique verborum talium est: quae, cum in ore priscæ auctoritatis crebro fuerint, ex-auctorata tamen à sequenti ætate repudiataque sunt. horum copiam proferre nunc possem, ni tempus noctis jam propinquantis necessariæ discessione nos admoneret. Bona verba, quælo, Prætextatus morali, ut assolet, gravitate subjecit: nec insolenter parentis artium antiquitatis reverentiam verberemus, cuius amorem tu quoque dum dissimulas, magis prodis. cum enim dicas *mille verborum est;* quid aliud sermo tuus nisi ipsam redolet vetustatem: nam licet M. Cicero in oratione, quam pro Milone concepit, ita scriptum reliquerit: *Ante fundum Clodii, quo in fundo propter insanias illas substructiones facile mille hominum versabatur valentum. non versabantur; quod in libris minus accurate scriptis reperiri solet. & in sexta in Antonium;* *Qui umquam in illo Jano inventus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?* licet <sup>3</sup> Varro quoque ejusdem seculi homo in septuaginta Humanarum dixerit; *Plus mille & centum annorum est;* tamen fiduciam sic componendi non nisi ex antecedentium auctoritate sumperferunt, nam Quadrigarius in tertio annalium ita scripsit: *Ibi occiditur mille hominum. & Lucilius in tertio Satyrarum:*

*Ad portam mille, à porta est sex inde Salernum.*

alibi vero etiam declinationem hujus nominis exsecutus est. nam in libro quintodecimo ita dicit:

*Hunc milli passum qui viceret atque duobus  
Campanus sonipes; subcursor nullus sequetur  
Majore spatio ac diversus videbitur ire.*

idem in libro nono:

*Tu milli nummum potes uno querere sentum.*

*milli passum,* dixit, pro *mille passibus,* & *milli nummum,* pro *mille nummis;* aperteque ostendit, *mille,* & vocabulum esse, & singulari numero dici, & casum etiam capere ablativum, ejusque plurativum esse *millia.* *mille* enim non ex eo ponitur, quod Graece chilia dicuntur, sed quod chilias. & sicut una chilias & duæ chiliades, ita unum mille & duo milia veteres certa atque directa ratione dicebant. Et heus tu? his ne tam doctis viris, quorum M. Cicero & Varro imitatores se gloriantur, adimere vis in verborum comitiis jus suffragandi: & tanquam <sup>4</sup> sexagenarios majores de ponte de-

<sup>2</sup> Sic fugiam infrequens atque insolens verbum | Ad confuetudinem itaque vocamus, quam & ipse omnino probem, sed caute tamen & cum veteri magistro Fabio: *Confuetudo,* inquit, *si ex eo, quod plures faciunt, nomen accipiat;* periculofissimum dabit praecatum, non orationi modo, sed (quod maius est) vita. Et paulo post, Ergo confuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut vi-

vendi, consensum bonorum. Pont.

<sup>3</sup> Varro quoque ejusdem seculi homo in septuaginta Humanarum | Ita etiam vetus meus codex. Agellii tamen codices constanter 18. Lapsus proclivis, ubi tamen sit, judicare minime proclive. Mens.

<sup>4</sup> Sexagenarios majores | Sexagenarios majores. Pont.

jicies?

jicies? plura de hoc differeremus, ni vos invitox ab invito discedere hora cogeret. Sed vultisne diem sequentem, quem plerique omnes abaco & latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis à primo lucis in coenæ tempus, ipsam quoque coenam non obrutam pœculis, non lascivientem ferculis, sed quæstionibus doctis pudicam & mutuis ex lecto relationibus exigamus? sic enim ferias præ omni negotio foetas commodi senserimus, non animum, ut dicitur, remittentes (nam remittere, inquit Musonius, animum quasi amittere est) sed demulcentes eum paululum atque laxantes jucundis honestisque sermonum illektionibus? quod si ita decernitis: dis Penitibus meis hoc conveniendo gratissimum feceritis. Tum Symmachus: Nullus, qui quidem se dignum hoc conventu meminerit, sodalitatem hanc vel ipsum conventus regem repudiabit. sed, ne quid ad perfectionem cœtus desideretur, invitando ad eundem congressum convictumque censeo<sup>5</sup> Flavianum, <sup>6</sup> qui quantum sit, mirandum, viro venuto patre præstantior non minus ornatu morum gravitateque vitæ quam copia profundæ eruditionis afferuit; simulque Postumianum, qui forum defensionum dignatione nobilitat; & Eustathium qui tantus in omni philosophiæ genere est, ut solus nobis repræsentet ingenia trium philosophorum, de quibus nostra antiquitas gloriata est. illos dico; quos Athenienses quondam ad senatum legaverunt imperatum ut multam remitteret, quam civitati eorum fecerat propter Oropi vastationem. ea multa fuerat talentum fere quingenium. erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus: quos ferunt seorsum quemque ostentandi gratia per celeberrima urbis loca magno concurru hominum dissipavisse. fuit, ut relatum est, facundia Carnea lenta & rapida, scita & tereti Critolaus, modesta Diogenes. ~~modestia~~ sed in senatum introducti<sup>7</sup> interprete usi sunt Cœlio senatore, at hic noster cum factas omnes affecutus, sed probabiliorem secutus sit; omniaque hæc inter Græcos genera dicendi solus impletat: inter nos tamen ita sui locuples interpres est, ut nescias qua lingua facilius vel ornatus expleat operam differendi. Probavere omnes Q. Aurelii judicium quo edecumatos elegit sodales: atque his ita constitutis, primum à Prætextato, simul deinde à se discedentes domum quisque suam regressi sunt.

<sup>5</sup> Flavianum, qui quantum sit, mirandum, viro venuto patre præstantior | Conjiciunt sic idem Scriverias noster rescribendum, Qui quanto sit, mirando viro, Venusto patre præstantior, vel etiam Murrano Virio Venusto patre præstantior, ut nomina hæc propria sint; cuius modi in Thesauro Inscriptionum Grætariorum occurunt. Vide Indicem ejusdem Thesauri capite de propriis nominibus. Murranus tamen in Indice sua literâ non reperiatur, sed alibi. Pont.

<sup>6</sup> Qui quantum sit, mirandum, viro venusto | Ita Stephanus Cantabrigiensis scriptus, qui quanto mirandum viro, venusto patre. Et similia vestrum in vulgatis avorum memoria. Tamen, si displicebit, conjecturis quid aliud eratur. Ecce exemplum: qui quanto sit, mirandum, vir venusto patre præstantior. Pont:

<sup>7</sup> Interpreti usi sunt Cœlio senatore | Agellius lib. 7. cap. 14. Cœlio. Omnino scribendum, C. Agnilio. Meurs.

C A P.

## C A P. VI.

*De origine ac usu prætextæ; quomodo hæc in usum transferit nominis; inibique de aliorum quorundam nominum priorum origine.*

Postero die ad ædes Vettii maturimi omnes, inter quos pri-  
die convenerat, affuerunt, quibus Prætextatus in bibliothecam  
receptis, in qua eos opperiebatur, Præclarum, inquit, diem mihi  
fore video, cum & vos adestis, & affuturos se illi, quos ad conven-  
tus nostri societatem rogari placuit, spoponderunt. soli Posthumianò  
antiquior visa est instruendarum cura defensionum; in cuius abnu-  
entis locum <sup>1</sup> Eusebium Graja & doctrina & facundia rhetorem sub-  
rogavi: insinuatumque omnibus ut ab exorto die se nobis indulge-  
rent, quandoquidem nullis hodie officiis publicis occupari fas esset,  
togatus certe, vel trabeatus, paludatusque seu prætextatus hac die  
videtur nullus. tum Avienus (ut ei interpellandi mos erat.) Cum  
sacrum mihi, ait, ac Reipublicæ nomen, Prætextate, tuum inter vo-  
cabula diversi habitus refers: admoneor non ludicræ, ut æstimo,  
quæstionis. cum enim <sup>2</sup> vestitus togæ vel trabæ seu paludamenti  
nullum de se proprii nominis usum fecerit; quæro abs te cur hoc  
de solo prætextæ habitu usurpaverit vetustas, aut huic nomini quæ  
origo contigerit? Inter hæc Avieni dicta Flavianus & Euostathius,  
par insigne amicitiae, ac minimo post Eusebius ingressi alacriorem  
fecere cœtum; acceptaque ac redditâ salutatione considerunt, per-  
cunctantes quidnam offenderint sermocinationis. Tum Vettius, Per-  
opportune, inquit, affuistis mihi assertorem quærenti, movere e-  
nem mihi Avienus nostri nominis quæstionem; & ita originem ejus  
flagitat, tamquam fides ab eo generis exigatur. nam, cum nullus  
sit qui appelletur suo nomine vel togatus vel trabeatus vel paludatus,  
cur prætextatus nomen habeatur postulat in medium proferri. sed  
& cum posti inscriptum sit Delphici templi, & unius è numero sa-  
pientum eadem sit ita sententia, γνῶθι σεαυτὸν; quid in me scire  
æstimandus sim si nomen ignoro, cuius mihi nunc & origo & causa  
dicenda est? Tullus Hostilius Hosti filius Rex Romanorum tertius,  
debellatis Etruscis sellam curulem lictoresque & togam pictam at-

<sup>1</sup> Eusebium Graja & doctrina & facundia  
ribetorem. | Plenior laus in veteri, clarum  
ribetorem. Pont.

<sup>2</sup> Vestitus togæ, vel trabæ, seu palude-  
menti nullum de se proprii nominis usum fe-  
cerit. | Atqui observavit Scrivérius noſtri  
in tabulâ marmoreâ effosâ Roma anno  
1592. U R S U M T O G A T U M , qui  
primus viträ pila cum suis luforibus decen-  
ter lufisse eo in præstantissimo monumento

laudatur. Et ut constet idem hoc nomen  
Macrobius vetustius esse, fateatur ibidem se  
viðum à V E R O tertium Consule. Vide  
pag. DCXXXVIL N. 1. Idem.

<sup>3</sup> Movere enim mihi Avienus nostri nominis. |  
Vel nobis Avienus nostri, vel mihi Avienus  
mei, fuerit dicendum, et si neutrum à Ma-  
crobius. Editiones aliae: mihi Avienus noſter  
mei nominis. Ms: mihi Avienus noſter no-  
minis. Quod forte non alienandum. Gron.  
que

que prætextam, quæ insignia magistratum Etruscorum erant, pri-  
mus ut Romæ haberentur instituit. sed prætextam illo seculo pue-  
rili non usurpabat ætas. erat enim, ut cetera quæ enumeravi, ho-  
noris habitus. sed postea Tarquinius Demarati exfusilis Corinthii fili-  
tus Priscus, quem quidam Lucumonem vocitatum ferunt, rex tertius  
ab Hostilio, quintus à Romulo, de Sabinis egit triumphum, quo  
bello filium suum annos quatuordecim natum, quod hostem manu  
percusserat, & pro concione laudavit, & bulla aurea prætextaque  
donavit, insigniens puerum ultra annos fortem præmias virilitatis &  
honoris. nam sicut prætexta magistratum ; ita bulla gestamen erat  
triumphantum, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra  
eam remedii quæ crederent aduersus invidiam valentissima. hinc  
deductus mos ut prætexta & bulla in usum puerorum nobilium u-  
surparentur ; ad oinen & vota conciliandæ virtutis ei similis, cui  
primis in annis munera ista cesserunt. alii putant eundem Priscum,  
cum is quoque statum civium sollertia providi principis ordinaret,  
cultum quoque ingenuorum puerorum inter præcipua duxisse; in-  
stuisseque ut patrici bulla aurea cum toga cui purpura prætextitur  
uterentur, duntaxat illi quorum patres curulem geserant magistra-  
tum : cæteris autem ut prætexta tantum uterentur indultum ; sed  
usque ad eos quoram parentes equo stipendia justa meruissent. Li-  
bertinis vero nullo jure uti prætextis licebat ; ac multo minus  
peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. sed postea  
libertinorum quoque filiis prætexta concessa est ex causa tali : quam  
M. Lælius augur referit, qui bello Punico secundo duumviros dicit  
ex senatus consulo, propter multa prodigia, libros Sibyllinos adisse ;  
& inspectis his nuntiasset in Capitolio supplicandum, lectisterniumque  
ex collata stipe faciendum, ita ut libertinæ quoque quæ longa ve-  
ste uterentur in eam rem pecuniam subministrarent. acta igitur ob-  
secratio est pueris ingenuis, itemque libertinis, sed & virginibus pa-  
trimis matrimisque pronunciantibus carmen. ex quo concessum ut  
libertinorum quoque filii, qui ex justa dyntaxat matrefamilias nati  
fuissent, togam prætextam & lorum in collo pro bullæ decore ge-  
starent. Verius Flaccus ait, cum populus Romanus pestilentia la-  
borarer, essetque responsum id accidere quod dii despicerentur, an-  
xiæ urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum ; evenisseque  
ut Circensium die puer de cœnaculo pompam superne despiceret,  
& patri referret quo ordine secreta sacrorum in arca pilenti compo-  
sita vidisset: qui cum rem gestam senatui nuntiasset ; placuisse vela-  
ri loca ca qua pompa veheretur: arque ita peste sedata puerum, qui  
ambiguitatem sortis absolverat, togæ prætextæ usum munus impera-  
visse. Vetustatis peritissimi referunt in rapiu Sabinaruna unam mu-  
lierem nomine Hersiliam, dum adheret filiæ, simul raptam : quam  
cum Romulus Hosto cuidam ex agro Latino, qui in asylum ejus  
confugerat, virtute conspicuo uxorem dedisset ; natum ex ea puerum  
ante-

antequam alia illa Sabinarum partum ederet; eumque, quod primus esset in hostico procreatus Hostum Hostilium à matre vocatum, & eundem à Romulo bulla aurea ac prætextæ insignibus honoratum. is enim cum raptas ad consolandum vocasset, spopondisse fertur se ejus infanti, quæ prima sibi civem Romanum esset enixa, illustre munus daturum. Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum ut cordis figuram in bulla ante pectus annexerent; quam insipientes ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent, togamque prætextam his additam; ut ex purpure rubore ingenuitatis pudore regerentur. Diximus unde prætexta. adjecimus & causas quibus aestimatur concessa pueritæ. nunc idem habitus quo argumento transferit in usum nominis paucis explicandum est. Mos antea senatoribus fuit in curiam cum prætextatis filiis introire. cum in senatu res major quæpiam consultabatur; eaque in posterum diem prolata esset: placuit ut hanc rem, super qua tractavissent, ne quis enuntiaret priusquam decreta esset. mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percunctatur filium, quidnam in senatu egissent patres. puer respondit tacendum esse, neque id dici licere. mulier fit audiendi cupidior. secretum rei & silentium pueri animum ejus ad inquirendum everberat. querit igitur compressius violentiusque. tum puer urgente matre lepidi atque festivi mendacii consilium capit. actum in senatu dixit utrum videretur utilius magisque è republica esse, unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. hoc illa ubi audivit, animo compavescit; domo trepidans egreditur; ad cæteras matronas afferit postridieque ad senatum copiosa matrumfamilias caterva confluunt: lacrymantes atque obsecrantes orant<sup>4</sup> una potius ut duobus nupta fieret, quam ut uni duæ. senatores ingredientes curiam, quæ illa mulierum intemperies, & quid sibi postulatio isthæc vellet, mirabantur; & ut non parvæ rei prodigium illam verecundi sexus impudicam insaniam pavescebant. Puer Papirius publicum metum demit, nam in medium curiae progressus quid ipsi mater audire institisset, quid matri ipse simulasset, sicut fuerat, enarrat. senatus fidem atque ingenium pueri exosculatur; consultumque facit uti posthac pueri cum patribus in curiam non introeant præter illum unum Papirium; eique piero postea cognomentum honoris gratia decreto inditum, *Prætextatus*; ob tacendi loquendique in prætextæ ætate prudentiam. hoc cognomentum postea familiæ nostræ in nomen hæsit, non aliter dicti Scipiones: nisi quod Cornelius, qui cognominem patrem luminibus carentem pro baculo regebat, *Scipio cognominatus*,

<sup>4</sup> Una potius ut duobus nupta foret, quam uni duæ. | Scivit apud Aristeonem Apolligenes Epistola xi. lib. 2. Αλλ' εἴ τι μείζην οἱ ἔρωτες τῷ ιοῦν συμπλέκεται εὐδαιμονίας πόνος, στοχεύεται τοις διαβολοῖς.

γνωστας ευφρετος αιλαλεις id est, Sed utinam, sicut diversi in animo meo conversantur cupidines, ita & mulier utraque, sine amio labore possent convivere. Pont.

nomen ex cognomine posteris dedit. sic Messala tuus, Aviene, dicitus à cognomento Valerii Maximi? qui postquam Messanam urbem Sicilie nobilissimam cepit, Messala cognominatus est. Nec mirum si ex cognominibus nata sunt nomina: cum contra & cognomina ex propriis sint tracta nominibus; ut ab Æmilio, Æmilianus, à Servio Servilianus. Hic subjicit Eusebius: Messala & Scipio, alter de pietate, de virtute alter, ut refert, cognomina repopererunt, sed Scropha & Asina, quæ viris non mediocribus cognomina sunt, volo dicas unde contigerint; cum contumelie quam honori propria videantur. Tum ille: Nec honor nec injuria sed casus fecit hæc nomina, nam Asinæ cognomentum Cornelii datum est, quoniam princeps Corneliae gentis empto fundo, seu filia data marito, cum sponsores ab eo sollemniter poscerentur, asinam cum pecunia onere produxit in forum quasi pro sponsoribus præsens pignus. Tremellius vero Scropha cognominatus est eventu tali. is Tremellius cum familia atque liberis in villa erat: servi ejus, cum de vicino scropha erraret, surrepram confidit. vicinus advocatis custodibus omnia circumvenit, ne qua efferri possit; isque ad dominum appellat restitui sibi pecudem. Tremellius, qui ex villico rem comperisset, scrophæ cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat. quæstionem vicino permittit. cum vnguentum est ad cubiculum: verba jurationis concipit nullam esse in villa sua scropham, nisi istam, inquit, quæ in centonibus jacer; lectulum monstrat. ea facetissima juratio. Tremellio Scrophæ cognomentum dedit.

<sup>8</sup> A Servio Servilianus. | Neque Servius proprium nomen familiæ fuit in republica, ut Æmilianus; neque à Servio Servilianus. Nihil utroque falsius. Et tamen vulgatum occurrit in Ms. & Andreae Vesaliensi, Ca-

merarii, Stephani, utraque Pontani editionibus. In sola anni 1607, anonymo praefide, inventio à Servilio, quod procudubio verum. Gronov.

## C A P. VII.

De Saturnaliorum origine ac vetustate; ubi & alia quedam obiter perstringuntur.

DUM ista narrantur: unus à famulitio, cui provinciæ erat admittere volentes dominum convenire, Euangelum adesse nuntiat cum Dysario; qui tunc Romæ præstare videbatur ceteris medendi artem professis. corrugato indicavere vultu plerique de confidentibus Euangeli interventioni ocio suo inamoenum minusque placido convenienti congruentem. erat enim amarulenta dicacitate, & lingue protervæ, mendacii procax, ac securus offendarum, quas sine delectu cari vel non amici in se passim verbis odia ferentibus provo-

<sup>1</sup> Et lingua proterva, mendacii procax, ac scripto, & veniente quoque cufis; Et lingua securus offendarum. | Haec iterum Cl. V. proterve mordaci, procax & securus offendarum. Stephani lectio, quam reliquimus. Germani Pont. tuor iugend, imo germana plane, que in-

cabat,

cabat. Sed Prætextatus, ut erat in omnes æque placidus ac mitis, ut admirerentur missis obviis imperavit, quos Horus ingredientes commodum consecutus comitabatur, vir corpore atque animo juxta validus: qui post innumeras inter pugiles palmas ad philosophicæ studia migravit; sectamque Antisthenis & Crateris atque ipsius Diogenis secutus, inter Cynicos non incelebris habebatur. Sed Euangelus, postquam tantum cœtum assurgentem sibi ingressus offendit, Casus ne, inquit, hos omnes ad te, Prætextate, contraxit; an altius quiddam cui remotis arbitris opus sit cogitatur ex disposito convenientis? quod si ita est, ut æltimo; abibo potius quam me vetris miscebo secretis; à quibus me amovebit voluntas, licet fortuna fecisset irruere. Tum Vettius, quamvis ad omnem patientiam constanter animi tranquillitate firmus, <sup>2</sup> non nihil tamen <sup>3</sup> consultatione tam proterva motus, Si aut me, inquit, Euangele; aut hæc innocentie lumen cogitasses: nullum inter nos tale secreum opinarere; quod non vel tibi vel etiam vulgo fieri dilucidum posset; quia neque ego sum immemor, nec horum quemquam inscius credo sancti illius præcepti philosophicæ; sic loquendum esse cum hominibus tamquam dñi audiant, sic loquendum cum dis tamquam homines audiant. cujus secunda pars sancit, ne quid à dis petamus quod velle nos indecorum sit hominibus confiteri. nos vero, ut & honorem sacris feriis haberemus, & vitaremus tamen torporem feriandi, <sup>4</sup> atque otium in negotium verteremus, convenientius diem totum doctis fabulis velut ex symbola conferendis daturi. nam, si per sacra sollemnia rivos deducere nulla Religio probibet. si salubri fluvio mersare oves fas & jura permittunt: cur non religionis honor putetur dicare sacris diebus sacrum studium literarum? sed, quia vos quoque deorum aliquis nobis additos voluit, facite, si volentibus vobis erit, diem communibus & fabulis & epulis exigamus: <sup>5</sup> quibus ut omnes hodie qui praesentes sunt aquiescant impletatum teneo. Tunc ille: Supervenire

<sup>2</sup> Non nihil tamen consultatione tam proterva motus | Lego inscriptione t. p. Meurs.

<sup>3</sup> Consultatione tam proterva. | Id est, interrogatione tam proterva. Et ita à voce iterum usus est cap. 16. De hoc quoque quod Hori mystri consultatio non tenet, item cap. 17. à consultatione oraculorum, item cap. 2. lib. 7. Saturnal. Qui vult amanere esse consultor. id est, interrogator. Et ibid. cap. 4. Crateris ex filo consultationis ejus interrogandi constitueretur exemplum. Quod monitum volui, ne quis alios mutantes sequatur. Pontian.

<sup>4</sup> Atque otium in negotium verteremus. | Anglicanus, & item editio vetus: in negotium utile. Idem.

<sup>5</sup> Quibus ut omnes hodie, qui praesentes sunt acquiescant, impletatum teneo. | Apud Festum est, Impletum, impletatum. Id

porro in transuersu dictum sit, formularem videi fusse loquitionem præcis. Si impertrari posset, non impertrari potest, ab auspiciis ductam, in quies impetrare five impetrare id erat, quod in Sacrificiis litare. Plautus, quod dico, Casina exultit, Nolo ames. St. Non potest impertrari. & alibi saepius. Curculo hinc emulanda videtur scena, Data viam, ubi editum:

Recte hic monstrat, si imperare possit. & attentatum viris eruditis, se imperare posse, sed sequentia qui cogitat, minime id hue facere facile videat. Ptolemaeus itaque, quod innui, verum esse, si imperare possit. Nam & à vulgato, quia literis, vix abit; qua sententia, potunc continua illa verba:

Nam ita nunc mos viget,  
Ita nunc servitum est, profecto modus ha-  
beri non potest. Idem.

fabulis non evocatos haud equidem turpe existimatur: verum sposte irruere in convivium aliis præparatum, nec ab Homero sine nota vel in fratre memoratum est. & vide ne nimium arroganter tres tibi velis Menelaos contigisse, cum illi tanto regi unus evenerit. Tum omnes Prætextatum juvantes orare blandeque ad commune invitare consortium: Euangelum quidem sèpius & maxime, sed nonnumquam & cum eo pariter ingressos. Inter hæc Euangelus petitu omnium temperatus, M. Varronis, inquit, librum vobis arbitror non ignotum ex satyris Menippeis, qui inscribitur: **N E S C I S.** **Q U I D. V E S P E R. V E H A T.** in quo convivarum numerum hac lege definit, ut neque minor quam Gratiarum sit, neque quam Musarum numerosior. hic video, excepto rege convivii, tot vos esse quorū Musæ sunt. quid ergo perfecto numero quæritis adjiciendo? & Vertius, Hoc, inquit, nobis præsentia vestra præstabit, ut & Musas impleamus & Gratias: quas ad festum deorum omnium principis æquum est convenire. Cum igitur consedissent: Horus Avicenum intruens, quem familiarius frequentare solitus erat. In hujus, inquit, Saturni cultu, quem deorum principem dicitis, ritus veter ab Ægyptiorum religiosissima gente dissentit. nam illi neque Sanumn nec ipsum Serapint reciperant in arcana templorum, usque ad Alexandri Macedonis occulum. post quem tyrannide Ptolemeorum presi, hos quoque deos in cultum recipere Alexandrinorum more, apud quos præcipue eolebantur, coacti sunt. ita tamen imperio partnerunt; ut non omnino religionis sue observata confundarent. nam quia numquam fas fuit Ægyptiis pecudibus aut sanguine, sed precibus & ture solo placare deos; his autem duobus advenis hostiae erant ex more mactandæ: fana eorum extra pomœrium locaverunt; ut & illi sacrificii solemnis sibi cruore colerentur, nec tamen urbana tempora morte pecudum polluerentur. nullum itaque Ægypti oppidum intra muros suos aut Saturni aut Serapis fanum recepit. **\*** horum alterum? vix ægreque à vobis ad-

**\* Horum alterum vix agre admissum audi.** | Editiones tamen præter Stephanus, omnes, & Ms. vix ægreque. Illud nihilominus, & magis si libri auctoritas juvet, omnino amplectendum. Apulcius sic exultasse videatur, curiose sedulo, lib. 1. Et ego curiose sedulo arbitratus jugulum comitis. Nec aliter fortasse Carillus.

Et hoc pessima se puella vidit

Jacobe lapide rovere divis.

Nam in scripto fuit, jacobe lapide; quod tamen tuerit eruditissimus castigator, quem videto. **Idem.**

**H**orun alterum vix ægreque à vobis admissum audi. | **Vix agre,** non ut est editum **vix ægre,** rectior lectio sit. Suntque locutiones p̄fīcē, **vix agre;** **curiose sedulo;** **jacobe lepidi;** Quorum hoc postremum Ca-

tulli est, quamvis aliter explicare olim conatus est Scaliger, sed perperam. Nam referenda hæc ad parela, seu ea que in oratione abundant, & elegantiam tantum causâ, non verò necessario ponuntur; ut *aians quoque*, apud Plautum; *quoque &*, apud Virgilium *Aeneidos* 1; Ergo propterea, Terent. Hecyra; Ergo igitur, Apuleius; *Quamvis licet*, Cicero. Cuiusmodi plura attulit V. Cl. Aufusina Popina in eo libro, quem edidit De usu antiquæ locutionis. Quibus addi superiora ista aliquæ possunt. *Scrivere.*

**\* Vix ægreque.** | Notaverat Scrivarius, & appositis allorum verbis approbaverat copulam à Stephano omisam. Ecce Isaciüs, quo & sibi Hylas dictus esset, cum in reliquis omnibus Macrobius suum ad Stephanum velut amulsum compонeret, nunc cdi- missum

missum audio : Saturnum vero vel maximo inter ceteros honore celebratis. si ergo nihil est quod me hoc scire prohibeat volo in medium proferatur. Hic Avienus in Prætextatum exspectationem consulentis remittens, Licer omnes, ait, qui affunt pari doctrina polleant ; sacrorum tamen Vettius unice conscient potest tibi & originem cultus, qui huic deo penditur, & causam festi sollemnis aperire. Quod cum Prætextatus in alios refundere tentasset: omnes ab eo impetraverunt ut ipse differeret. tunc ille silentio facto ita exorsus est. Saturnaliorum originem illam mihi in medium proferre fas est ; non quæ ad arcanam divinitatis naturam refertur, sed quæ aut fabulosis admixta differit, aut à physicis in vulgus aperitur, nam occultas & manantes ex meri veri fonte rationes ne in ipsis quidem sacris enarrari permittitur. sed si quis illas assequitur ; continere intra conscientiam rectas jubetur. Unde quæ sciri fas est Horus noster licebit mecum recognoscat. Regionem istam, quæ nunc vocatur Italia, regno Janus obtinuit. qui ut Higinus Protarchum Trallianum secutus tradit, cum Camele æque indigena <sup>9</sup> terram hanc ita participata potentia possidebant ; ut regio Camelse, oppidum Janiculum vocitaretur. Post ad Janum solum regnum redactum est ; qui creditur geminam faciem prætulisse ut quæ ante quæque post tergum essent intueretur. quod proculdubio ad prudentiam regis sollertiaque referendum est, qui & præterita nosset & futura prospiceret, sicut <sup>10</sup> Antevorta & Postvorta divinitatis scil. aptissimæ comites apud Romanos coluntur. Hic igitur Janus, cum Saturnum classe pervectum exceperet hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum & rudem ante fruges cognitas victimum in melius redigisset, regni eum societate muneravit. cum primus quoque æra signaret ; servavit & in hoc Saturni reverentiam, ut, quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte sui capitinis effigies, ex altera vero navis exprimeretur ;

tiones præter Stephani omnes & Ms. cau-  
fatur. Addit, si libri auctoritas juver, om-  
rino illud amplectendum. Forte tum non  
faftidiendum putarem. Sed cur ille tam im-  
periore? Quid in Macrobius valent exempla  
aliorum ? ille autem nunc breviter absolute-  
que, manifeste clareque, pressi pureque, plene  
& docte, nunc ratiocinaliter vereque, sepe  
ac libenter, satis abundeque, benigne ac liben-  
ter, dilucide ac plane, & infinita talia nusquam  
omisili copia. Et tamen, his non confide-  
ratis, Pontanus ait illud nihilominus am-  
plectendum. Imo necessario mutandum nos  
putamus, & judicem ei ferimus vel ipsum  
Macrobius, quem debuit diligenter adhibere. Is autem lib. 1. Somnii cap. 7.  
ille velut divinum secutus oraculum commissu-  
prælio, amissis suorum plurimis, vix egregie

in castra remeavit. Gronov.

<sup>8</sup> Et manentes ex meri veri fonte rati-  
ones. | Deleverint τὸ μέρις ut natum ex  
voce fequenti. Meurs.

<sup>9</sup> Terram hanc ita participata potentia pos-  
sidebant. | Melius v. c. possidebat. Meurus.  
Εὐδίδειτο Meurus, cum ex v. c. possidebat  
profet, melius opinatus. Janus cum Camele,  
possidebant ut Remus cum fratre Quirino jure  
dabant. Gronov.

<sup>10</sup> Antevorta & Postvorta divinitatis sci-  
licet aptissima comites. | Videbat referre  
Anglicanus ille venus, divinarum scilicet.  
Quod quæramus. In Fastis est :

Porrima placatur, Postvortagne, sive soror  
res

Sive fuga comites Manali Diva sua. Ione.

<sup>11</sup> quo Saturni memoriam in posteros propagaret. ita fuisse signatum hodieque intelligitur in aleæ lusu: cum pueri denarios in sublimi jactantes, <sup>12</sup> capita aut navia, lusu teste vetustatis exclamant. Hos una concordesque regnasse vicinaque oppida communi opera condidisse, præter Maropem qui refert,

*Faniculum hisc, illi fuerat Saturnia nomen:*

etiam illud in promptu est, quod posteri quoque duos eis continuos menses dicarunt, ut December sacrum Saturni, Januarius alterius vocabulum possideret. Cum inter haec subito Saturnus non comparuisset: excogitavit Janus honorum ejus augmenta. ac primum terram omnem ditioni suæ parentem Saturniam nominavit: aram deinde cum sacris tamquam deo condidit, quæ Saturnalia nominavit. tot seculis Saturnalia præcedunt Romanæ urbis æstatem. observari igitur eum iussit majestate religionis quasi ritæ melioris auctorem. simulacrum ejus indicio est; cui falcem insigne messis adjectit. Huic deo insertiones surculorum pomorumque educationes & omnium cuiuscemodi fertilium tribuunt disciplinas. Cyrenenses etiam, cum rem divinam ei faciunt, fiscis recentibus coronantur, placentisque mutuo missitant, mellis & fructuum repertorem Saturnum æstimantes. <sup>13</sup> Hunc Romani etiam Stercutum vocant; quod primus stercore fœcunditatem agris comparaverit. Regni ejus tempora felicissima feruntur cum propter rerum copiam, tum etiam quod nondum quisquam servitio vel libertate discriminabatur. quæ res intelligi potest, quod Saturnalibus tota servis licentia permittitur. Alia Saturnaliorum causa sic traditur. Qui erant ab Hercule

<sup>11</sup> Quo Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. ita fuisse signatum. In codem planius; *Es ita fuisse signatum.* Hinc Naso:

*At bona posteritas poppim signavit in ore,  
Hospiti adventum testificata Dei. Id.*

<sup>12</sup> Capita aut navia. Affinis huic lusu ille Augusti, per imper. Gracis est ζεύς ἡ δύναμι. Navia autem ποτίκηνa enīga inter. Vide & Festum, qui lignum excavatum interpretatur ut navia. *Idem.*

<sup>13</sup> Hunc Romani etiam Stercutum vocant. | Scriptus, sterguius, quod valer, stercus. Solemnis enim veteribus communatio fuit literatim G. C, item C. Q. Noratu hec passim excellentissimi ingēnis, imo eratorum ab iisdem talium acervi multoties eliminati latifundiis bonorum scriptorum. Et fallor? an nobis etiamnum unum alterum reliquum factum? Existat Catulliano Epithalamio Manlii & Julie:

*Non tenui levis in mala  
Deditus vir adultera,  
Præbra turpia perseguens  
A tuis teneris vales  
Scribubare gapitu.*

Sed lectio scripta & verus est, Proca, turpia perseguens. Unde indubie fecerunt, praqua, (*turpia perseguens*) scriptorum furerat, proca, quomodo aca pro aqua, item, cead pro quaed, & similia, antiqua fere semper scriptio est. A mente vero ista, non abit quod mox in Epigrammatibus:

*Nec pra me velle tenere jovem: De lege vero pedis non est quod quis jam dubitet.*

nam aliquoties inferit (pondamus). statim, *Lusisti nucibuo, lobet*  
*Jam servire Thalassio.*

Alterum deinde quod innuo legitur Elegia ad Manlium.

*Nam mihi quam dederit duplex Amathia  
sa carum*

*Scitis, & in quo me torueris genere.*  
Ubi, in quo genere Grecorum more possum, qui *ce molis idēa.* Et valde blanditur. Supsicabar nihilominus in quo me torueris genere, pari cum Macrobiano hoc errore, G. pro C. quomodo etiam in Glossario, *gras* & *graſſum* pro *cras*, *crassum.* Sed ut hoc supsicari tamen obiter libeat, ita prius praefare non vertat. *Idem.*

in Italia relicti, ut quidam ferunt, irato quod incustoditum fuisse  
armentum, ut nonnulli aestimant, consulto eos relinquentे ut aram  
suam atque eadem ab incursionibus tuerentur. hi ergo, cum à latro-  
nibus infestarentur, occupato edito colle Saturnios se nominaverunt,  
quo ante nomine etiam idem collis vocabatur. & quia se hujus  
dei senserunt nomine ac religione tutos; instituisse Saturnalia fe-  
runtur, ut agrestes vicinorum animos ad majorem sacri reverentiam  
ipsa indicti festi observatio vocaret. Nec illam causam, quæ Sa-  
turnalibus assignatur, ignoro: quod Pelasgi, sicut Varro memorat,  
cum sedibus suis pulsi diversas terras petiverint, confluxerunt pleri-  
que Dodonam, & incerti quibus haerent locis ejusmodi accepere  
responsum:

*Στήριστο μαίωνες<sup>14</sup> Σικαλῶν Σατυρίαν αἶνον*

*‘Ηλύ ‘Ασσεργάνεαν Κοπῆλιν εὐράσθ οχεῖται,*

*‘Ε Αἴ, ἀναυμχέετες Λικέτιλις ὄπημψατε φόβον,*

*Καὶ καραλᾶς<sup>15</sup> Αδην, καὶ τῷ πατεῖ πίμπητε φῶτα.*

acceptaque forte, cum Latium post errores plurimos appulissent,  
in lacu Cutyliensi enatam insulam deprehenderunt. amplissimus  
enim cespes sive ille continens limus seu paludis fuit, coacta com-  
page, virgultis & arboribus in silvæ licentiam comptus jactantibus  
<sup>16</sup> per amnum fluctibus vagabatur; ut fides ex hoc etiam Delo fa-  
cta sit, quæ celsa montibus vasta campis tamen <sup>17</sup> per maria am-  
bulabat. hoc igitur miraculo deprehenso has sibi sedes prædictas  
esse didicerunt: vastisque Siciliensis incolis occupavere regionem,  
decima prædæ secundum responsum Apollini consecrata, erectisque  
Diti' scelto & Saturno ara: cujus festum Saturnalia nominarunt.  
cumque diu humanis capitibus Ditem & virorum victimis Satur-  
num placare se crederent propter oraculum in quo erat;

*‘Ε Καὶ καραλᾶς<sup>18</sup> Αδην καὶ τῷ πατεῖ πίμπητε φῶτα:*

Herculem ferunt potea cum Geryonis pecore per Italiam rever-  
tentem, suasisse illorum posteris ut faustis sacrificiis infausta mutarent,

<sup>14</sup> Σικαλῶν Σατυρίαν. | In v. c. Σα-  
τυρίαν. Meurs.

<sup>15</sup> Εἰς ἀναυμχέετες. | Mellus in v. c.  
dicit. Nam Aborigines intelligit. Meursius.

<sup>16</sup> Per amnum fluctibus vagabatur. | De  
Cutyliensi lacu loquitur, quem an amnum  
recte dixerimus, cogitamus. Calamo exar-  
ratus, per omnem lacum. Vetuste editio,  
per omne mare. Res tanci non est: moni-  
tum volui tamen. Pont.

<sup>17</sup> Per maria ambulabat. | Iterum idem  
vederes: migrabat. Idem.

<sup>18</sup> Καὶ καραλᾶς<sup>19</sup> Αδην καὶ τῷ πατεῖ πίμ-  
πητε φῶτα. | In Lactantio tamen est, καὶ  
καραλᾶς καραδῆ. At abnuit Macrobius,  
qui dicem capitulo, Saturnum vero virtutis

ait placatum. "Adη, itaque in Firmiano re-  
fingendum sit; & τῷ πατεῖ Saturnum de-  
notaverit. Idem. Quid audio? Macrobii  
quia Ditem capitibus, Saturnum viris ait pla-  
catum, abnuit Lactantii scripturam, que  
Kepidēs habet pro "Adē"? & propterea re-  
fingendum id in Firmiano? Ubi ergo pri-  
morum Deorum genealogia & nomina? Quasi "Adē" non esset Kepidēs. Omnino  
certam putamus Lactantii lectionem, & ut-  
troque Macrobii loco "Adē" videtur fuisse  
explicatio glosse Kepidēs: nam ita, pre-  
terquam apud Lactantium, legitur & apud  
Dionysium Halicarnassum, & Stephanum in "Apostolice", qui de Dionysii lectione du-  
bitari non permittit. Giano.

inferente;

inferentes Diti non hominum capita sed <sup>19</sup> oscilla ad humanam effigiem Arte simulata; & aras Saturnias <sup>20</sup> non mactando viros sed accessis luminibus excolentes: quia non solum virum sed & lumina ~~per~~<sup>21</sup> significat. inde mos per Saturnalia missitandis cereis coepit. alii cereos non ob aliud mitti putant, quam quod hoc principe ab incomi & tenebrosa vita quasi ad lucem & bonarum artium scientiam editi sumus. Illud quoque in literis invenio; quod, cum multi occasione Saturnaliorum per avaritiam à clientibus ambitione munera exigenter, idque onus tenuiores gravaret: <sup>22</sup> Publicius tribunus plebi tulit, non nisi ditionibus cerei missitarentur. Hic Albinus Cæcina subjecit: Qualem nunc permutationem sacrificii, Prætextate, memorasti, invenio postea Compitalibus celebratam; cum ludi per urbem in compitis agitabantur, restituti scilicet à Tarquinio Superbo Laribus ac Maniæ, ex responso Apollinis: quo præceptum est ut pro capitibus, capitibus supplicaretur. idque aliquandiu observatum, ut pro familiarium sospitate <sup>23</sup> pueri mactarentur Maniæ deæ matri Larum. quod sacrificii genus Junius Brutus consul Tarquinio pulso aliter constituit celebrandum. <sup>24</sup> nam capitibus allii & papaveris supplicari jussit, ut responso Apollinis satisficeret de nomine capitum; remoto scilicet scelere infauste sacrificeionis: <sup>25</sup> factumque est ut effigies Maniæ suspense

<sup>19</sup> Oscilla ad humanam effigiem arte simulata. | Libens describo, formulata, id erit, ficta & formata. Sapiente haec vox in melioribus libris corrupta. Petronio redonda videatur pag. 29. ubi vulgariter:

Mox ubi ridendas inclusa pagina pareret,  
Vera radix facies, dissimilata perit.

Nec effugit Nobiliss. viri Douze scumen. Videl enim inverte dictione ista, deformata, vericuli totius mentem. Repositæ idcirco apposite, assimilata. Sed de germanitate vocis cum cogito, putem ex reliqui scripture veteris, rescribendum ut innui desuntata, rara quidem, sed, ita Musa placeat, ut digna Petronio dictione. Quid ni enim ea, ut, deformo, depongo, defiguro, & talia? Horatius lib. Epist. 2. Aus alius Lysippe ducet ora, Fortis Alexandri valorem similitudine, vulgo est simulacrum. Pont.

<sup>20</sup> Non mactando viros. | Sic, quas inspexi, ediciones. Chartaceus tamen viro. Quod sane verba oracula defiderant, & rejectum appareret ab illis, qui non adverterant singulis paginis à Cicero & Livio ejusmodi, ablativos liberenter ponit, ut defendenda pace, dimittendis adversariis, &c. Gronov.

<sup>21</sup> Publicius tribunus plebi tulit, non nisi ditionibus. | Leggo ex conjectura, &c v. c. tribunus plebei tulit, ut non n. d. Genitivus antiquus plebei. Meurs.

<sup>22</sup> Pueri mactarentur Mania deæ. | Interpretæ vetus Persii: Manum dicit deformos & ignatos. eo quod Mania dicuntur indecori vultus persona, quibus pueri terreguntur. Pont.

<sup>23</sup> Nam capitibus allii & papaveris supplicari jussit. | Forte hoc allusum Satyrico:

—Si non  
Prædictum ter manus caput graueoris alli. Et quod statim addit Macrobii, Periculum si quod immineres familiis, expirare, non absuribile videatur. quod iterum, quem dixi, Persii interpretæ ad illud; ovunque pericula rapto, ita enarrat: Sacerdotes qui explorandi pericula sacra faciebant, obseruare solebant evan igni impositum, utrum in capite an in lateribus defudaret. Si autem rapto effluxerat, periculum ei portendebat præ factum fuisse, vel rei familiari ejus. Pont.

<sup>24</sup> Factumque est ut effigies Mania suspensa. | Fuit cum de mendio hunc locum spectum habui, nunc tamen mens milii longe alia. De effigiebus Maniae in compitis suspendi solitus quod ait, sciendum ex langues fuisse, & duplices quidem, has viriles, illas muliebres, que pro liberorum capitibus ponebantur, nam pro servorum pilis. Precantes Maniam & Lares ut simulacris his & pilis contenti vivis parerent. Meurs.

pro singulorum soribus periculum, si quod immineret familiis, expiarerent: Iudosque ipsos ex viis compitorum in quibus agitabantur Compitalia appellaverunt. sed perge cetera. Tum Prætexanus: Bene & opportune similis emendatio sacrificiorum relata est. sed ex his causis que de origine hujus festi relaxe sunt apparet, Saturnalia vetustiora esse urbe Romana: adeo, ut ante Romanam in Græcia hoc sollemne coepisse L. Accins in annalibus suis referat his versibus:

*Maxima pars Grajum Saturno & maxime Athene  
Conficiunt sacra, qua Cronia esse iterantur ab illis;  
¶ Enique diem celebrant: & per agros urbesque fere omnes  
Exercent epulis lati: famulosque procurant  
Quisque suos: nostrique istidem. & mos traditus illinc  
Iste, ut cum domini: famuli epulentur ibidem.*

<sup>25</sup> Enique diem celebrant: per agros urbesque fere omnes | Accii versus est ex annalibus. Sed cur tam sollicitate appicum, fari omnes? an historicæ fide, an qua alia re? An glicanus diserte, urbesque per annos. Deinde imque, pro enique fecero, ut fiat illud Festi: *Nis antiqui dicebant pro nobis, sicut pro suam, in pro eum. Glass. Em. auctori, sic auctori. Pono.*

Enique diem celebrant | Lego: Enique d.

c. Nam em pro eum veteres dicebant, sicut endem pro eundem. Male apud Festum, Emen, eundem. Endem, endem, c. Ad Macrobium quod attinet, ingenue fatetur, magis placere lectionem v. c. Enique diem c. Matur.

<sup>26</sup> Per agros urbesque per omnes | Sic lego cum Pontano, & præterea: famulosque procurant Quisque suos; nostrique istidem est mos traditus illinc. Gron.

## C A P. VIII.

*De templo Saturni, deque bis que in hujus æde aut imagine visuerunt;  
& quomodo intelligenda sint ea que de hoc deo fabulose dici consueverunt.*

**N**unc de ipso dei templo pauca referenda sunt. Tullum Hostilium, cum bis de Albanis, de Sabinis tertio triumphasset, interveni fanum Saturno ex voto consecravisse; & Saturnalia tunc primum Romæ instituta, quamvis Varro libro sexto, qui est de sacris ædibus, scribat ædem Saturni ad forum faciendam locasse L. Tarquinium regem; Titum vero Larcium dictatorem Saturnalibus eam dedicasse. <sup>1</sup> Nec me fugit Gellium scribere senatum decreuisse ut ædes Saturni fieret: eique rei L. Furium tribunum militum præfui-

<sup>1</sup> Nec me fugit Gellium scribere | Ne quid erres lector, non est hic Aulus Gellius Noct. Attic. scriptor, cuius simia Macrobius: sed C. Gellius & Annalium, cuius meminit infra cap. 16. & lib. 3.c. 17. Restituendum hoc nomen Atticarum Noctium scriptori lib. 18. cap. 12. ubi male. Cu. Vellias in Annalibus, &c. Lego Cn. Gellius. Vide eundem in A. Gel- lium lib. 8. cap. 13. lib. 13. cap. 21 & Cen-

lorum cap. 17. Manuf.

<sup>2</sup> Senatum decreuisse | Quod maxime, ut pote à preva manu, debuit Stephanus 202<sup>2</sup>. id Macrobio obcurrit, & Securus est Pontanus. Editi omnes autem cum de Ms. decesserint. Sic supra dixit flesto, supplesto, scrisse, implesso, consummato, & amonens in his antiquis im lus suis omnibus is notus. Gron.

isse.

isse. <sup>3</sup> Habet aram & ante senatum illic Græco ritu capite aperito res divina fit: quia primo à Pelaſgis, post ab Hercule ita eam à principio factitatem putant: <sup>4</sup> Ædem vero Saturni ararium Romani esse voluerunt, quod tempore quo incoluit Italianam fertur nullum in ejus finibus furtum esse commisum: aut quia sub illo nihil erat cuiusquam privatum;

*Nec signare solum aut partiri limite campum*

*Fas erat in medium quarebant.*

ideo apud eum locaretur populi pecunia communis; sub quo fuissent cunctis universa communia. Illud non omiserim, Tritonas cum buccinis, fastidio Saturni ædis superpositos: quoniam ab ejus commemoratione ad nostram ætatem historia clara & quasi vocalis est; ante vero muta & obscura & incognita. quod testantur caude Tritonum humi mersæ & absconditæ. Cur autem Saturnus ipse in compedibus visatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit. verum mihi Apollodori lectio sic suggerit: Saturnum Apollodorus alligari ait per annum lano vinculo, & solvi ad diem sibi festum, id est, mensi hoc decembri: atque inde proverbium ductum; deos lano pedes habere. significari vero decimo mense semen in utero animatum in vitam grandescere: quod donec erumpat in lucem mollibus naturæ vinculis detinetur. est porro idem χρόνος καὶ χρήσις. Saturnum enim in quantum mythici fictionibus diltrahunt, in tantum physici ad quandam verisimilitudinem revocant. hunc aiunt absidisse Cæli patris pudenda: quibus in mare dejectis Venerem procreatam, <sup>5</sup> quæ à spuma unde coailuit *'Αφεδίη* nomen accepit. ex quo intelligi volunt cum chaos esset tempora non fuisse. siquidem tempus est tertia dimensio quæ ex coeli conversione colligitur,

<sup>6</sup> Habet aram & ante senatum | Onufrius in Urbe Roma, regione viii. quæ Forum Romanum appellata: Templum Saturnicorum erat, ubi erat ararium, ante quod erat anenum Silvani signum. Hic Macrobius locus pluribus alias à Scrivorio excutiebatur. Pont. Alii excusi: Et ante se canaculum. Illud ex scriptis est. Valerius quoque notavit lib. 2. cap. 2. Ubi ita constituerunt ejus verba: *Antra Senatorum statuonem eo loci paragebat qui hodieque Senatum appellatur.* Nec aliter Achilles Statius ad librum de illust. Grammaticis cap. 17. legend. censuit hunc Tranquilli locum; Statuam habet Praenoste, in inferiori fori parte, contra Senatum. In vet. impref. bemicylium est. Quid autem Senatum ex vel. Lampredi verbis liquet, qui in Heliogabalo inquit: *Fecit et in calle Quirinali Senatum, id est, mulierum senatum, in quo ante fuerat convenitus matronis, solemnibus tantum diebus, &c.* Pontan.

<sup>4</sup> Ædem vero Saturni ararium esse voluerunt quod | Aliam assignat causam in illud

Perfisi, Saturni quæ impulsæ era interpres vetus: *Es*, inquit, in ade Saturni condebatur rondon argento anroque signato. Unde ararium mons accepit. Interpreti assentitur & Cyprianus de Idolorum Vanitate: *Hic literas imprimere, hic signare numeros in Italiam primus instituit, unde ararium Saturni vocatur.* Pont.

<sup>5</sup> *Quæ à spuma unde coailuit, αφεδίη nomen accepit.* Arnobius non longe diffimilibus verbis; *Nanquid à nobis dicitur ex pelagi spuma et ex cali genitalibus amputata, Cytherea Veneris concretum coailissi candorem.* Eleganter. Sed & illud supra hanc ipsam deam decenti orationis velo in ejusdem Pervigilio:

*Tunc crypsis de superno, ac spumas Ponti è globo,  
Carulas inter catervas, inter et bipedes equi,  
Fecit undantem Dionem de maritis imbribus. Pont.*

tempus

tempus cœpit inde. ab ipso natus putatur *xp̄sθ*, qui, ut diximus *χειρθ* est. cumque semina rerum omnium post cœlum gignendrum de cœlo fluenter & elementa universa quæ mundo plenitudinem facerent ex illis seminibus funderentur: ubi mundus omnibus suis partibus membrisque perfectus est; certo jam tempore finis factus est procedendi de cœlo semina ad elementorum conceptionem. quippe quæ jam plena fuerant procreata. Ad <sup>6</sup> animalium vero aeternam propagationem ad Venerem generandi facultas ex humore translatæ est: ut per coitum maris feminæque cuncta deinceps generentur. Propter abscisionis pudendorum fabulam etiam nostri eum <sup>7</sup> Saturnum vocarunt, *τίλος τίλος*, quæ membrum virile declarat, veluti Sathimum. <sup>8</sup> unde etiam Satyros veluti Sathimnos, quod sint in libidinem proni, appellatos opinantur. falcam ei quidem putant attributam, quod tempus omnia metat, exsecet & incidat. hunc aiunt filios suos solitum devorare, eosdemque rursus evomere. per quod similiter significatur eum tempus esse; à quo vicibus cuncta gignantur absumenturque, & ex eo denuo renascantur. eundemque à filio pulsus quid aliud est, quam tempora senescentia ab his quæ post sunt nata depelli? Vinculum autem: quod certa legge naturæ connexa sint tempora; vel quod omnes fruges quibusdam vinculis nodisque alternentur. nam & falcam volunt fabulæ in Siciliam decidisse; quod sit terra ista vel maxime fertilis.

<sup>6</sup> Animalium vero aeternam propagationem | Orationis mensimo nec oratio stabit, nisi cum scripto scribes, ad animalium. Et ita, omisis aliorum ex conjectura divinationibus, reponi curavimus. *Idem.*

qua membrum virile declarat, veluti Sathimum. num V. c. veluti Saturnum. Facile veram lectionem restituo, v. *Saturnum*. Meurs.

<sup>8</sup> Unde etiam Satyros veluti Sathimnos | Vet. cod. *Satynos*. Eunendo *Satyras*. *Idem.*

<sup>7</sup> *Saturnum* vocitantes *τίλος τίλος*,

## C A P. IX.

*Qui deus Janus, deque variis ejus dei nominibus & potestato.*

**E**T quia Janum cum Saturno regnasse memoravimus, de Saturno autem quid mythici quid physici aestiment jam relatum est: de Jano quoque; quid ab utrisque jactetur in medium proferemus. Mythici referunt regnante Jano omnium domos religione ac sanctitate fuisse munitas: idcircoque ei divinos honores esse decretos, & ob merita introitus & exitus ædium eidem consecratos. Xenon quoque primo Italicon tradit Janum in Italia primum dis templa fecisse, & ritus instituisse sacrorum; ideo eum in sacrificiis præstationem meruisse perpetuam. quidam ideo eum dici bifrontem putant; quod & præterita sciverit, & futura providerit. Sed physici eum magnis consecrant argumentis divinitatis. nam sunt qui Janum eundem esse atque Apollinem & Dianam dicant, & in hoc uno utrumque exprimi nunquam affirment. Etenim, sicut Nigidius quoque refert,

*apud*

apud Græcos Apollo colitur qui Θυεζος vocatur: ejusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus & introitus demonstrantes potentem. idem Apollo apud illos & Ἀγριδες nuncupatur; quasi viis præpositus urbanis. illi enim vias, quæ intra pomeria sunt, ἀγριδες appellant. Dianæ vero ut Trivie viarum omnium iidem tribuunt potestatem. sed apud nos Janum omnibus præesse januis nomen ostendit, quod simile Θυεζης. nam & cum clavi ac virga figuratur: quasi omnium & portarum custos & rector viarum. proununtiavit Nigidius Apollinem Janum esse, Dianamque Janam; apposita, d, litera, quæ fæpe, i, literæ, causa decoris apponitur; ut, reditur, redibetur, redintegratur, & similia. Janum quidam solem demonstrari volant; & ideo geminum, quasi utriusque januæ coelestis potentem; qui exoriens aperiat diem, occidens claudat: invocarique primum, cum alicui deo res divina celebratur; ut per eum pateat ad illum cui immolatur accœsus, quasi preces supplicum per portas suas ad deos ipse transmittat. inde & simulacrum ejus plerunque fingitur: manu dextera trecentorum, & sinistra sexaginta & quinque numerum retinens; ad demonstrandam anni dimensionem, quæ præcipua est solis potestas. alii mundum, id est, cœlum esse voluerunt; Janumque ab eundo dictum, quod mundus semper eat dum in orbem volvit, & ex se initium faciens in se refertur. unde & Cœnnificius Etymorum libro tertio, Cicero inquit, non Janum sed Eanum nominat ab eundo. hinc & Phœnices in lacris imaginem ejus exprimentes draconem finxerunt in orbem redactum, caudamque suam devorantem; ut appareat mundum & ex seipso ali & in se revolvi. ideo & apud nos in quatuor partes spectat; ut demonstrat simulacrum ejus Faleris adiectum. <sup>3</sup> Gavius Bassus, in eo libro

<sup>3</sup> *Mana dextera trecentorum & sinistra sexaginta & quinque numerum retinens* | Est quidem haec anni perfecta dimensio, qualis à Cæsare constituta. At cum Numa, qui simulachrum hoc dedicavis, ccclv. columnando sciverit, malum cum Plinio legere, qui diserte lib. 34. cap. 7. Præterea, inquit, Janus geminus a rege Numa dicatus, qui pacis bellique argumento cultur, digitis ita figurari solet trecentorum quinquaginta quinque dierum nota, per significationem annus temporis, & ari se Deum inducit. Georgius tamen Codinus in Constantinopoli, ~~ad eum~~ ἀγέλης Læontius, cum Macrobius facit Post. Quid fieri igiur Macrobio cum tali lectione. Volumus, ut dixerit annum ex potestate solis dimensionum ccclv. dies habere? Hoc nec sobrius sermo, nec, ut ipse Macrobius alibi, scurrilis jocus audet. Proculdubio quotiescunque numerum dierum anni mutaverunt, etiam novos Janos erexerunt, digitorum positu pro ratione numerorum commutato: ut aliam Janum respexerit Plinius, aliam Macro-

bius, & cum eo Codinus. Gron.

<sup>2</sup> Ut demonstrat simulacrum ejus Phaleris adiectum | In Scripto erat, adalium. Quod alii cogitabunt. Camerarius Valerius divinat. Apud Stephanum de Urbibus est: σελαχε, τόπος Στενάλιας πλατύνησις. τὸ θύμονα παραποτήσει μαραύνει. Idem.

<sup>3</sup> Gavius Bassus | Eadem Scriverio non videtur cum viro clarissimo describendum Gabinius, quod id nominis nuspiem in veterum Inscriptionum monumentis, at sepius immo sepiissime Gavinius & Gavia occurrit. Quorum autoritate idem existimat apud A. Gellium lib. 3. cap. 6. legendum non Gabinius, sed Gavinius, quemadmodum integrum permanit nomen idem lib. 11. cap. 17. Noctium Atticarum. Post.

Gavius Bassus in eo libro quem de diis compausit | V. c. Caius Bassus. Lego, Gabinius B. ut & lib. 3. cap. 6. ex Agellio, ubi semper Gabinius est, nisi lib. 11. cap. 17. ubi male Gavini, ut hic. Apud Læontium quoque lib. 3. c. 22. est: C. Bassus. Scribo, G. Bassus. Meurs. queam

quem de dis composuit, Janum bifrontem fangi ait, quasi superum atque inferum janitorem; eundem quadriformem quasi universa clima tata maiestate complexum. Saliorum quoque antiquissimis carmineibus deorum deus canitur. Marcus etiam Messala Cn. Domitii in consulatu collega, idemque per annos quinquaginta & quinque augur, de Jano ita incipit: *Qui cuncta fingit eademque regit, aquæ terræque vim ac naturam gravem atque pronam in profundum dilabentem, ignis atque animæ levem immensum in sublime fugientem copulavit circumdato cœlo: quæ vis cœli maxima<sup>4</sup> duas vises disparest colligavit.* In sacris quoque invocamus Janum geminum, Janum Patrem, Janum Junonium, Janum Consivium, Janum Quirinum, Janum Patulcium & Clusivium. Cur geminum invocemus supra iam diximus. Patrem, quasi deorum deum; Junonium, quasi non solum mensis Januarii sed omnium mensium ingressus tenentem. in ditione autem Junonis sunt omnes Calendæ. unde & Varro libro quinto rerum divinarum scribit Jano duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas. Consivium, à conserendo, id est, à propagine generis humani, quæ Jano auctore conseritur; Quirinum, quasi bellorum potentem, ab hasta quam Sabini curim vocant; Patulcium & Clusivium, quia bello caulæ ejus patent, pace clauduntur. hujus autem rei hæc causa narratur. Cum bello Sabino, quod virginum raptarum gratia commissum est, Romani portam quæ sub radicibus collis Viminalis erat, quæ postea ex eventu Janualis vocata est, claudere festinarent, quia in ipsam hostes ruebant: postquam est clausa; mox sponte patefacta est: cumque iterum ac tertio idem contigisset; armati plurimi pro limine quia claudere nequibant custodes steterunt, cumque ex alia parte acerrimo proelio certaretur: subito fama pertulit fūsos à Tatio nostros. Quam ob causam Romani, qui aditum tuebantur, territi profugerunt. cumque Sabini per portam patentem irrupturi essent: fertur ex æde Jani per hanc portam magnam vim torrentium undis scatentibus erupisse; multasque perduellium catervas aut devoratas rapida voragine deperiisse. ea re placitum, ut belli tempore velut ad urbis auxilium profecto deo fores referantur. hæc de Jano.

<sup>4</sup> *Duas vises disparest colligavit | Αρχαίως | controuersiarum. In Macrobius vulgo, vires  
Salustius iii. Hist. Affuetum ad unnes vias | disparest. Pont.*

## C A P. X.

*Quo die Saturnalia celebrari consueverint, & quod primo uno tantum, deinde pluribus diebus sunt celebrata.*

**S**ED, ut ad Saturnalia revertamur, bellum Saturnalibus sumere nefas habitum, poenas à nocente idem diebus exigere piacularē est. Apud majores nostros Saturnalia die uno finiebantur; qui erat a. d. quartumdecimum Calendas Januarias. sed postquam C. Cæsar huic mensi duos addidit dies, sextodecimo copta celebrari. ea re factum est ut, cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullique à C. Cæsare inserto die & alii vetere more celebrarent, plures dies Saturnalia numerarentur. licet & apud veteres opinio fuerit septem diebus peragi Saturnalia; si opinio vocanda est quæ idoneis firmatur auctoribus. Novius enim probatissimus Atellanarum scriptor ait,

*Olim exspectata veniunt septem Saturnalia.*

<sup>3</sup> Memmius quoque, qui post Novium & Pomponium diu jacentem artem Atellaniam fuscitavit, *Nostrī*, inquit, *majores velut bene multa instituerū; hoc optime; A frigore fecere summo dies septem Saturnalia.* Sed Mallius ait eos qui se, ut supra diximus, Saturni nomine & regione defenderant, per triduum festos instituisse dies, & Saturnalia vocavisse. unde & Augustus, *bujus rei*, inquit, *opinionem secutus in legibus judiciariis triduo servari ferias jussit.* Masurius & alii uno die, id est, quarto decimo Calendas Januarias fuisse Saturnalia crediderunt: quorum sententiam Fenestella confirmat, dicens *Emiliā virginem quintodecimo Calendarum Januariarum esse damnatam.* Quo die, si Saturnalia gererentur, nec causam omnino dixisset. deinde adjecit: *Sequebantur eum diem Saturnalia.* mox ait, *Postero autem die, qui fuit tertius decimus Calendarum Januariarum, Liciniam virginem ut causam diceret jussam.* ex quo ostendit tertio decimo Calendarum profestum esse. duodecimo vero feriae sunt divas Angeroniae, cui pontifices in facello Volupiae sacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac animorum sollicitudines propitiaria depellat. Masurius adjicit simulacrum hujus deæ ore obligato atque signato in ara Volupiae propterea collocatum; quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perveniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Julius Modestus ideo sacrificari huic deæ dicit; quod populus Romanus morbo, qui angina dicitur, præmio voto fit liberatus. Undecimo autem Calendas feriae sunt

<sup>3</sup> Memmius | Gaius sive C. Memmius à Servio citatur de triumpho Luculli. Vide eum ex editione P. Danieli ad Maropem, *Mem. lib. 4. ad versum*

<sup>3</sup> *felleum jaspide fuligine*

*Ensis erat. Pont.*

*Mummius quoque qui post Novium | Lego. Memmius. Ejus meminerunt Agelius l. 19. c. p. 9. & Nonius, *Civis*, Meurt*

*Laribus*

Laribus consecratæ; quibus ædem bello Antiochi Æmilius Regillus prætor in campo Martio curandam vovit. Decimo Kalendas feriae sunt Jovis, quæ appellantur Larentinalia; de quibus, quia fabulari liber, hæ feræ opiniones sunt. Ferunt enim regnante Anco, ædituum Herculis per ferias otiantem, deum tesseris provocasse, ipso utriusque manum tuente: adjecta conditione ut victus cœna scorto que multaretur. viatore itaque Hercule illum Accam Larentiam per id tempus nobilissimum scortum intra ædem inclusisse cum cœna; eamque postero die distulisse rumorem quod post concubitum dei accepisset munus; <sup>2</sup> nec commodum primæ occasionis, cum se domum reciperet, offerendæ aspernaretur. evenisse itaque ut egressa templo mox à Carucio capto ejus pulchritudine compellaretur, cuius voluntatem secuta assumptaque nuptiis, post obitum viri omnium bonorum ejus facta compos, cum decederet populum Romanum nuncupavit hæredem. & ideo ab Anco in Velabro loco celeberrimo urbis sepulta est: ac solempne sacrificium eidem constitutum, quo dis manibus ejus per flaminem sacrificaretur. Jovique feræ consecratæ, quia æltimaverunt antiqui animas à Jove dari, & rursus post mortem eidem reddi. Cato ait Larentiam meretricio quælibet locupletatam post excessum suum populo agros Turacem, Semurium, Lutarium & Solinium reliquisse; & ideo sepulchri magnificentia & annuae parentationis honore dignatam. Macer historiarum libro primo Faustuli conjugem Accam Larentiam Romuli & Remi nutricem fuisse confirmat. Hanc regnante Romulo Carucio cuidam Tusco diviti denupram, auctamque hereditate viri, quam post Romulo quem educasset reliquit: & ab eo parentalia diemque festum causa pietatis statutum. ex his ergo omnibus colligi potest & uno die Saturnalia fuisse, & non nisi quartodecimo Kalendarum Januariarum celebrata: quo solo die apud ædem Saturni <sup>3</sup> convivio dissoluto Saturnalia clamitabantur; qui dies nunc Opalibus inter Saturnalia depatur, cum primum Saturno pariter & Opi fuerit adscriptus. Hanc autem deam Opem Saturni conjugem crediderunt; & ideo hoc mense Saturnalia itemque Opalia celebrari: quod Saturnus ejusque uxor tam frugum quam fructuum repertores esse credantur. itaque omni iam foetu agrorum coacto ab hominibus hos deos colique vitæ cultioris auctores; quos etiam nonnullis cœlum ac terram esse persuasum est; Saturnumque à satu dictum, cujus causa de cœ-

<sup>2</sup> Nec commodum prima occasioñ Melius v. c. ne commodum p. o. Idem.

<sup>3</sup> Convivio dissoluto Saturnalia clamitabantur | Camerarii & item editio priua: convivio solito. Forte, solito. Nam, dissolutus, ~~etiam~~ hic est. Deinde Anglicanus, non clamitabantur, sed comitabantur. An committebantur, quomodo ludos committere? Aut remotior potius vox fuit, scriptumque, commissabantur, vel, ut in Orthographicis

scribendum præcipit Velius Longus, comitabantur? Super tota voce ita Festus: Comitatio, inquit, à vīci, quos Graci κομίζει dicunt, appellatur quibus in locis alii quos convictus causa invitabant, Glossa Latinae, comitatum, ēi κωνταρ. Graecæ, κωνταρ, comitatum, comitatio. Aristophanes Plato: θύει δὲ ἐπὶ κωνταρ βασιλεῖς quod ita vertunt, videtur ad lascivium convivium ire. Pont.

lo est: & terram Opem, cuius ope humanæ vitæ alimenta quærun-  
tur; vel ab opere, per quod fructus frugesque nascuntur. Huic  
deæ sedentes vota concipiunt, terramque de industria tangunt; de-  
monstrantes & ipsam matrem esse terram mortalibus appetendam.  
Philochorus Saturno & Opi primum in Attica statuisse aram Cecro-  
pem dicit, eosque deos pro Jove terraque coluisse, instituisseque ut  
patres familiarum & frugibus & fructibus jam coactis passim cum  
servis vescerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure to-  
leraverant. delectari enim deum honore servorum contemplatu la-  
boris. hinc est quod ex instituto peregrino huic deo sacrum aperto  
capite facimus. abunde jam probasse nos æstimo Saturnalia uno tan-  
tum die, id est, quartodecimo Calendarum solita celebrari: sed post  
in triduum propagata primum ex adjectis à Cæsare huic mensi die-  
bus; deinde <sup>4</sup> ex edicto Augusti, quo trium dierum ferias Satur-  
nalibus addixit. à sextodecimo igitur copta in quartu indecum  
desinunt; quo solo fieri ante consueverant. sed Sigillariorum adje-  
cta celebritas, in septem dies discursum publicum & lètitiæ reli-  
gionis extendit.

<sup>4</sup> Ex edicto Augusti, quo trium dierum | em Saturnalibus, appellavique Juvenalmo.  
Et Caligula post, ut notat Suetonius, unum | Dio ix. Quintum Saturnalium hunc credidit.  
quoque adjectit. cap. i. y. Es us latissim pub- | Idem.  
licam in perpetuum quoque augera, adjectis di-

## C A P. XI.

Non esse contemnendam sortem Servorum, cum & dii horum curam ge-  
rant, & multos ex his fideles, providos, fortes; & philosophos quo-  
que fuisse constet: tum sigillariorum origo quæ fuerit.

TUNC Euangelus, Hoc quidem, inquit, jam ferre non possum,  
quod Prætextatus noster in ingenii sui pomparam & ostentatio-  
nen loquendi, vel paulo ante honoris alicuius dei assignari voluit,  
quod servi cum dominis vescerentur: quasi vero current divina de  
servis, aut sapiens quisquam domi sive contumeliam tam fœdæ socie-  
tatis admittat; vel Sigillaria, quæ lusum reptanti adhuc infantæ  
oscillis fictilibus præbent, tentat officio religionis adscribere, & quia  
princeps religiosorum putatur, nonnulla etiam superstitionis admis-  
cit, quasi vero nobis fas non sit Prætextato aliquando non credere.  
Hic cum omnes exhorruissent: Prætextatus renidens; Superstitiosum  
me, Euangele, nec dignum cui creditur æstimes volo, nisi utriusque  
tibi rei fidem ratio asserta monitraverit. &, ut primum de servis  
loquamur, joco ne an serio putas esse hominum genus quod di  
mortales nec cura sua sua nec providentia dignentur? ~~an~~ forte servos in  
hominum numero esse non pateris? audi igitur quanta indignatio  
de

de servi suppicio cœlum penetraverit. <sup>1</sup> anno enim post Romanam conditam quadringentesimo quadragesimo quarto, Autronius quidam Maximus servum suum verberatum patibuloque constrictum <sup>2</sup> ante spectaculi commissionem per circum egit. ob quam causam indignatus Jupiter, <sup>3</sup> Annio cuidam per quietem imperavit, ut senatui nuntiaret non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum. quo dissimilante; filium ipsius mors repentina consumpsit: ac, post secundam denunciationem, ob eandem negligentiam, ipse quoque in subitam corporis debilitatem solitus est. sic demum ex confilio amicorum letica delatus senatui retulit: & vix consummato sermone siue mora recuperata boga valetudine curia pedibus egressus eit. ex senatus itaque consulto & Mævia lege ad propitiandum Jovem <sup>4</sup> additus est illis Circensibus dies is, qui instauratius dictus est; non à patibulo ut quidam putant Græco nomine ἄνδρα σώματος, sed à redintegratione, ut Varro placet, qui instaurare ait esse initar novare. vides quanta de servo ad deorum sumnum cura pervenerit. tibi autem unde <sup>5</sup> in servos tantum & tam immane fastidium? quasi non ex iste dem tibi & content & alantur elementis, eundemque spiritum ab eodem principe carpant. vis tu cogitare eos quos jus tuum vocas, iste dem seminibus ortos eodem frui cœlo, æque vivere æque mori? servi sunt, imo homines. servi sunt, imo conservi. si cogitaveris tantum in utrosque licere fortunæ: tam tu illum videre liberum potes, quam ille te servum. nescis qua ætate Hecuba servire coepit, qua Croesus, qua Darii mater, qua Diogenes, qua Platon ipse? po-

<sup>1</sup> Anno enim post Romanam conditamccccxlvi  
Alii cccclxxiv. Meliores cclxv. Meurs.

<sup>2</sup> Ante spectaculi commissionem per circum  
egit | Recke dicit ante spectaculi commissionem, & consonat id cum reliquorum, qui eandem historiam enarrant, relatione. Sed ego in omniis, testem unicum vel emendationis vel in hoc Notarum mearum exordio omnis ergo Valerium producam. Ait is, lib. 1. cap. 7. Cum plebeis ludis quidam paterfamilias per circum Flaminium præfquam pompa induceretur, seruum suum verberibus malitatum, sub furca ad supplicium egisset. Ubi vox pompa ad rem Circensem idonea quidem; nec ea quæstioribus molestiae aut æctus quicquam attulisset, nisi codices casii sevi suggestissime ejus vicem eroma. Quod cum sitat & illiget etiam eruditissimos seduli nostri & in hoc scriptiori genere exercitatiissimos homines, operæ premium putavi de eodem per otium cogitasse. Et vide, velut insuffrance bono genio, haec mihi correctio desubito enata, præfquam acroama induceretur. Acroama Græca quidem dictio, sed circa Lepicule & ludis etiam à Latinis aptata. Docet vel Cicer pro Sestio: Ille ipse ludens non solum spectator, sed actor & acroama. Recke autem dixi in Ma-

crobo expressum, ante spectaculi commissionem, quia in ipsi commissionibus hujusmodi acroama habebantur. Senecca Epist. 85. In commissionibus nostris plus cantorum est, quam olim in theatris spectatorum fuit. Facit huc quoque Apuleius. l. 10. Ac dum iudicris scenicorum diuersi, primis spectaculis dedicantur. Pon.

<sup>3</sup> Anno cuidam per quietem imperavit | Super hominis hujus nomine inter Auctores diffensus est. Valerio, Livio, Plutarcho & Dionysio T. Latinus appellatus, Laetantius divinarum Institutionum 2. cap. 8. T. Atinianus extulit, & amplectitur Pighius, qui antiquam & plebeiam ait familiam Atiniatam. Certe Macrobius Scriptura parva ab hac Laetantii voce deviat; & corrupta porius censenda quam falsa. Idem.

<sup>4</sup> Additus est illis Circensibus dies is, qui instauratius dictus est | Vetus, dies isque instauratus. Idem.

<sup>5</sup> In servos tantum & tam immane fastidium | Plautus Milite: Ergo iste me morsu macerat, quod ille fastidius est. Anglicanus autem scriptus non immane legebatur, sed inane, quod palatio quidem non hebeti movendae sic saliver, Persius, O quantum est in rebus inane! Et Maro: inania marmara. Pon.

stremo quid ita nomen servitutis horremus? servus est quidem; sed necessitate: <sup>6</sup> sed fortasse libero animo servus est. hoc illi nocebit, si ostenderis quis non sit. alias libidini servit, alias avaritiae, alias ambitioni; omnes spei, omnes timori. & certe nulla servitus turpior quam voluntaria. at nos jugo à fortuna imposito subjacentem tanquam miserum vilemque calcamus: quod vero nos nostris cervicibus inserimus; non patimur reprehendi. invenies inter servos aliquem pecunia fortiorum. invenies dominum spe lucri oscula alienorum servorum manibus infigentem. non ergo fortuna homines aestimabo sed moribus. <sup>8</sup> sibi quisque dat mores: conditionem casus assignat. Quemadmodum stultus est qui emptus equum non ipsum inspicit sed stratum ejus ac frēnos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex ueste aut ex conditione, quæ modo uestis nobis circundata est, aestimandum putat. Non est, mi Euangele, quod amicum tantum in foro & in curia queras. si diligenter attenderis; invenies & domi tu modo vive cum servo clementer, comiter quoque & in sermonem illum, & nonnumquam in necessarium admittē consilium. nam & majores nostri omnem dominis invidiam, omnem servis contumeliam detrahentes, dominum patrem familias, servos familiares appellaverunt. colant ergo te potius servi tui, mihi crede, quam timere. Dicit aliquis nunc me dominos de fastigio suo dejicere, & quodammodo ad pileum servos vocare; quos debet dixi magis colere quam timere: hoc qui fenerit, obliviscetur id dominis parum non esse, quod dis fatis est. deinde qui colitur etiam amat: non potest amor cum timore misceri. unde putas arrogantisimum illud manasse proverbium, quo jactatur totidem hostes nobis esse quot servi? Non habemus illos hostes, sed facimus; cum in illos superbissimi, contumeliosissimi, crudelissimi sumus; & ad rabiem nos cogunt pervenire deliciae, ut, quicquid non ex voluntate respondit, iram furoremque evocet. Domi enim nobis animos induimus tyrannorum; & non quantum decet sed quantum licet, exercere volumus in servi. nam, ut cetera crudelitatis genera præteream, sunt qui, dum se mensæ copiis & aviditate distendunt, circumstantibus servi moveare labra nec in hoc quidem ut loquantur licere permittunt. <sup>9</sup> virga murmur omne compescitur: & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt ruffis, sternutamentum, singultus magno malo luitur. sic fit ut isti de do-

<sup>6</sup> Sed fortasse libero animo servus est. | Interpungo, & emendo, s. f. liber animo: servus est, hoc i. n. &c. Meurs.

<sup>7</sup> Alias ambitioni, omnes spei, omnes timori. | Seneca, ex quo haec; strictius: Alias ambitioni, omnes timori. Alias Macrobianum istud non absolum. Juvenal. Quid enim ratione timemus aut exprimus? Ubi spe & metus similiiter junguntur. Pont.

<sup>8</sup> Sibi quisque dat mores, conditionem casus

assignat. | Imo iuxta illud: SUI CUIQUE MORES FINGUNT FORTUNAM. In Seneca est, ministeria casus assignat. Epistol. 47. Idem.

<sup>9</sup> Virga murmur omne compescitur. | Juvenalis Sat. 14.

Hic latus argenteus, usus aspera torques alter,

Vix dimidi fremit infantis, virginemque tenetiss. Idem.

mino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. at illi, quibus non tantum præsentibus dominis, sed cum ipsis erat sermo quorum os non consuebat, parati erant cum domino porrigit cervicem, & periculum imminentis in caput suum vertere. in convivis loquebantur; sed in tormentis tacebant. Vis exercitas in servili pectori virtutes recenseamus: <sup>10</sup> primus tibi Urbinus occurrit: qui cum jussus occidi in Reatino lateret, latebris proditis, unus ex servis anulo ejus & veste insignitus in cubiculo, ad quod irruerant qui persequebantur, pro domino jacuit; militibusque ingredientibus cervicem præbuit, & ictum tamquam Urbinus exceptit. Urbinus postea restitutus monumentum ei fecit, titulo scriptionis qui tantum meritum loqueretur adjecto. Æstopus libertus Demothenis conscientius adulterii, quod cum Julia patronus admiserat, tortus diutissime perseveravit non prodere patronum; donec alii coarguentibus conscientiis Demosthenes ipse fateretur. & ne æstimes ab uno facile celari posse secretum: Labienum ope libertorum latentem, ut indicarent liberti nullo tormentorum genere compulsi sunt. Ac ne quis libertos dicat hanc fidem beneficio potius libertatis acceptæ quam ingenio debuisse; accipe servus in dominum benignitatem cum ipse à domino puniretur. Antium enim Restionem proscriptum solumque nocte fugientem, diripientibus bona ejus alius, servus cœpeditus inscripta fronte, cum post damnationem domini aliena esset misericordia solitus, fugientem persecutus est: hortatusque ne se timeret scientem contumeliam suam fortunæ imputandam esse non domino: abditumque ministerio suo aluit, cum deinde persequentes adesse sensisset; senem, quem casus obtulit, jugulavit, & in constructam pyram conjectit: qua accensa occurrit eis qui Restionem quærebant, dicens damnatum sibi poenas luisse, multo acrius à se vexatum quam ipse vexaverat: & fide habita Restio liberatus est. Capionein quoque, qui in Augulti necem fuerat animatus, postquam detecto scelere damnatus est, servus ad Tiberim in cista detulit, pervectumque Holtiam inde in agrum Laurentem ad villam patris nocturno itinere perduxit. Cumis deinde navigationis naufragio una expulsum dominum Neapoli dissimulanter occulit: exceptusque à centurione nec pretio nec minis ut dominum proderet potuit adduci.—Asinio etiam Pollione acerbe cogente Patavinos, ut pecuniam & arma conferrent, dominisq; ob hoc latentibus, præmio servis cum libertate proposito qui dominos suos proderent, constat servorum nullum viatum præmio dominum prodidisse. Audi in servis non fidem tantum sed & secundum bonæ inventionis ingenii.<sup>11</sup> Cum preme-

<sup>10</sup> Primus tibi Urbinus occurrit. | Lugo Urbinus ex Valerio Maximo lib. 6. cap. 8. Meurs.

<sup>11</sup> Cum premeret obsidio Grumentum. | Drumentum. Meuretus ad lib. 3. Seneca de Benef. legit Adrumentum, ut sit urbs

Africe. Sed tenuit Gruterus, qui ex hoc Macrobi & omnibus Senecæ scriptis libris retinet Grumentum. Et sunt Grumentini in Italia populus Lucanizæ regionis. De quibus Plinius & alii. Male est in bonullis editionibus. Cluenum. Pent.

ret obsidio Grumentum: servi relicta domina ad hostes transfuge-  
runt. capto deinde oppido impetum in domum habita conspira-  
tione fecerunt, & extraxerunt dominam vultu poenam minante, ac  
voce obviis afferente, quod tandem sibi data esset copia crudelem  
dominam puniendi: raptamque quasi ad supplicium obsequiis ple-  
nis pietate tutati sunt. Vide in hac fortuna etiam magnanimi-  
tatem exitum mortis ludibrio praeferentem. C. Vetrium. Pelig-  
num Italicensem comprehensum à cohortibus suis ut Pompeio tra-  
deretur servus ejus occidit; ac se, ne domino superstes fieret, in-  
teremit. C. Graccum ex Aventino fugientem Euporus servus, vel,  
ut quidam tradunt, Philocrates dum aliqua spes salutis erat indi-  
vulsus comes qua potuit ratione tutatus est: super occisum deinde  
animam scissis proprio vulnere visceribus effudit. Ipsum P. Scipi-  
onem Africani patrem, postquam cum Annibale confixerat, sau-  
cium in equum servus imposuit; & cæteris deferentibus, solus in ca-  
stra perduxit. Parum fuerit dominis præstitiſſe viventibus. Quid?  
quod in his quoque exigendæ vindictæ reperitur animositas? nam  
Seluci regis servus, cum serviret amico ejus à quo dominus fuerat  
interemptus, cœnanterem in ultionem domini confodit. Quid? quod  
duas virtutes, quæ inter nobiles quoque unice claræ sunt, in uno  
video fuisse mancipio, imperium regendi peritiam & imperium con-  
temnendi magnanimitatem; Anaxilaus enim Messenius, qui Mesa-  
nam in Sicilia condidit, fuit Rheginorum tyrannus. is cum parvos  
relinqueret liberos, Micitho servo suo commendasse contentus est.  
is tutelam sancte gessit; imperiumque tam clementer obtinuit, ut  
Rhegini à servo regi non dsignarentur. perductis deinde in æ-  
tatem pueris & bona & imperium tradidit. ipse parvo viatico  
sumpto profectus est; & Olympiæ cum summa tranquillitate con-  
senuit. Quid etiam in commune servilis fortuna profuerit non  
paucis docetur. Bello Punico, cum deessent qui scriberentur, servi  
pro dominis pugnaturos se polliciti in civitatem recepti sunt; &  
Volones, quia sponte hoc voluerunt, appellati. ad Cannas quoque  
victis Romanis octo milia servorum empta militaverunt: cumque  
minoris captivi redimi possent: maluit se respublica servis in tanta  
tempestate committere: sed & post calamitatem apud Thrasumenum  
notæ cladis acceptam libertini quoque in sacramentum vocati sunt.  
bello sociali cohortium duodecim ex libertinis conscriptarum opera  
memorabilis virtutis apparuit. C. Cæsarem, cum milites in ami-  
forum locum sublitteret, servos quoque ab amicis accepisse, & eoru-  
m fortis opera usum esse comperimus. Cæsar Augustus in Ger-  
mania & Illyrico cohortes libertinorum complures legit, quas vo-  
luntariæ appellavit. ac ne pures haec in nostra tantum contigisse  
respublica, Borysthenitæ oppugnante Zopyrone servis liberatis da-  
taque civitate peregrinis & factis tabulis novis hostem sustinere po-  
tuerunt. Cleomenes Lacedæmonius, cum mille & quingenti foli

Lace-

Lacedæmonii qui arma ferre possent superfuissent, ex servis manu-missis bellatorum novem milia conscripsit. Athenienes quoque consumptis publicis opibus servis libertatem dederunt, ac ne in solo virili sexu æstimes inter servos extitisse virtutes; accipe ancillarum factum non minus memorabile; nec quo utilius Reipublicæ in ulla nobilitate reperias. Nonis Juliis diem festum esse ancillarum tam vulgo notum est, ut nec origo nec causa celebritatis ignota sit. Junoni enim Caprotinæ die illo libere pariter ancilleque sacrificant sub arbore caprificio, in memoriam benignæ virtutis que in ancillarum animis pro conservatione publicæ dignitatis apparuit. nam post urbem captam cum sedatus esset Gallicus motus; resuplica vero esset ad tenue deducta: finitimi opportunitatem invadendi Romani nominis aucupati, præfecerunt sibi Postumium Livium Fidenatum dictatorem. qui mandatis ad senatum milis postulavit, ut si vellent reliquias lux civitatis manere, matres familie sibi & virgines dederentur. cumque patres essent in ancipiti deliberatione suspensi: ancilla nomine Tutela seu Philotis pollicita est se cum cæteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes ituram: habitu quematrum familias & virginum sumpto, hostibus cum prosequentium lacrymis ad fidem doloris ingesta sunt. quæ cum à Livo in castris diltributæ fuissent; viros plurimo viño provocaverunt, diem festum apud se esse simulantes. quibus soporatis; ex arbore caprificio quæ castris erat proxima signum Romanis dederunt. qui cum repentina incursione superassent: memor beneficii senatus omnes ancillas manu jussit emittri; dotemque iis ex publico fecit, & ornatum quo tunc erant usæ gestare concessit; diemque ipsum Nonas Caprotinas nuncupavit, ab illa caprificio ex qua signum vietoriae ceperunt: sacrificiumque statuit annua solennitate celebrandum, cui lac, quod ex caprificio manat, propter memoriam facti precedentis adhibetur. Sed nec ad philosophandum ineptum vel impar servile ingenium fuit. Phædon ex cohorte Socratica Socratique & Platonis perfamiliaris adeo, ut Plato ejus nomini librum illum divinum de immortalitate animæ dicaret, servus fuit forma atque ingenio liberali, hunc Cebes Socraticus hortante Socrate emisse dicitur, habuisseque in philosophiæ disciplinis, atque is postea philosophus illuistris emerit: sermonesque ejus de Socrate admodum elegantes leguntur. alii quoque non pauci servi fuerunt; qui post philosophi clari extiterunt. ex quibus ille Menippus fuit cuius libros M. Varro in satyris æmulatus est; quas alii cynicas ipse appellat Menipeas. <sup>12</sup> sed & Philostrati Peripatetici servus Pompelus & Zenonis Stoici servus qui Perseus vocatus est, & Epicuri cui Mys nomen fuit, philosophi non incelestres illa ætate vixerunt: Diogenes etiam cynicus, licet ex libertate in servitutem venum ierat,

<sup>12</sup> Sed & Philostrati Peripatetici servus Pompelus. | Emendo, Tocobræffii. P. s. Pompelus. Vide Gellium lib. 2. cap. 18. & D'ogenem Laëtrium lib. 5. in vitâ Theophrasti. Meurs.

Quem cum emere vellet Xeniades Corinthius, & quid artificii novissem percutatus esset; novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. <sup>13</sup> tunc Xeniades responsum ejus <sup>14</sup> demiratus emisit manu; filiosque suos ei tradens; Accipe, inquit, liberos meos quibus imperes. De Epictero autem philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria quam ut possit inter oblitterata nesciri. cuius etiam de se scripti duo versus feruntur: ex quibus illud laenter intelligas, non omnimodo dis exosos esse, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur; sed esse arcanae causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

**Δοῦλος Ἐπίκτη οὐδέποτε, καὶ σωματικός,  
Καὶ μείνεις Ἰππός καὶ φίλος αἰσθάνετος.**

Habes, ut opinor, assertum non esse fastidio despiciendum servile nomen; cum & Jovem tetigerit cura de servo, & multos ex his fideles, providos, fortes, philosophos etiam extixisse constituerit. Nunc de sigillaribus, ne ridenda me potius aestimes quam sancta dixisse, paucis recensendum est. <sup>15</sup> Epicadus refert Herculem occiso Geryone, cum victor per Italiam armenta duxisset, <sup>16</sup> ponte, qui nunc sublicius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulacra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluvium demisisse: ut aqua secunda in mare devecta, pro corporibus defunctorum veluti patriis sedibus redderentur, & inde usum talia simulactra fingendi inter sacra mansisse. Sed mihi hujus rei origo verior aestimatur, quam paulo ante memini. retulisse. Pelagos, postquam saelicio interpretatio capita non viventium sed fictilia, & φῶναι aestimationem non solum hominem sed etiam lumen significare docuisse, coepisse Saturno cereos potius ascendere, & in facellum Ditis aræ Saturni cohærens oscilla quædam pro suis capitulo ferre: ex illo traditum ut cerei Saturnalibus missitarentur, & figilla arte fictili fingerentur ac venalia pararentur; quæ homines pro se atque suis piaculum pro. Dite Sagurno facerent. ideo Saturnalibus talium commerciorum coeptra celebritas septem occupat dies; quos tamen feriatos facit esse non festos omnes. nam medio, id est, tertiodecimo Kalendas festum probavimus: & aliis hoc assertionibus ab his probatum est, qui rationem anni, mensium dierumque & ordinationem à C. Cæsare digestam plenius retulerunt.

<sup>13</sup> Tunc Xeniades responsum ejus demiratus emisit manu. | Quomodo manu misit quem nondum emerat? Emendo emisit, & misit manu. Idem.

<sup>14</sup> Demiratus emisit manu. | Mallet Scriptorius, emisit, & misit manu. Pont.

<sup>15</sup> Epicadus refert Herculem occiso Geryone. | An eaque ipse intellegat de illustri-

bus Grammaticis Tranquillus? Cornelius Epicadus, inquit, Lucii Corn. Sulla. Dictatoris libertus, calatorque Sacerdotio angustali. Idem.

<sup>16</sup> Ponte qui nunc Sublicius dicitur | Emendo Lactantium l. 1. cap. 21. ubi male, Ut in Tiberim de ponte Milvio miseretur. Sciro, de ponte Sublicio m. Meurs.

## C A P. XII.

*Quemodo annum ordinaveris Romulus.*

Cumque hic facere veleret finem loquendi, subiecit Aurelius Symmachus; Pergin, Prætextate, eloquio tam dulci de anno quoque edissertare antequam experiaris molestiam consulentis; si quis forte de præsentibus ignorat quo ordine vel apud priscos fuerit vel certioribus postea regulis innovatus sit? ad quod descendum ipse mihi videris audientum animos incitasse de diebus mensi additis differendo. tum ille eodem ductu orandi reliqua contexit. Anni certus modus apud solos semper Ægyptios fuit. aliarum gentium dispari numero pari errore nutabat. & ut contentus sim referendo paucarum morem regionum, <sup>3</sup> Arcades annum suum tribus mensibus explicabant. Acarnanes sex; Græci reliqui trecentis quinquaginta quatuor diebus annum proprium computabant. Non igitur mirum in hac varietate Romanos quoque olim auctore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum; <sup>4</sup> qui annus incipiebat à Martio, & conficiebatur diebus trecentis quatuor: ut **sex** quidem menses, id est, Aprilis, Junius, Sextilis, September, November, December tricenum essent dierum; quatuor vero, Martius, Maius, Quintilis, October, tricens & singulis expedirentur: qui hodieque septimanas habent Nonas, cæteri quintanas. Septimanas autem habentibus ad idibus revertebantur Kalendæ. a. d. diem septimumdecimum. verum habentibus quintanas a. d. octavumdecimum remeabat initium Kalendarum. Hæc fuit Romuli ordinatio; qui primum anni mensem genitori suo Marti dicavit, quem menem anni primum fuisse vel ex hoc maxime probatur, quod ab ipso Quintilis quintus est, & deinceps pro numero nominabantur. Hujus etiam prima die ignem novum Vestæ aris accendebant: ut incipiente anno cura denuo fervandi novati ignis inciperet. eodem quoque ingrediente mense tam in regia curia atque Flaminum domibus laureæ veteres novis laureis mutabantur. eodem quoque mense & publice & privatis ad Annam Perennam sacrificatum iur; ut annate perennareque commode

<sup>1</sup> Eodem ductu orandi reliqua contexit. | Vetus, contexit. Glossarius, contexit expositus. Pontan.

<sup>2</sup> Pari errore nutabat. | Pessime ali mu-tabant. Gronov.

<sup>3</sup> Arcades annum suum tribus mensibus explicabant. | Ex Horis ut putatur instituto. Censorinus, Sunt qui tradant, hunc annum prime strem Horon instituisse, cognos ver, aga-

tem, autumnum, hiemem, & annus dici & Græcos annales Horos, eorumque scrip-tores Horegraphoi. Imo & Dani nostrates (quod per occasionem dictum sit) diterit hodieque Oer pro anno & vulgo frequentant. Idem.

<sup>4</sup> Qui annus incipiebat à Martio. | Vetus idem & editiones priscæ, Quia annus. Id,

liceat.

liceat.<sup>5</sup> Hoc mense mercedes exsolvebant magistris, quas completus annus deberi fecit: comitia aulicabantur; vectigalia locabant: & servis coenas apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus illæ, ut principio anni ad promptum obsequium honore seruos invitarent;<sup>6</sup> hi, quia gratiam perfecti operis exsolverent. Secundum mensem nominavit Aprilem ut quidam putant cum adspiratione, quasi Aphrilem; à spuma quam Græci afron vocant, unde orta Venus creditur. & hanc Romuli fuisse afferunt rationem; ut primum quidem mensem à patre suo Marte, secundum ab Æneæ matre Venere nominaret: & hi portissimum anni principia tervarent, à quibus esset Romani nominis origo; cum hodieque in sacris Martem patrem, Venerem genitricem vocemus. alii putant Romulum vel altiore prudentia, vel certi numinis providentia ita primos ordinasse menses, ut, cum præcedens Marti esset dicatus deo plerunque hominum necatori, ut Homerus naturæ conscius ait,

"Ἄγες Ἀρες βεστολοιχὲ, μαϊόνες, τει χοτελῆτα,

secundus Veneri dicaretur, quæ vim ejus quasi benefica leniret, nam & in duodecim Zodiaci signis, quorum certorum numismatum domicilia creduntur, cum primum signum aries Marti assignatus sit: sequens inox Venerem, id est, taurus accepit. & rufus è re-gione scorpius ita divisus est, ut deo esset utriusque communis. nec estimatur ratione caelesti carere ipsa divisio. siquidem aculeo velut potentissimo telo pars armata posterior domicilium Martis est. priorem vero partem, cui ζυρδις apud Græcos nomen est, nos libram vocamus, Venus accepit; quæ velut jugo concordi jungit matrimonia amicitiasque componit. Sed Cincius in eo libro, quem de Fastis reliquit, ait imperite quosdam opinari Aprilem mensem antiquos à Venere dixisse; cum nullus dies festus nullumque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem à majoribus institutum sit: sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris illa, ut cæterorum caelestium, laus celebretur. Cincio etiam Varro consentit, affirmans nomen Veneris ne sub regibus quidem apud Romanos vel Latinum vel Græcum fuisse; & ideo non potuisse mensem à Venere nominari: sed cum, fere ante æquinoctium vernum triste sit cælum & nubibus obductum; sed & mare navigantibus clausum, terræ etiam ipsæ aut aqua aut pruina aut nivibus contingantur, eaque omnia verno, id est, hoc mense, aperiantur, arbores quoque nec minus cætera quæ continent terra aperire se in

<sup>5</sup> Hoc mense mercedes exsolvebant magistris, quas completus annus deberi fecit. | Juvenal.

Hac, inquit, cures, & cum se verterit annus;

Accipe, viator populus quod postularat, aurum.

Mercedem autem hanc fuisse quinque aureos, anno at ibidem interpres vetuis. Idem.

<sup>6</sup> Hi quis gratiam. | Cl. Salmasius legit: bi quasi gratiam. Vide Exercit. Plinianas pag. 18. ex verbis Solini, Idem.

**germen incipient** : ab his omnibus mensem Aprilem dici merito credendum est quasi aperilem, sicut apud Athenienses ~~et dissemelav~~ idem mensis vocatur ab eo quod hoc tempore cuncta florescant. Non tamen negat Verrius Flaccus hoc die potea constitutum, ut matronæ Veneri sacrum facerent: cuius rei causam, quia huic loco non convenit, prætereundum est. Maium Romulus tertium posuit, de cuius nomine inter autores lata dissensio est, nam Fulvius Nobilior in Fastis, quos in æde Herculis Musarum posuit, Romulum dicit postquam populum in maiores junioresque divisit, ut altera pars consilio, altera armis rem publicam tueretur, in honorem utriusque partis hunc Maium, sequentem Junium vocasse. sunt qui hunc mensem ad nostros fastos à Tusculanis transisse commemorent, apud quos nunc quoque vocatur deus Maius, qui est Jupiter, à magnitudine scilicet ac maiestate dictus. Cincius mensem nominatum putat à Maia, quam Vulcani dicit uxorem; argumentoque utitur quod flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic deæ rem divinam facit, sed Piso uxorem Vulcani Majestam non Maiam dicit vocari. contendunt alii Maiam Mercurii matrem mensi nomen dedisse; hinc maxime probantes, quod hoc mense mercatores omnes Maiae pariter Mercurioque sacrificant. Affirmant quidam, quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Maiam cui mense Maio res divina celebratur terram esse, hoc adeptam nomen à magnitudine; sicut & mater magna in sacris vocatur: assertionemque ælminationis suæ etiam hinc colligunt, quod sus prægnans ei macatur, quæ hostia propria est terræ: & Mercurium ideo illi in sacris adjungi dicunt; quia vox nascenti homini terræ contactu datur. Scimus autem Mercurium vocis & sermonis potentem. Auctor est Cornelius Labeo <sup>8</sup> huic Maiae ædem Calendis Maiis dedicatam sub nomine bonæ deæ: & eandem esse Bonam deam & terram ex ipso ritu occultiore facrorum doceri posse confirmat: hanc eandem Bonam deam Faunamque & Opem & Fatuam pontificum libris indigitari. Bonam; quod omnium nobis ad victimum bonorum causa est. Faunam; quod omni usui animantium favet. Opem; quod ipsius auxilio vita constet. Fatuam à fando; quod, ut supra diximus, infantes partu editi non prius vocem edunt, quam attigerint terram. Sunt qui dicant hanc deam potentiam habere Junonis, ideoque sceptrum regale in sinistra manu ei additum, eamdem alii Proserpinam credunt, porcaque ei rem divinam fieri: quia segetem quam Ceres mortalibus tribuit porca depasta est. alii ~~χθονίαν ἔργητιν~~: Boeoti Se-

<sup>7</sup> Merito credendum est | Conjeceram esse, quia haec quoque ut praecedentia dependent à superioribus, Varro consentit affirmans. Vide nunc à Stephano appositum verbum est, tanquam Cincii ipsius aut Macrobia sit Collectio. Potius tamen, licet ej addicat MS. in charta, sequerer vett. editiones, que neutrum habent. Gronov.

<sup>8</sup> Haec Maia adem | Haudquaquam fastidio, quod fecerunt nuperi, veterum exemplarium & MS. scripturam: haec Maia, id est, terra adem. Ubique enim hic auctor ita se exponit. Et sic cap. 15. Regina facrorum, id est, regis uxor porcam, &c. Invenies in prioribus Stephano: ille cum Pontano quatuor voces exegit. Gronov.

melam

melam credunt, nec non eandem Fauni filiam dicunt; obstatque voluntati patris in amorem suum lapsi, ut & virga myrtle ab eo verberaretur, cum desiderio patris nec vino ab eodem pressa cessisset: transfigurasse se tamen in serpentem pater creditur, & coisse cum filia. horum omnium <sup>9</sup> hæc proferuntur indicia <sup>10</sup> quod virgam myrtleam in templo haberi nefas sit; quod super caput ejus extendatur vitis, qua maxime eam pater decipere tentavit, quod vinum in templum ejus non suo nomine soleat inferri, sed <sup>11</sup> vas in quo vinum inditum est mellarium nominetur, & vinum lac nuncupetur; serpentesque in templo ejus nec terrentes nec timentes appareant. Quidam Medæam putant; <sup>12</sup> quod in ædem ejus omne genus herbærum sit, ex quibus antistites dant plerumque medicinas: & quod templum ejus virum introire non liceat, propter injuriam quam ab

<sup>9</sup> Hac proferuntur indicia | Olim fuit: hoc proferunt indicis: Et cur mutatum? Gron.

<sup>10</sup> Quod virgam myrtleam in templo haberi nefas sit | Scriptis antiquis rituum talium rationes & causas Butas. Arnobius super eadem hac re lib. 5. Cum ei divinam rem malieres faciant, unni amphora constitutior obiecta, nec myrtleas fas est infigere verbena, sicut suis scribit in consilium Butas. Porro in Macrobius quod sequitur, Vas, in quo vinum inditum est, mellarium nominetur, indubie corrigendum legendumque, miliarium. Glossa, in auctor, χαλκέον, οὐλα, ενευμ, miliarium. Glossa Lat. miliarium Θρησκευτικος corrupte. Faciendum fors, Θρησκευτικος. Sed ab aliis Εἰρηπίης laudatum invenio; quod præfero. Pont.

<sup>11</sup> Vas in quo vinum inditum, mellarium | Conjectavimus miliarium, causa duplice. Primum mellarium non vas aut poculum sit, quale intellegundum hic, sed (ut Varto docet) μιλιτρόποτος est. Deinde Arnobius vas aliquod requiri, quod liquorem recipiat, perixerit: qui diserte, amphoram dixit constitui objectum. Verba superius posuimus. Nec video quomodo receptæ lectiōni patrocinetur quod de sacerdotibus hujus Deæ, quasi apes ex dicta, adferri possit. Tamen videbimus. Pont.

Vas in quo vinum inditum est mellarium nominetur | Vir Clarissimus Theod. Cantores retulit mihi malle se miliarium, quod & Poorano meo viſum, qui id ipsum tanquam oraculum aliquod merdicus retinet. Certe nolim: Sed expéndamus. Miliarium in balneo locum habebat forinsecus inter foliorum spatia. Palladius lib. 1. cap. 42. Miliarium vero plumbum, cui area pasina subest, inter foliorum spatia forinsecus statuimus fornace subiecta, ad quod miliarium fistula frigidaria dirigatur, & ab hoc ad folium familiæ magnitu-

dimis fistula procedat, qua tantum, &c. Lib. 4. vero cap. 8. Vas ancum miliario simile, id est, atum & Auguſtum, vespere inter alvearia collocemus, & in fundo eius panarium lumen accensum. Legendum; vas ancum mellarium simile. Erant autem Mellaria eadem que Alvearia. Varro de Re Rust. lib. 3. cap. 16. Meliælōnæ ita facere oportet, quos alii μιλιτρόποτα appellant, eadem quidem mellarium. Appellabatur vero vas illud vinarium Bonæ dea sacris inferni solitum Adelictum, qua ratione sacerdotes ejus miliatas. Porphyrius lib. de Nymph. antro: Τὰς Διωργ. (hæc eadem cum Bonâ dea) ιστεῖσαι τῆς θύσεως θύσιδας, μιλιατας ει ταλαιπωρεια της. Euripidis Scholia ad Hippolytum: Τὰς ιστεῖσαι (Διωργ.) μελίσσεις ει καλεσι παντας. Callimachus Hymn. 2. Δηλοὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες οὐδὲ ποτέ μελισσας μελιατας.

Ita autem dicitz à Melissæ filiis Melissæ Cretenium regis, ut ex Didymi libris Ιερῷς μελισσῶν memorat Lactantius lib. 22. his verbis: Didimus in libris Ιερῷς μελισσῶν ait Melissa Cretenium regem primam diu sacrificasse, ac ritus novos factorumque pompa introduisse. Hujus duas suissæ filias, Amaltheiam & Melissam, quæ Jovem pacrum caprone latte ac melle nutririunt, unde poetæ illa fabula originem sumptis, aduluisse apes, atque ex pueri melle complesse. Melissam vero à patre primam sacerdotem Matri magna constitutam, unde adhuc ejusdem Matris antistites Melissæ nuncupatur. Hæc ad defensionem loci hujus Macrobiani, quam spero cordatum lectorem non rejecturum. Quæ vero injuria est, & balneis miliarium inferre sacris; quod neque balneatores amittere, neque admittere sacerdotes velint? Judgeate. Mens.

<sup>12</sup> Quod in ædem ejus omne genus herbærum sit | In ædem pro, in adi, Archæismus est. Pont. in-

ingrato viro Jasone perpeffa est. Hæc apud Græcos ὁ Στόλος γυναικεία dicitur; quam Varro Fauni filiam esse tradit adeo pudicam, ut extra γυναικείην numquam sit egressa, nec nomen ejus in publico fuerit auditum, nec virum umquam viderit, nec à viro vila sit: propter quod nec vir templum ejus ingreditur. Unde & mulieres in Italia sacro Herculis non licet interesse; quia Herculi, cum boves Geryonis per agros Italæ duceret sicuti respondit mulier, aquam se non posse præstare, quod fæminarum deæ celebraretur dies, nec ex eo apparatu viris guttare fas esset. propter quod Hercules facturus sacram detestatus est præsentiam fæminarum, & Potitio ac Pinario sacrorum custodibus jussit ne mulierem interesse permetterent. ecce occasio nominis, quo Maiam eandem esse & Terram & Bonam deam diximus, coegerit nos de Bona dea quæcumque comperimus protulisse. Junius Maium sequitur aut ex parte populi, ut supra diximus, nominatus, aut, ut Cincius arbitratur, quod Junonius apud Latinos ante vocatus, diuque apud Aricinos Prænestinosque hac appellatione in factos relatus fit: adeo ut, sicut Nisus in commentariis fastorum dicit, apud majores quoque nostros hæc appellatio mensis diu manserit: sed post detritis quibusdam literis ex Junonio Junius dictus fit. nam & ædes Junoni Monetæ Calend. Junii dedicata est. Nonnulli putaverunt Junium mensem à Junio Bruto, qui primus Romæ consul factus est, nominatum: quod hoc mense, id est, Calendis Junii, pulso Tarquinio sacrum Carnæ deæ in Cælo monte voti reus fecerit. Hanc deam vitalibus humanis præesse credunt. ab ea denique petitur ut jecinora & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salva conservet. & quia cordis beneficio cuius dissimulatione Brutus habebatur idoneus emendationi publici status extitit, hanc deam quæ vitalibus præst templo sacravit. cui pulte fabacia & larido sacrificatur; quod his maxime rebus vires corporis roborentur. nam & Calenda Juniae fabarie vulgo vocantur: quia hoc mense adultæ fabæ divinis rebus adhibentur. Sequitur Julius, qui cum, secundum Romuli ordinationem Martio anni tenente principium, Quintilis à numero vocaretur; nihilominus tamen etiam post præpositos à Numa Januarium ac Februarium, retinuit nomen; cum non videretur jam quintus esse, sed septimus. sed postea in honorem Julii Cæsaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. filio consule, Julius appellatus est; quod hoc mense a. d. quartum Idus Quintiles Julius procreatus sit. Augustus deinde est, qui Sextilis ante vocatus est, donec honori Augusti daretur ex senatusconsulto. cuius verba subjici:

CUM IMPERATOR. CÆSAR. AUGUSTUS. MENSE. SEXTILI. ET PRIMUM. CONSULATUM. INIERIT. ET. TRIUMPHOS. TRES. IN. URBEM. INTULERIT. ET. EX. JANICULO. LEGIONES. DEDUCTÆ. SECUTÆQUE. SINT. EJUS. AUSPICIA. AC. FIDEM. SED. ET. ÆGYPTUS. HOC.  
MENSE.

MENSE. IN. POTESTATEM. POPULI. ROMANI. REDACTA. SIT. FINISQUE HOC. MENSE. BELLIS. CIVILIBUS. IMPOSITUS. SIT. ATQUE. OB. HAS. CAUSAS. HIC. MENSIS. HUIC. IMPERIO. FELICISSIMUS. SIT. AC. FUERIT. PLACERE. SENATUI. UT. HIC. MENSIS. AUGUSTUS. APPELLETUR. <sup>13</sup> Item plebiscitum factum ob eandem rem, Sexto Pacubio tribuno plebem rogante. <sup>13</sup> Mensis September principalem sui retinet appellationem; quem Germanici appellatione, Octobrem vero suo nomine Domitianus invaserat. sed ubi infautum vocabulum ex omni ære vel lasso placuit eradi; menses quoque <sup>15</sup> usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. cautio potea principum cæterorum dirimoniis infauta vitantium mensibus à Septembri usque ad Decembrem prisca nomina reservavit. Hæc fuit à Romulo annua ordinata dimensio, qui, sicut supra jam diximus, annum decem mensum, dierum vero quatuor & trecentorum habendum esse instituit; mensesque ita disposuit, ut quatuor ex his tricenos singulos, sex vero tricenos haberent dies. Sed cum is numerus neque solis cursui neque lunæ rationibus conveniret: nonnumquam usum veniebat ut frigus anni æstivis mensibus, & contra calor hiemalibus proveniret. quod ubi contigisset: tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur absumi; quantum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus instanti mensi aptus inveniretur.

<sup>13</sup> Item plebiscitum factum ob eandem rem. | Non auscultandum Camerarii seu verutis editionibus, idem plebiscitum legendibus. Disparati enim debent, plebiscitum & senatus consultum. Idem.

<sup>14</sup> Mensis September principalem sui retinet appellationem; quem Germanici appellatione, Octobrem vero suo nomine Domitianus invaserat. | In aliis tere omnibus editionibus est: retinet appellationem ex Germanicas appellatione. Octobrem vero. Firmat priorem lectiōnē illud Suetonii in Domitiano: Post autem duos triumphos, Germanici cog-

nomine assumpso, Septembrem mensam & Octobrem, ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavist; quod altero suscepisset imperium, altero natus esset. Hinc ejusdem hæc verba in Caligula: As in memoriam patris, Septembrem mensam Germanicum appellavit. Idem.

<sup>15</sup> Usurpatione tyrannica appellationis exsti. | Nisi auctor scriperit usurpationem. Lib. 1. in somn. cap. 13. Cum anima cupidissimum dulces infidias reliquaque omnes exarser paſſione. cap. 9. Si enim anima virtutes ipsas conscientia nobilitatis induit. Et pene semper. Gr.

## C A P. XIII.

*De ordinatione anni per Numam: & quæ causa fuerit intercaland: quoque tempore primum intercalatum sit.*

SED secutus Numa, quantum sub cœlo rudi & sæculo adhuc impolito, solo ingenio magistro comprehendere potuit, vel quia Græcorum observatione forsitan instructus est quinquaginta dies addidit ; ut in trecentos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim lunæ cursus confici credidit, annus extenderetur : atque his quinquaginta à se additis, adjecti alios sex retractos illis sex mensibus, qui tringinta habebant dies, id est, de singulis singulos ; factosque quinquaginta & sex dies, in duos novos menses pari ratione divisit, ac de duobus priorem Januarium nuncupavit, primumque anni esse voluit, tamquam bicipitis dei mensem, respicientem ac prospicientem transacti anni finem, futuriq; principia. Secundum dicavit Februio deo qui lustrationum potens creditur. Iultrari autem eo mensē civitatem necesse erat; quo statuit ut iusta dis Manibus solverentur. Numæ ordinationem finitimi mox fecuti totidem diebus totidemque mensibus, ut Pompilio placuit, annum suum computare cœperunt, sed hoc solo discrepabant ; quod menses undetricennum tricennumque numero alternaverunt. Paulo post Numa in honorem imparis numeri, secretum hoc & ante Pythagoram parturiente natura, unum adjecti diem quem Januario dedit ; ut tam in anno quam in mensibus singulis præter unum Februarium impar numerus servaretur. nam quia duodecim menses, si singuli aut pari aut impari numero putarentur, consummationem parem facerent: unus pari numero institutus universam putationem imparem fecit. Januarius igitur, Aprilis, Junius, Sextilis, September, November, December, undetricenis censebantur diebus, & quintanas nonas habebant : ac post idus in omnibus a. d. septimum decimum Calendas computabatur. Martius vero, Maius, Quintilis & October, dies tricenos singulos possidebant. nonæ in his septimanæ erant. similiterque post Idus, decem & septem dies in singulis usque ad sequentes Calendas putabantur, sed solus Februarius viginti & octo retinuit dies : quasi inferis & deminutio & par numerus conveniret. Cum ergo Romani ex hac distributione Pompili ad lunæ cursum, sicut Græci, annum proprium computarent ; necessario & interkalarem mensem instituerunt more Græcorum. nam & Græci, cum animadverterent temere se trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinasse annum (quoniam appareret de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante Zodiacum conficit, deesse anno suo undecim dies & quadrantem) interkalares stata ratione commenti sunt.

<sup>1</sup> Quantum sub cœlo rudi, & sæculo adhuc impolito, solo ingenio magistro comprehendere posuit. | Legio, quantum sæculo rudi & a. d. Meursi:

<sup>2</sup> Ut in trecentis quinquaginta quatuor. Ita & Plutarchus. Solinus & Censorinus, trecentos quinquaginta quinque. Pontian.

<sup>3</sup> ita

3 ita ut octavo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, interkalarent. id Græci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile omnibus annis undecim dies & quadrantem interkalare. itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies, qui nascuntur si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inserere in tres menses, ut diximus distribuendos. hos dies ὑπεβαλλοντας, <sup>4</sup> menses vero ἡμεράς appellabant. Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit. sed frustra, quippe fugit eos unum diem, sicut supra admonuimus, <sup>5</sup> additum esse ad Græcum numerum, in honorem imparis numeri. ea re per octennium convenire numerus atque ordo non poterat. sed nondum hoc errore comperto, per octo annos nonaginta quasi superfundendos Græcorum exemplo computabant dies; alternisque annis binos & vicenos, alternis ternos & vicenos interkalares expensabant interkalationibus quatuor. sed octavo quoque anno interkalantes octo affluebant dies ex singulis; quibus vertentis anni numerum apud Romanos, supra Græcum abundasse jam diximus. hoc quoque errore jam cognito, hæc species emendationis inducta est. Tertio quoque octennio ita interkalatos dispensabant dies, ut non nonaginta sed sexaginta sex interkalarent, compensatis viginti & quatuor diëbus pro illis qui per totidem annos supra Græcorum numerum creverant. Omni autem interkalationi mensis Februarius deputatus est: quoniam is ultimus anni erat, quod etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant. nam & illi ultimo anni sui mensi superfluos interserebant dies, ut refert Glaucippus qui de sacris Atheniensium scribit. verum una re à Græcis differebant. nam illi confecto ultimo mense, Romani non confecto Februario sed post vicesimum & tertium diem ejus interkalabant. Terminalibus scilicet jam peractis: deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant quinque, post interkalationem subjungebant: credo vetere religionis suæ more, ut Februarium omnimodo Martius consequeretur. Sed cum sœpe eveniret ut nundinæ modo in anni principem diem, modo in nonas caderent (utrumque autem perniciustum Reipublicæ putabatur) remedium quo hoc averteretur excogitatum est, quod aperiemus; si prius ostenderimus cur nundinæ vel primis Calendis vel Nonis omnibus cavebantur. nam, quo-

<sup>3</sup> Ita ut octavo quoque anno | Solinus cap. 3. nonum refert. Sed exscriptorum impostura est. Scribe: *Hoc quoque dies multiplicatas in annum octavum reservabant. Meur.*

<sup>4</sup> Mensis vero ἡμεράς appellabant. | Legg. ἡμεράς. Simile mendum in Solino cap. 3. & Isidoro O:ig. lib. 6. cap. 16. quos ambos una opera restitue. *Idem.*

<sup>5</sup> Eusebius. | Legg. ἡμεράς. Vide Claud. Salmasium in Exercit. Plinius. Fontan. Necdè jam legitur in Camerarianis,

& in aliis ad marginem ita corrigitur. Soli Stephano, visum est auctorem pariter & lectorem vexare. Gronov.

<sup>6</sup> Additum esse ad Græcum numerum. | A quonam additus iste numerus? à Romanis an à Græcis? sege prima fronte excusferis. Quare cum Scriptio & vetustè vulgato legend. additum à se. Ab ipsis Romanis adjectus iste dies, & ut supra docuit à Numi, idque in imparis numeri honorem. *Pont.*

tiens incipiente anno dies cœpit qui addictus est nundinis, omnis ille annus infastis casibus luctuosus fuit: maximeque Lepidiano tumultu opinio ista firmata est. Nonis autem conventus universæ multitudinis vitandus aestimabatur; quoniam populus Romanus exactis etiam regibus diem hunc nonarum maxime celebrabant, quem natalem Servii Tullii existimabant. quia, cum incertum esset quo mense Servius Tullius natus fuisset, nonis tamen natum esse conitaret, omnes nonas celebri notitia frequentabantur. veritos ergo qui diebus præerant ne quid nundinis collecta universitas ob regis desiderium novaret, cavisse ut nonæ à nundinis segregarentur. unde dies ille, quo abundare annum diximus, eorum est permisus arbitrio qui factis præerant, uti cum vellent intercalaretur: dummodo eum in medio Terminaliorum vel mensis intercalaris ita locarent, ut à suspecto die celebratatem averterent nundinarum. atque hoc est quod quidam veterum retulerunt non solum mensem apud Romanos, verum etiam diem intercalarem fuisse. Quando autem primo intercalatum sit varie refertur, & Macer quidem Licinius ejus rei originem Romulo assignat. Antias libro secundo Numam Pompilium facrorum causa id invenisse contendit. Junius Servium Tullium regem primum intercalasse commemorat; à quo & nundinas inititutas Varroni placet. Tuditianus refert libro tertio magistratum Decemviro, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cassius eosdem scribit auctores. Fulvius autem id egisse <sup>7</sup> Manium consulem dicit ab urbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox bello Ætolico. sed hunc arguit Varro scribendo antiquissimam legei fuisse incisam in columna ærea à L. Pinario & Furio consulibus, cui mentio intercalaris adscribitur. Hæc de intercalandi principio satis relata sint.

<sup>7</sup> Manium consulem | Camerarii & Lugdunensi. editio. Mariani consulem. Pont.

## C A P. XIV.

*Quem in modum primum Julius, deinde Augustus Cæsares annum cor-  
reverint.*

**V**erum fuit tempus cum propter superstitionem intercalatio omnis omessa esset. nonnumquam vero per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri vel imminui consulo anni dies volebant, modo auctio modo retractio dierum proveniebat: & sub specie observationis energetebat major confusionis occasio. sed postea C. Cæsar omnem hanc inconstantiam temporum vagam adhuc & incertam

<sup>8</sup> Qui publicani proferri | Proferri, eo loco idem est quod angeli. Pont.

in ordinem statæ definitionis cogit, <sup>2</sup> adnitente sibi M. Flavio scriba qui scriptos dies singulos ita ad dictatorem retulit, ut & ordo eorum inveniri facillime posset, & invento certus status perseveraret. Ergo C. Cœsar exordium novæ ordinationis initurus dies omnes, qui adhuc confusionem poterant facere, consumpsit: eaque re factum est ut annus confusionis <sup>3</sup> ultimus in quadringtones quadraginta tres dies tenderetur. post hæc imitatus Ägyptios, solos divinarum rerum omnium coniclos, ad numerum solis, qui <sup>4</sup> diebus singulis tricenis sexaginta quinque & quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit. nam, sicut lunaris annus mensis est, quia luna paulo minus quam mensem in Zodiaci circumitione consumit, ita solis annus hoc dierum numero colligendus est, quem peragit dum ad id signum se denuo vertit, ex quo digressus est. unde annus vertens vocatur & habetur magnus; cum lunæ annus brevis putetur. horum Virgilius utrumque complexus est:

*Interea magnum sol circumvolvitur annum.*

hinc Atejus Capito annum à circuitu temporis putat dictum: quia veteres, *an*, pro, *circum*, ponere consueverunt, ut <sup>5</sup> Cato in Originibus, *An terminum*, id est, *circum terminum*; &, <sup>6</sup> *ambire*, dicitur, pro, *circumire*. Julius ergo Cœsar decem dies observationi veteri superadjecit; ut annum trecenti sexaginta quinque dies, quibus sol

\* *Adnitente sibi M. Flavio scribâ* | Men-  
dum est, nam M. Flavius tribunus plebis fu-  
it an. ab urbe CDXXX. Legò, *Cn. Flavio scribâ*.  
Hic est ille, qui libertino patre genitus, &  
scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione  
factus ædilis curulis, ius civile per multa se-  
cula inter sacra ceremoniasque deorum im-  
mortalium abditum, solis que pontificibus no-  
tum, vulgavit, ac fastos paene toto foro ex-  
posuit, anno ab urbe CDXLIX. Vide hunc  
ipsum Macrobius capite sequenti, Agellium  
lib. 6, cap. 9. Valerium Maximum lib. 2 c. 5.  
Livium lib. 9. Meurs. Quo labitur vir erudi-  
tus? Flavius ille libertino patre genitus vo-  
catur *Caus* preter Agellium, Valerium, etiam  
à Pomponiol. 11. D. orig. juris & Cicerone  
vi. ad Att. 1. Livius *Cajum* vocat, patrem  
ejus *Caum*, in quo male Meursius. Sed cum  
is vixerit circa annum U. C. CDXLIX. Cœsar  
res gesserit circa annum DCC, quomodo ille  
potuit ad hunc dictatorem scriptos singulos  
dies retulisse, cum ultra annos ducentos dis-  
sideant? Sed & quid de altero M. Flavio  
vult? fuit ille tribunus, visceratione & ro-  
gatione de Tusculanis notus. Putatne hunc  
intellectum ab editoribus Macrobi? Plena  
gerrarum omnia. Gronov.

<sup>3</sup> *Ultimus in quadringtones quadraginta tres*  
*dies tenderetur* | Conficit Censorinus cap. 20.  
nisi quod dies 45. dicat. Solinus vero loco ci-

tato indubie mendosus: *Ille ergo annus solis*  
*343. dies haberet*. Scribo, 443. dies b. Suetonius  
in Julio Cœsare cap. 40. cum dicit annum  
eum habuisse 15. mensis, eodem recidit. Id.

<sup>4</sup> *Diebus singulis 365* | Media vox à Ste-  
phano apposita, quid ponderis apporter, non  
video. Nec MS. nec ulce ante eum edd. ag-  
noscent. Gronov.

<sup>5</sup> *Ut Cato in Originibus, an terminum, id*  
*est, circum terminum* | Vide Festum in voce  
*Antermini*, & ad eum V. C. Josephi Scalige-  
ri castigationes. Docet autem non divulse  
hoc vocabuli legendum sed conjuncte, cum  
sit adjicti vicem. Et adde quod etiam in  
Scripto ego invenerim, *Oratorem Antermi-*  
*nus*, quomodo reponendum. In *Glossario*  
est, *Anterminus*, Διχόνιος. Pont.

*Cato in Originibus, An terminum* | In ve-  
tere codice, *Cato in Originibus oratorum*. E-  
mendo & interpungo: *Cato in Originibus:*  
*Oratores am terminum*. Et fors fuit ut hinc  
etendem & suppleam Festum in *Oratores*.  
ubi ni fallor, habes Catonis locum à Macro-  
bio designatum his verbis: *Propter id bellum*  
*capit Cœsarius Pr. Albanus*, *oratores miseri Ro-*  
*mam, eum.... Lego, oratores miseri Romani*  
*am terminum*. Meurs.

<sup>6</sup> *Ambire dicitur pro circumire* | Dele τὸ  
dicitur, & vide precedencia. Gron.

Zodia-

Zodiacum lustrat, efficerent: & ne quadrans deesset, statuit ut quarto quoque anno sacerdotes, qui curabant mensibus ac diebus, unum intercalarent diem; eo scilicet mense ac loco quo etiam apud veteres intercalabatur, id est, ante quinque ultimos Februarii mensis dies; <sup>7</sup> idque bissexturn censuit nominandum, dies autem decem, quos ab eo additos diximus, hac ordinatione distribuit: in Januarium & Sextilem & Decembrem binos dies inservit; in Apriliem autem, Junium, Septembrem, Novembrem, singulos. sed neque mensi Februario addidit diem, ne deum inferum religio immutaretur: & Martio, Maio, Quintili, Octobri servavit pristinum statum; quod satis pleno erant numero, id est, dierum singulorum tricenorumque. ideo & septimanas habent nonas, sicut Numa constituit: quia nihil in his Julius mutavit. sed Januarius, Sextilis, December, quibus Cæsar binos dies addidit, licet tricenos singulos habere post Cæsarem cœperint, quintanas tamen habent nonas; & ab idibus illis sequentes Calendæ in undevicesimum revertuntur: quia Cæsar quos addidit dies neque ante nonas neque ante idus inferere voluit; ne nonarum aut iduum religionem, quæ statu erant die, novella comperendinatione corrumperet. sed nec post idus mox voluit inserere; ne feriarum quarumque violaretur indicatio. sed peractis cujusque mensis feriis locum diebus advenis fecit. & Januario quidem, quos dicimus, quartum & tertium Calendas Februarias dedit; Aprili sextum Calendas Maias; Junio tertium Calendas Julias; Augusto quartum & tertium Calendas Septembres; Septembri tertium Calendas Octobris; Novembri tertium Calendas Decembres; Decembri vero quartum & tertium Calendas Januarias. ita factum est, ut cum omnes hi mensis quibus dies addidit ante hanc ordinationem habuissent mensis sequentis Calendas a. d. septimumdecimum revertentes, postea ex augmentatione additorum dierum hi, qui duos acceperunt, a. d. nonumdecimum, qui vero unum, a. d. octavumdecimum haberent redditum Calendarum. Feriarum tamen cujusque mensis ordo servatus est. nam si cui fere tertius ab idibus dies feltus aut feriaus fuit, & tunc a. d. sextumdecimum dicebatur: etiam post augmentum dierum eadem religio servata est, ut tertio ab idibus die celebraretur; licet ab incremento non jam a. d. sextumdecimum Calendas, sed a. d. septimumdecimum si unus, a. d. octavumdecimum si duo additi sunt, diceretur. nam ideo novos dies circa finem cujusque mensis inseruit, ubi finem omnium quæ in mense erant reperit feriarum, adjectoque à se dies fastos notavit; ut majorem daret actionibus libertatem: & non solum nullum nefustum, sed nec comitialem quemquam de adiectis diebus instituit; ne ambitionem magistratum au-

<sup>7</sup> Idque bissexturn censuit nominandum  
Lego bissexturn c. n. Cenforinus cap. 20. In-  
stituit ut peracto quadriennii circuitu dies nu-  
nas, ubi mensis quondam solebas, post Termina-  
lia intercalaretur, quod nunc bissexturn vocatur.

Isidorus Orig. lib. 6. cap. 18. Bissexturn est post annos quatuor unus dies adiectus. Celsus:  
Qui natus est bissexto Calendas (Martias) ni-  
hil respicit virum priore, &c. Meurs.

geret adjectio. sic annum civilem Cæsar habitis ad lunam dimensionibus constitutum edicto palam posito publicavit. Et error hucusque stare potuisset, ni sacerdotes sibi errorem novum ex ipsa emendatione fecissent. nam cum oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto antequam quintus inciperet, intercalare: illi quarto non peracto sed incipiente intercalabant. hic error sex & triginta annis permanit: quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cum debuerint intercalari novem. sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transfigi jussit: ut illi tres dies, qui per annos triginta & sex vitio sacerdotalis festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim nullo die intercalato devorarentur. post hoc unum diem secundum ordinationem Cæsaris quinto quoque incipiente anno intercalari jussit; & omnem hunc ordinem æreæ tabulae ad æternam custodiam incisione mandavit.

## C A P. XV.

*De Calendis, Idibus, ac Nonis.*

**T**unc Horus, Dies quidem hic inquit, intercalaris antequam quintus annus incipiat inferendus cum Ægypti matris artuum ratione consentit, sed nihil in illorum mensibus explicandis videtur operosum; quos tricenum dierum omnes habent; eoque explicitis duodecim mensibus, id est, trecentis sexaginta diebus exactis, tunc inter Augustum atque Septembrem reliquos quinque dies anno suo redundat, adnectentes quarto quoque anno exacto intercalarem, qui ex quadrantibus confit. at hic non à primo in ultimum mensis diem ad incrementum continuum numerus accedit; sed post calendas dirigitur in nonas: unde ad quasdam idus deflecti audio. Post rursum, ni fallor, imo ut nunc quoque retulisti, in sequentes calendas. quæ omnia quid sibi velint scire equidem vellem, nam illud nec consequi posse me spero, ut vocabula comprehendam quæ singulis apud vos diebus adduntur; dum alios fastos variisque alias nominibus nuncupatis mundinas quoque vestras nescire me fateor: de quibus observatione tam diligens tam cauta narratur. Hæc nec mihi erubescendum est ignorare peregrino: à te vero, Prætextate, discere nec civem puderet. Tunc Prætextatus, Non solum, inquit, tibi, Hore, cum sis Ægypto oriundus, sed ne nobis quidem, quibus origo Romana est, erubescendum puto querere, quod quæsitu dignum omnes veteres putaverunt. nam de calendis, nonis, & idibus, deque feriarum variis observationibus innumeros auctores cura questionis exercuit: & ideo nos quæ de his ab omnibus dicta sunt in unum breviter colligemus. Romulus enim, cum ingenio acri quidem sed agresti, statum proprii ordinaret imperii, initium cujusque mensis

ex

**ex illo sumebat die,** quo novam lunam contigisset videri. quia vero non continuo evenit ut eodem die semper appareat; sed modo tardius modo celerius ex certis causis videri solet: contigit, ut, cum tardius apparuit, præcedenti mensi plures dies, aut cum celerius, pauciores darentur. & singulis quibusque mensibus perpetuam numeri legem primus casus addixit. sic factum est ut alii triginta & unum, alii undetriginta sortirentur dies. omnibus tamen mensibus ex die nonarum idus nono die representari placuit: & inter idus ac sequentes calendas constitutum est sedecim dies esse numerandos. ideo mensis uberior duos illos quibus augebatur dies inter calendas suas & nonas habebat. hinc aliis quintus à calendis dies aliis septimus nonas facit. Cæsar tamen ut supra diximus statu sacra custodiens nec in illis mensibus, quibus binos adjicit dies, ordinem voluit mutare nonarum, quia peractis totius mensis feriis dies suos rei divinæ cautus inseruit. Priscis ergo temporibus, antequam fasti à Cn. Flavio scriba invitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc provincia delegabatur, ut novæ lunæ primum observaret ad perpetuum, visamque regi sacrificulo nuntiaret, itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, vocata in Capitolium plebe juxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à calendis ad nonas superessent pronuntiabant: & quintanas quidem dicto quinquies verbo καλῶ, septima-

<sup>1</sup> *Dies suos rei divina* | Placet I. Lipsii conjectura; *dies suo* Vide cap. 2 I. Electorum. Pontanus. Non potest placere, quicquid lauti sit in vocabulo, cui sententia locum negat. *Cantus* volunt esse quicquid in sacrâ cæven- dum & religionis ergo vitandum aut omit- tendum sit. At non hic tradit Macrobius Cæ- sarem nova sacra, novas cærenomias, novas ferias addidisse: Sed *dies suos* (quibus auxit annum), cum eum ex lunari solarem faceret) nemps decem, binos tribus, reliquos singu- los quatuor mensibus (five malis dies suos cuique mensi ab eodem dato), inferuisse tam demum, quum feriae & religiosi dies, nona scilicet idusque jam præteriissent; hoc modo prospiciens, ne quâ in re divina offendio fieret. *Cantus rei divina*, ut fælices studiisque lo- tique, & similia. Vide eadem cap. 14. Quia Cæsar quos addidit dies, neque ante nonas neque ante idus inserere voluit, ne nonarum aut idiu- um religionem, quæ statu erant die, nouella comprehendendatione corrumperet. Utrum autem paulo post, accepturos causas feriarum à rege sacerorum, habendum sit, an explosis tribus verbis accepturos cautus sacerorum, ut Lipsius aut accepturos pausas sacerorum, ut Pontanus conantur, haud difficile judicium est. Accep- turos causas feriarum, id est, quæ ferie cur aut cui deo essent celebrandas. Gronov.

<sup>2</sup> *Ipsi curia, ad quam vocabantur, Calabra* nomen datum est; ideo autem | Addebat in

Anglicano & veteris item editionibus, *Calabria* nomen datum est, & clasi, quod omnis in eam populus vocaretur. Cutetymo & Fabius astipulatur lib. I. cap. 10. Jam sit, inquit, & clavis à calando. Porro facit etiam ut affirmar ea verba lib. 2. Arnobius, qui diserte hunc quoque ordinem five gradum classi dat. De- finite, inquit, *hominem, proletarius cum sit, classibus, & capite cum censeatur adscribere ordinibus primis*. Nam proletarii & capite censi vilissime atque tenuissime fortunæ e- rant in populo. Hinc Salustius in historia, *Ipsæ interea milites scribere, non more majorum nec ex classibus, sed ut libido cuiusque erat, capite censos pierosque*. Ex quibus & *Calabria* classe quiddam secretus ac honoratus fuisse colligere sit, & Festus innuere videtur? *Ca- labra*, inquit, curia dicebatur ubi tantum ra- tio sacerorum gereretur. Et Glossarii auctor, *Calabria, itinorū seu*, ex divinatione no- stra, vulgo enim est corrupte, *itanorū seu*. Sed divinationem mæam memini me aliquando probasse D. Scaliger. Scripteram haec cum, ut sit, in Tullii ad Atticum invenio: *Equites curia bellum, non mihi, nam ego dissensi*. Ita inquam invenio sed à Bosio formatum, qui fuisse fatetur in Scripto compendio literarum, *Equit. curia*. Unde si quis, *Equitum curia* fecerit, forte rei & vero similius fecerit. Locus est Epist. 1. lib. 2. Pont.

nas repetito septies prædicabat. verbum autem καλῶ Græcum est; id est, *voco*. & hunc diem qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit calendas vocari. hinc & <sup>3</sup> ipsi curiæ, ad quam vocabantur, Calabæ nomen datum est. Ideo autem minor pontifex numerum dierum qui ad nonas superessent calando prodebat; quod post novam lunam oportebat nonarum die populares qui in agris esent confluere in urbem, <sup>3</sup> acceptruos causas feriarum à rege sacrorum, <sup>4</sup> scripturosque quid esset eo mente faciendum. unde quidam hinc nonas æstimant dictas, quasi novæ initium observationis; vel quod ab eo semper ad idus novem dies putantur: sicut apud Tuscos nonæ plures habebantur, quod hi nono quoque die regem suum salutabant & de propriis negotiis consulebant. Iduum porro nomen <sup>2</sup> Tuscis, apud quos is dies *itis* vocatur, sumptum est. item autem illi interpretabantur Jovis fiduciam. nam cum Jovem accipiamus Iuclis auctorem, <sup>5</sup> unde & Lucetium Salii in carmine canunt, & Cretenses Διὰ τὸ ἡμίεργον vocant; ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut diei patrem: jure hic dies Jovis fiducia vocatur; cuius lux non finitur cum solis occasu, sed <sup>6</sup> splendorem diei & noctis continuat illustrante luna: quod semper in plenilunio, id est, medio mense, fieri solet. diem igitur, qui vel nocturnis caret tenebris, Jovis fiduciam Tusco nomine vocaverunt: unde & omnes idus Jovis ferias observandas sanxit antiquitas. alii putant idus, quod ea die plena luna videatur, a videndo vidus appellatas, mox literam *u*, detractam: sicut contra, quod Græci Ιστιν dicunt; nos, *u*, litera

<sup>3</sup> *Acceptruos causas feriarum à rege sacrorum sciturosque* | Elidit ibidem idem Liphius grinas hic voces, legitrice, ut ait, cum primis editionibus, *cautus sacrorum*. At meus & item vetuste cusi diserte, ut posui, promunt; possuque videri probum, nisi vox *causas* turbaret. Fecerim itaque ex ea, *pausas feriarum*, & videatur huc facere quod sequitur statim; *sciturosque quid esset eo mense facendum*. Nec abludit Symmachi locus: *Ubi frumentis feriis modus nullus est. Modus nullus est pausa nulla*. Porro *pausa feriarum* elegantissime usurparibit ad exemplum Lucretii:

Nec quisquam expurgitus existat  
Frigida quem semel est vitai pausa fecit.  
Idem.

<sup>4</sup> *Scripturosque quid esset eo mense faciendum* | Placet magis veteris codicis lectione, *scripturosque quid e. & c.* Simile mendum apud Catonem de Re Rust. cap. 5. *Si fecerit, scribit in mente familia quid fieri*. Vetus codex meus excusus anno C 10. I 0. XXI. habet, *scribit quid i. m. f. s.* Optime. Mairi,

*Scripturosque quid eo* | Sic Henric. Stephanus, nullo alio profecto, quam ut Jo. Meursio daret locum monendi placere magis vet. cod. lectionem, *sciturosque*. Queris, quis sit vetus ille codex? Quodvis exemplar editum ante Stephanum. Et profecto, si rustici veteres Romani tam confidentes literarum fuissent, ut quicquid audirent calari, in scriptum redigerent, multo citius Fastos, nec Cn. Flavium exspectandum habuissent. Gran.

<sup>5</sup> Unde & *Lucetium Salii* | Glossæ, *Lucerius*, Zutr. Sed illud putem rectius. M. Capella, ut Jovem *Lucetium* sic quoque Junonem *Luceriam* dicendam censuit. Ait l. 2. cap. 5. *Te Lucinam quod lucem nascientibus tribuas ac Luceriam convenit nuncupari*. Pont.

<sup>6</sup> *Splendorem diei & noctis e continuas, illustrante luna* | Dic quidem splendorem admirerim, at quomodo recte noctis, qui splendor meret tenebras? Scriptus habet, *noctem*. Elio ex vestigiis prioris lectionis, *splendore diei & noctis continuas*, vel ex hac, *splendore diei & noctis*. Idem.

addita

addita, *videre* dicimus. nonnullis placet idus dictas vocabulo Græco, ὁσπερ ἀπὸ τῆς ἡμέρας, quod eo die plenam speciem luna demonstrat. sunt qui æstiment idus ab ove iduli dictas, quam hoc nomine vocant Tusci; & omnibus idibus Jovi immolatur à flamine. Nobis illa ratio nominis vero proprietor æstimatur, ut idus vocemus diem qui dividit mensem. *iduare* enim Etrusca lingua *dividere* est. inde *vidua* quasi *valde idua*, id est, *valde divisa*: aut *vidua*, id est, à *viro divisa*. Ut autem idus omnes Jovi, ita omnes Calendas Junoni tributas & Varronis & pontificalis affirmat auctoritas: quod etiam Laurentes patriis religionibus servant; qui & cognomen deæ ex carmoniis addiderunt Calendarem Junonem vocantes. Sed & omnibus calendis à mense Martio ad Decembrem huic deæ Calendarum die supplicant. Romæ quoque calendis omnibus, præter quod pontifex minor in curia Calabra rem divinam Junoni facit, etiam regina sacrorum, porcam vel agnam in regia Junoni immolat: à qua etiam Janum Junonium vocatum esse diximus, quod illi deo omnis ingressus, huic deæ cuncti calendarum dies videntur adscripti. cum enim initia mensium majores nostri ab exortu lunæ servaverint: jure Junoni addixerunt calendas, lunam ac Junonem eandem putantes: vel quia luna per aërem meat (unde & Græci lunam ἀγτεμινον nuncuparunt, id est, *ἀγριόλυκον*, quod aëra fecat) Juno autem aëris arbitra est; merito initia mensium, id est, calendas huic deæ consecraverunt. Nec hoc prætermiserim quod nuptiis copulandis calendas, nonas, & idus religiosas, id est, devitandas censuerunt. hi enim dies præter nonas feriati sunt. feriis autem vim cuiquam fieri piaculare est. ideo tunc vitantur nuptiæ, in quibus vis fieri virginibus videtur. Sed Verrius Flaccum juris pontificii peritissimum dicere solitum refert Varro, quia feriis tergere veteres fossas liceret; novas facere jus non esset: ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum. Subjicit aliquis: Cur ergo nonis, si feriatus dies non est, prohibetur celebritas nuptiarum? Hujus quoque rei in aperto causa est. nam quia primus nuptiarum dies verecundiae datur, postridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipisci & rem facere divinam; omnes autem postriduani dies seu post calendas, sive post nonas idusve, ex æquo atrí sunt: ideo & nonas inhabiles nuptiis esse dixerunt, ne nupta aut postero die libertatem auspicaretur uxoriām; aut atro immolare, quo nefas est sacra celebrari.

<sup>7</sup> Ideo & Nonas inhabiles nuptiis. | De Mense malas Maio nubere vulgus ait. Idem. Maio quoque mense nocturn adagiu:n:

## C A P. XVI.

*Quæ discrimina diversitatesque fuerint dierum apud Romanos.*

SED quia nos ad commemorationem dierum órdo deduxit: de hoc quoque, quod Hori nostri consultatio continet, pauca dicenda sunt. Numa ut in menses annum, ita in dies mensēm quemque distribuit; diesque omnes aut festos aut profestos aut intercisos vocavit. festi dis dicati sunt. profesti hominibus ob administrandam rem privatam publicamque concessi. intercisi deorum hominumque communes sunt. festis insunt sacrificia, epulæ, ludi, feriæ. profestis, fasti, comitiales, comperendini, stati, præliaes. intercisi in se non in alia dividuntur, illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est jus dicere. nam, cum hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa & porrecta fari licet: rursus, cum adoletur, non licet. ergo de divisione festorum & profestorum dierum latius differendum est. Sacra celebritas est vel cum sacrificia dis offeruntur, vel cum dies divinis epulationibus celebratur, vel cum ludi in honorem aguntur deorum, vel cum feriæ observantur. feriarum autem publicarum genera sunt quatuor. aut enim stativæ sunt, aut conceptivæ, aut imperativæ, aut nundinæ. & sunt stativæ universi populi communes certis & constitutis diebus ac mensibus, & in fastis statis observationibus annotatae: in quibus præcipue servantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia, conceptivæ sunt, quæ quotannis à magistratibus vel à sacerdotibus concipiuntur in dies certos vel etiam incertos: ut sunt Latinæ, Sementivæ, Paganalia, Compitalia, imperativæ sunt, quas consules vel prætores pro arbitrio potestatis indicunt. nundinæ sunt paganorum itemque rusticorum, quibus conveniunt negotiis propriis vel mercibus provisuri. sunt præterea feriæ propriæ familiarum; ut familiæ Claudiæ vel Æmiliae seu Juliæ sive Corneliae: & si quas ferias proprias quæque familia ex usu domesticæ celebratatis observat. sunt singulorum; ut natalium fulgurumque susceptiones, item funerum atque expiationum: apud Veteres quoque qui nominasset Salutem, Semoni-am, Sejam, Segetiam, Tutilinam, ferias observabat. item Flaminica, quotiens tonitrua audisset, feriata erat, donec placasset deos. affirmabant autem sacerdotes pollui ferias, si indictis concepitisque opus aliquod fieret. præterea regem sacrorum flamineisque non licebat videre feriis opus fieri; & ideo <sup>1</sup> pot præconem denun-

<sup>1</sup> Per præconem denuntiabantur ne quid tale ageretur. Lægo, per præciam d. Nam quibus id muneric dabatur Præcia dicebantur. Festus: Præcias dicebant, qui à Flaminibus premitabantur, ut denuntiarent opificibus,

manus abstinenter ab opere, ne si vitiasset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur. Scilicet isti libraii non intelligentes in præconem mutarunt, bellâ & felici, ut videbatur, emendatione. Menstr.

tiabatur

tiabatur ne quid tale ageretur : & præcepti negligens multabatur, præter multam vero affirmabatur eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere ; prudentem expiare non posse. Scævola pontifex affirmabat, sed Umbro negat eam pollui <sup>3</sup>, qui opus vel ad deos pertinens sacrorumve causa fecisset, vel aliquid ad urgentem vitæ utilitatem respiciens actitasset. Scævola denique consultus quid feriis agi liceret, respondit, quod prætermissum noceret, si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset ; non est visus ferias polluisse : nec ille qui trabem tecti fractam fulciendo ab imminenti vindicavit ruina. unde & Maro omnium disciplinarum peritus sciens lavari ovem aut lanæ purgandæ aut scabiei curandæ gratia, <sup>4</sup> pronunciavit tunc ovem per ferias licere mersari, si hoc remedii causa fieret :

*Balantumque gregem fluvio mersare salubri.*

adjiciendo enim *salubri*, ostendit avertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum purgandæ lanæ causa fieri concessum. Hæc de festis & qui inde nascuntur, qui etiam nefasti vocantur. Nunc de profestis, & qui ex his procedunt, loquemur, id est, fastis, comitialibus, comperendinis, statis, præliaibus. Fasti sunt ; quibus licet fari prætori tria verba sollemnia : do, dico, addico. his contrarii sunt nefasti. Comitiales sunt, quibus cum populo agi licet : & fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest ; comitialibus utrumque potest. Comperendini ; quibus vadimonium licet dicere : Stati ; qui iudicii causa cum peregrino instituuntur. ut Plautus in Curculione : *Si status condictus cum hoste intercessit dies. hostem* nunc more veteri significat peregrinum. Præliales ab iustis non segregaverim, siquidem justi sunt continui triginta dies, <sup>5</sup> quibus exercitui imperato vexillum russi coloris in arce positum est. præliales autem omnes quibus fas est res reperi-tere, vel hostem laceſſere. nam cum Latiar, hoc est, Latinarum sollemne concipitur, item diebus Saturnaliorum, sed & cum mundus patet, nefas est prælium supnere ; quia nec Latinarum tempore,

<sup>2</sup> Scævola pontifex affirmabat. | Libri priisci efferverebat, nam vix versu supra dictum jam, affirmabant. Pontan.

<sup>3</sup> Qui opus vel ad Deos pertinens, Sacrum, causa fecisset. | Scriptus reticebat, causa. Nec est cur exprimamus. Idem.

<sup>4</sup> Pronunciavit tunc ovem per ferias licere mersari, si hoc remedii causa fieret. | His sub-jungit, explicatque Virgilii hunc verbum :

Balantumque gregem fluvio mersare salubri. Et ante dixerat eadem hac pagina : *Si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias adhibitis operis liberasset, non est visus ferias polluisse;* Cui & responderet illud Christi

Servatoria nostri. Matth. cap. 12 : *Quis tristis ex vobis homo, qui habeat ovis unam : si ceciderit hec sabbathis in foream, nonne ienabit & levabis eam ?* Et Lucæ cap. 14. *Cujus vestrum asinus aut bos in putoem cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbathi ?* Ubi quas vocat Macrobius ferias, Evangelista sabbatha & sabbatum dicunt, quam hi foream & putoem, ille specum appellat. *Ovis & beatis vox utroque possit.* [Vide & caput 3. lib. 3. Saturnalia de eadem re.] Pont.

<sup>5</sup> Quibus exercitus imperato vexillum. | Lego, exercitus imperato. Meurs.

quo

quo publice quondam inducere inter populum Romanum *Latinos*-que firmatae sunt, inchoari bellum decebat, nec Saturni festo qui sine ulla tumultu bellico creditur imperasse, nec patente mundo quod sacrum Diti patri & Proserpinæ dicatum est: meliusque *occlusa* Plutonis fauce eundem ad prælium putaverunt, unde & Varro ita scribit. <sup>6</sup> *Mundus cum patet; deorum tristum atque inferum quasi janua pater. propterea non modo prælium committi, verum etiam selectum rei militaris causa habere, ac militem proficisci, navim solvere, uxorem liberum querendorum causa ducere religiosum est.* Vitarabant veteres ad viros vocandos etiam dies qui essent notati rebus adversis; vitabant etiam feriis. sicut Varro in augurum libris scribit in haec verba; *Viros vocare feriis non oportet: si vocavit piaculum esto.* Sciendum est tamen eligendi ad pugnandum diem Romanis tunc fuisse licentiam, si ipsi inferrent bellum: at cum exciperent, nullum obstatisse diem quo minus vel salutem suam vel publicam defenderent dignitatem. quis enim observationi locus cum eligendi facultas non suspergit? dies autem postridianos ad omnia maiores nostri cavendos putarunt; quos etiam arros, velut infesta appellatione, damnarunt. eosdem tamen nonnulli communes velut ad emendationem nominis vocitayerunt. horum causam Gellius annalium libro quintodecimo, & Cassius Hemina historiarum libro secundo referunt. Anno ab urbe condita trecentesimo sexagesimo tertio, à tribunis militum Virgilio Mallio *Æmilio Postumio* collegisque eorum in senatu tractatum, quid esset propter quod totiens intra paucos annos male esset afficta respublica; & ex precepto patrum L. Aquinius aruspice in senatum venire jussum religionum requirendarum gratia dixisse, Q. Sulpitium tribunum militum, ad Aliam adversum Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia fecisse postridie idus Quintiles; item apud Cremeram multisque aliis temporibus & locis post sacrificium die postero celebratum male celsisse conflictum: tunc patres jussisse ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur; pontificesque statuisse postridie omnes Calendas, nonas, idus atros dies habendos; ut hi dies, neque præliares, neque puri, neque comitiales essent. sed & Fabius Maximus Servilianus pontifex in libro XII. negat oportere atro die parentare: quia tunc quoque Janum Jovemque præfari necesse est, quos nominari atro die non oportet. ante diem quoque quartum Calendas vel nonas, vel idus <sup>7</sup> tamquam inominalem diem plerique

<sup>6</sup> *Mundus cum patet, Deorum tristum atque inferum quasi janua pater.* | De mundi hujus patore apud Ecclsum quoque est; ubi & quando patuerit, additur. At interim eo nomine quid intellexere veteres? An de Eleusinia Cereris Mundo dictum, de quo Apuleius apologia? *Quoniam*, inquit, *ne res est, magis periculum decernis, speculum philosophos, quam Cereris mundum prophano vi-*

dere.

Fuerit enim arcanus seu mysticus ille ornatus de quo luculenter lib. 5. Amobius Postav.

<sup>7</sup> *Tamquam inominalem.* | Videndum Agellius lib. 5. cap. 17. *Idem.*

*Tamquam inominalem diem plerique vitant.* | Lego, *innominalem.* Innominalis est nefatus, *Mensis.*

vitant, ejus observationis an religio ulla sit tradita queri solet, sed nos nihil super ea re scriptum invenimus: nisi quod Q. Claudius annalium quinto cladem illam vastissimam pugnae Cannensis factam refert ante diem quartum nonas Sextiles, ad rem fane militarem nihil attinere notat Varro utrum fastus vel nefastus dies sit; sed ad solas hoc actiones respicere privatas. Quod autem nundinas ferias dixi, potest argui quia Titius de feriis scribens nundinarum dies non inter ferias retulit, sed tantum sollemnes vocavit: & quod Julius Modestus affirmit, Messala augure consulente pontifices an nundinarum Romanarum nonarumque dies feriis tenerentur, respondisse eos nundinas sibi ferias non videri: & quod Trebatius in libro primo religionum ait nundinis magistratum posse manumittere judiciaque addicere, sed contra Julius Cæsar sextodecimo auspiciorum libro negat nundinis concionem advocari posse, id est, cum populo agi: ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse. Cornelius etiam Labeo primo fastorum libro nundinis ferias esse pronuntiat. Causam vero hujus varietatis apud Granius Licinianum libro secundo diligens lector inveniet. ait enim nundinas Jovis ferias esse, siquidem flaminica omnibus nundinis in regia Jovi arietem soleat immolare, sed lege Hortensia effectum ut fastæ essent: uti rustici qui nundinandi causa in urbem veniebant lites componerent, nefasto enim die prætori fari non licebat, ergo, qui ferias dicunt, à mendacio vindicantur patrocinio vetustatis: qui contra sentiunt, æstimatæ ætatis quæ legem secuta est vera depromunt. Harum originem quidam Romulo assignant: quem communicato regno cum T. Tatio sacrificiis & sodalitatibus institutis nundinas quoque adjecisse commemorant; sicut Tuditanus affirmit, sed Caius Servius Tullium fecisse nundinas dicit; ut in urbem ex agris convenienter urbanas rusticæque res ordinatur.<sup>8</sup> Geminus ait diem nundinarum exactis jam regibus cœpisse celebrari; quia plerique de plebe repetita Servii Tullii memoria parentarent ei in nundinis, cui rei etiam Varro consentit. Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus in agris rusticis opus facerent, nono autem die, intermissio rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent: & ut scita atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita à singulis atque universis facile noscebantur. unde etiam mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur. ea re etiam candidatis usus sit in comitium nundinis venire & in colle confistere; unde coram

<sup>8</sup> Geminus ait. | Sola Lugdunensis editio: Geminus. Apud D. Hieronymum praenomen ejus & elogium (modo is sit) tale est: Unde pulchre Varivs Geminus sublimis orator, Qui non litigat cœlebs est. Exstat aduersus Jovinianum libro primo. Pess.

Geminus ait diem nundinarum exactis jam regibus cœpisse celebrari. | V. c. Geminus. Sed Geminus rectum est. Meminerunt ejus Cicero, Plutarchus, Suetonius, alii. De praenomine ejus incertum: alii *Tanusium*, alii *Gantisium*, alii *Canutium*. Meursi possent

possent ab universis videri. sed hæc omnia negligentius haberit *cœpta*, & post abolita, <sup>9</sup> post quam in ternundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse cœperunt. Est etiam Nundina Romanorum dea, à nono die nascentium nuncupata qui lustricus dicitur. <sup>10</sup> est autem dies lustricus, quo infantes lustrantur & nomen accipiunt. sed is maribus nonus, octavus est fæminis. Plene ut arbitrator, anni ac mensum constitutione digesta, habet Horus noster quod de dierum vocabulis & observatione consuluit. Et scire equidem velim nunquid sit quod argutus Niligena & gentis accola numerorum potentis ex hoc ordine Romanæ dispensationis irrideat: an Tuscum quoque Tiberim aliquid ex disciplinis suis hausisse consentiat. subjecit Eustathius: Non solum Horus noster gravis vir & ornatus, sed nec quisquam aliis, ut æstimo, tam futilis posset esse judicii, qui Romani anni sic ad unguem, ut aiunt, emendatum ordinem non probaret; cui majorem gratiam & tenax memoria & luculenta oratio referentis adjecit. nec mirum si hæc digeries morsum reprehensionis evasit; cui arcessita eit ab Ægypto postremæ correctionis auctoritas. Nam Julius Cæsar ut fiderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Ægyptiis disciplinis hausit; ita hoc quoque ex eadem initiatione mutuatus est, ut ad solis cursum finiendi anni tempus extenderet. Latii vero veteres incolæ, quia nihil jam tum dicere ab Ægypto licebat, ad quam nullus illis commeatus patebat, morem Græciæ in numerandis mensum diebus sequuti sunt; ut retroversum cedente numero ab augmento in diminutionem computatio resoluta defineret. ita enim nos decimum diem deinde nonum & postea octavum dicimus, ut Athenienses δεκάτην καὶ εβάτην φέτονται soliti sunt dicere. Homerus quoque cum ait:

τῇ μὴ φέτονται μήνες, τῇ δὲ οὐ μένοι.

Quid aliud nisi illum φέτονται dicit, cuius paulatim deficientis supputatio in nomen definit secuturi; & οὐ μένοι illum qui præcedit numerum successurus priori in defectum meanti: quod & <sup>11</sup> Homerus vester Mantuanus intelligens illud itare dici, ad quod acceditur; ait:

\* Δίσκος Σύρου | Vapulat hoc loco ab anonymo infelix Macrobio, vindice adhuc defititus: nec pati potest Pontanus, quin hos versus in Aristophane lectorum videri jubeat. Ne nos quidem alio te mittere possumus cum dolore & damno nostro; sed porverunt omnia: nam testatur Aristophanis scholastes in principio Hypsipyle: ea fuisse. Idem monut doctissimus Leopardus lib. 5. Emend. cap. 12. Quo inceptio vir ille ignotus quisquis est, qui Macrobium hallucinationis accusat, quam ipse miser incurrit. Sed & cum legeretur Δίσκος Σύρου vel Σύρας, monuit idem egregius vir reponendum Δίσκος οὐ Σύρου, & imperavit id à Camerario, aliquique qui attenti fuerunt. Solus Stephanus cum Pontano ne non ubique eodem possit cognoscere, metuon etiam inferre omissa vocula & maluerunt, Nos Leopardum, id est hoc quidem loco, ipsum veritatis arcanum merito secuti sumus.

Græci.

5 Παιαν, Απόλλων, εὐλυπτός | Legos, απόλλων quinto casu. Mēnūs.

6 \*Ο κυρδὸς, ὁ μάρτις | Legos, ὁ κύρδος, ὁ μ. Idem.

7 Πρεστρεα βαρβατὴ σπειρ., senili quoque | Legendum senilique ore, pro, senili quoque. Pontan.

\* Quem Baccapa, item quem Brisea appellant | Monstra verborum! Restituo, q. Bassarea, i. q. Brysea ap. Nota nimis Bassarea & Brisea Bacchi cognomenta. Jam, ut obiter hoc dicam, quod ait Macrobius Liberi simulacra alia esse puerili, alia virili, alia senili specie, cur id factitatum docet Ulpianus ad Oratione. οὐ μενδιτεῖ τὰ πάντα ἀλικαῖς μητρίκοτοι χρεῖ της Στρατηγού. διττοὶ ταῖς οὐ μετανοματισθενταῖς καὶ γοτθικαῖς, ταῖς αποδειτικαῖς, ταῖς αἰσθηταῖς καὶ γεγενεταῖς αὐτοῖς. Macrobius physicam rationem reddit. Mēnūs.

ea forma deus figuratur. Item in Thracia eundem haberi solem atque Liberum accipimus; <sup>9</sup> quem illi <sup>10</sup> Sebadium nuncupantes, magnifica religione celebrant, ut Alexander scribit: eique deo in colle Zilmissio zedes dicata est specie rotunda; cuius medium interpretat tectum, rotunditas zedis monstrat hujuscemodis speciem: summoque tecto lumen admittitur, ut appareat solem cuncta vertice summo lustrare lucis emissu, & quia oriente eo universa patefiant. Orpheus quoque solem volens intelligi ait inter cetera:

*Τίκων ἀπόδεξε δῖον, ἀκίντον τρίν εἶστιν.*

*Ἐξανέλεις θεοῖσιν ὥρας κάλλιστον ἡ Μήδη,*

*Οὐ μὴ τῶν καλέσαι φάγηται τὸ καὶ μένουσον,*

*Φύσειλῆτε τὸ ἄνακτο, καὶ ἀρμάθυλα κείσθησον.*

*Ἄλλοι δὲ ἄλλο καλέσαι φάγηται ἀπόδεξαν.*

*Πρέστετο δὲ ἐσ φάγηται ἡ λέσχη, Διόνυσος δὲ ἐπικλάνεται,*

*Οὐκέται μνεῖται κατ' ἀπίστονα μακρὸν ὅλυμπον,*

*Ἄλλοχθεις δὲ ὄντος καὶ σεγανομίας φέρεται ἔκαστον*

*Πανδοκεπτὸς καὶ καρέψιν ἀμετομένοιο χόροιο.*

phaneta dixit Iolem ἀπὸ τῆς φωτὸς καὶ φανεροῦ, id est, à lumine atque illuminatione, quia cunctis visitur cuncta conspiciens Dionysos, ut ipse vates ait, *Ἐπεὶ τὰ μνεῖατα καὶ περιφέρεις*, id est, quod circumferatur in ambitum. unde Cleanthes ita cognominatum scribit *ἀπὸ τῆς θεατρου*, quia quotidiano imperu ab oriente ad occasum diem noctemque faciendo, cœli conficit cursum. physici Διόνυσον, θεόν τον, quia solem, mundi mentem esse dixerunt. mundus autem vocatur cœlum, quod appellant Jovem. unde Aratus de cœlo dicturus ait:

*Ex θεοῖς ἀρχαῖς μεταπτεῖ.*

Liber à Romanis appellatur; quod liber & vagus est, <sup>11</sup> ut ait Navius:

*Hac qua sol vagans igneas Sabazias*

*Immittit proprius, jugatque terre.*

idem <sup>12</sup> versus Orphici *ἀγελῆνα* vocantes boni consilii hunc deum præstitem monstrant. nam, si conceptu mentis consilia nascuntur; mundi autem mentem solem esse opinantur auctores, à quo in ho-

<sup>9</sup> Quem illi Sebadium nuncupantes | Legi Sabazium. Eustathius ad Dionysium: οὐ γέρζει τὸ θεόν θεραπευτὴν τοῖς Κάκησις δικαῖοι φροντίζειν. οὐ μὲν δὲ διόνυσος τοιαν οὐδεὶς λέγει, διότι καὶ βασιλεὺς εἰσιν. Idem.

<sup>10</sup> Sebadium nuncupantes | Ex veteribus lapidum monumentis scribendum, Sabazium Inscripicio marmoris candidissimi Romae:

*L. Nonnius, Alexander.*

*Denuo. Dedit. Jovi. Sabazio.*

Et sic in aliis. Vide. Inscriptionem ipsam p. 22. num. 5. & aliam num. 4. Scriber.

<sup>11</sup> Εγανέστε Στοῖνος ὁπαρ | Labat versus. Editio anni 1607. Stoῖνος ὁπαρ. Sed sequitur

Μήδη. Melius Camerarius & Vesaliensis, Στοῖνος ὁπαρ. Intellige venustatem suam. Καλλίστον, sive adjективum velis fūtemingo generis, quod jus in plerisque sic terminatis sibi dant Attici, sive adverbium, parum intercessit. Gronov.

<sup>12</sup> Ut ait Navius | Falso hic Navium citari pro Lacio ait Jof. Scaliger cap. 27. lib. 2. Lectionum Auforianorum. Pons.

<sup>13</sup> Versus Orphici | Plurimi exhibent Orphoi, non male. Ms. & editus anno 1500 Orphici. Alterum utrum proculdubio repudendum, nisi malis Orphici, ut I. fogat. <sup>12</sup> Ipsum autem Literum patrem Orphaci utrū vix sospicantur intelligi. Gron.

mines

mines manat intelligendi principium: merito boni consilii solem **antistitem** crediderunt. Solem Liberum esse manifeste pronuntiat **Orpheus** hoc versu:

"**Ηλιος** ὁ διόνυσου ὀπίκλιον καλέσαιν.

& is quidem versus absolutior. ille vero ejusdem vatis operosior;

**Εἰς Ζεύς, εἰς Ἀδην, εἰς Ήλιον, εἰς Διόνυσον.**

hujus versus auctoritas fundatur oraculo Apollinis Clarii; in **quo** aliud quoque nomen Soli adjicitur, qui in ildem sacris **versibus inter cætera** vocatur **Ιάω**. nam consultus Apollo Clarius <sup>14</sup> quis deorum habendus sit, qui vocatur **Ιάω** ita effatus est:

"**Ορφεα μὲν δεδωτὰς ἐχεῖν νηπιδεῖα καὶ δεῖν.**

**Ἐν δὲ ἀπάτῃ παύειν σωθεῖν καὶ τῆς ἀλαπαδνός.**

**Φεγγέος τὸ πάντων ὑπάτον θεὸν ἔμενεν ίάω,**

**Χείμαρα μὲν τὸ αἴδην, δία δὲ εἰαρός αρχομένοιο,**

**Ἡλιον δὲ θέρευς, μετοπώρα δὲ αἰρέον ίάω.**

Hujus oraculi vim numinis nominisque interpretationem, qua **Liber** pater & Sol **Ιάω** significatur, exsecutus est Cornelius Labeo in **libro** cui titulus est, *De oraculo Apollini's Clarii*. Item **Orpheus**, **Liberum** atque Solem unum esse deum eundemque demonitans, de **ornatu** vestituque ejus in **sacris Liberalibus** ita scribit:

**Ταῦτα γε πάντα τελεῖν ιερῷ σκεψῆ πυκνόστατα**

**Σῶμα δέ τε πλάτειν ἔσται γῆς πελάσιο.**

**Πράτα μὲν ἀργυρέας ἐναλίγυνον ἀκτίνεσσιν**

**Πέπλον φονίκεσσα πεύκελον ἀμφιβαλέσσιν:**

**Αὐτὰς ὑπερθε νεβεγίο παναύλια δίρυν κατά ταῦ**

**Δέρμα πολύσικτον θηρὸς κτισθεῖν ὄμον,**

**\*Ἀστρον μαυδέλεων μίκην ιερῷ τε πόλοιο,**

**Εἶτα δὲ ὑπερθε νεβρῆς χεύσεον ζασῆς βαλέσσαι**

**Παμφαρόνυτα πελεῖς σέργων φορέσιν μέρα σῆμα**

**Εὐθὺς δέ τὸν περφτον γαίας φάεθων ἀνορέσσων**

**Χρυσέας ἀκηπτον βάλῃ ῥόν ἀκεανοῖο,**

**Αὐγὴν δὲ ἀστρον ιερῷ τοῦτο σέργων ἀμετρήσσων**

**Μαρμάρην δίνησον ἐλασσόνην κτισθεῖσα**

**Περφθε δέ τοι ζώνην διάρησθε σέργων ἀμετρήσσων**

**Φαλνέτην δέ τοι ἀκεανον κύκλον, μήγα δαῦλον ἐστίθεσσαι.**

Hinc & Virgilius sciens Liberum patrem Solem esse & Cererem Lunam, qui pariter fertilitatibus glebae & maturandis frugibus vel nocturno temperamento vel diurno calore moderantur,

<sup>14</sup> Quis deorum habendus sit, qui vocatur **Ιάω**, ita effatus est, &c. | Diodorus Siculus histor. lib. 1. ubi verba facit de legiuplatonibus antiquis, qui simularunt se Deorum munere acceptas leges popularibus suis constituisse, haec confessione subjicit: *Apud Iudeos Abdes fixxit deum illum, qui Ιάω cognominatur, leges ipsi tradidisse.* Haec ille. Unde ut

& ex loco & verbis Apollinis à Macrobo jam citatis liquere potest, sumum illud numen, quo l. *Iehovam* SS. Scriptura appellant, etiam ethnicis ac præsertim Graecis non fuisse incognitum. Vide item N. Fulleri Myscei. Sacra cap. 6. lib. 2. & lib. 4. cap. 14. Punt.

Vestra

— *Vestro, ait, si munere Tellus*

*Chaoniam pingui glandem mutavit arista.*

Solem vero terrenæ esse fecunditatis auctorem idem poëta profano  
mox docuit exemplo, cum ait :

*Sæpe etiam steriles incendere profuit agros.*

& reliqua. Si enim hominum commento ignis adhibitus multiplex  
præstat auxilium : quid adscribendum est ætherio solis calori ?

### C A P. XIX.

\* *Ne Martis quidem aut Mercurii aliud esse numen quam Solem.*

Q UÆ de Libero patre dicta sunt hæc Martem eundem ac solem esse demonstrant. siquidem plerique Liberum cum Marte conjungunt, unum deum esse monitrantes. unde Bacchus εὐαλίς cognominatur ; quod est inter propria Martis nomina, colitur etiam apud Lacedæmonios simulacrum Liberi patris hasta insigne non thyrfio. sed & cum thyrsus teneret, quid aliud quam latens telum gerit, cuius mucro hedera lambente protegitur ? quod ostendit vinculo quodam patientiæ obligandos impetus belli. habet enim hedera vinciendi obligandique naturam ; nec non & calor vini, cuius Liber pater auctor est, saepe homines ad furorem bellicum usque propellit. igitur propter cognatum utriusque effectus calorem Martem ac Liberum unum eundemque deum esse voluerunt. certe Romani utrumque patris appellatione venerantur, alterum Liberum patrem , alterum Marspitrem , id est , Martem patrem cognominantes. hinc etiam Liber pater bellorum potens probatur ; quod eum primum ediderunt auctorem triumphi. Cum igitur Liber pater idem ac Sol sit , Mars vero idem ac Liber pater : Martem Solem esse quis dubitet ? Accitani etiam Hispana gens, simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione celebrant Newton vocantes. & certe ratio naturalis exigit ut Di caloris cœlestis parentes magis nominibus quam re substantiaque divisi sint. fervorem autem, quo animus excandescit excitaturque aliâs ad iram, aliâs ad virtutes, nonnumquam ad temporalis furoris excessum, per quas res etiam bella nascuntur , Martem cognominaverunt. cuius vim poëta exprimendo & similitudini ignis applicando ait :

*Μάινετο δέ τοι δέσης ἐγχέαται οὐδὲ πῦρ.*

In summa pronunciandum est effectum solis, de quo fervor animorum, de quo calor sanguinis excitatur, Martem vocari. Ut vero Mercurius Sol probetur superius edocta suffragio sunt. eundem enim esse Apollinem atque Mercurium vel hinc appetat : quod apud multas gentes stella Mercurii ad Apollinis nomen refertur ; & quod Apollo Musis præsidet ; Mercurius sermonem, quod est Musarum munus, impertit. præter hoc quoque Mercurium pro sole censi multi documenta sunt. primum ; quod simulacra Mercurii pinnatis alis adornantur, quæ res monstrat Solis velocitatem, nam quia men-

tis

tis potentem Mercurium credimus, appellatumque ita intelligimus  
τὸν τῆς ἐργασίας & sol mundi mens est, summa autem est velocitas  
mentis ut ait Homerus;

αἰσθὴτης πολεμούσης γόνων,

ideo pannis Mercurius quasi ipsa natura solis ornatur. Hodie argumentum Aegyptii lucidius absolvunt ipsius solis simulacra pinnata fingerentes; quibus color apud illos non unus est. alterum enim cœrulea specie, alterum clara fingunt; ex his clarum superum & cœruleum inferum vocant. inferi autem nomen Soli datur, cum in inferiore hemisphærio, id est, hiemalibus signis cursum suum peragat; superi, cum partem Zodiaci ambit æstivam. Eadem circa Mercurium sub alia fabula fictio est, cum inter superos & inferos deos minister ac nuntius æstimatur. Argiphontes præterea cognominatur non quod Argum peremerit, quem ferunt per ambitum capitis multorum oculorum luminibus ornatum, custodisse Junonis imperio Inachi filiam Io ejus deæ pellicem conversam in bovis formam: sed sub hujuscemodi fabula Argus est cœlum stellarum luce distinctum; quibus innesse quædam species coelestium videtur oculorum. cœlum autem Argum vocitari placuit à candore & velocitate. Τοῦ τὸ λαβυρῖνθος πάροδος. Et videtur terram desuper observare: quam Aegyptii, hieroglyphicis literis cum signare volunt, ponunt bovis figuram. is ergo ambitus cœli stellarum luminibus ornatus tunc æstimatur enectus à Mercurio, cum sol diurno tempore obscurando sidera velut enecat, vi luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus. pleraque etiam simulacra Mercurii quadrato statu figurantur solo capite insignata & virilibus erectis. quæ figura significat Solem mundi esse caput & rerum satorem, omnemque vim ejus non in quodam divisorum ministerio membrorum, sed in sola mente consistere, cuius sedes in capite est. quatuor latera eadem ratione finguntur, qua & tetrachordum Mercurio creditur attributum. quippe significat hic numerus vel toridem plagas mundi, vel quatuor vices temporum, quibus annus includitur; vel quod duobus æquinoctiis duobusque solstitiis Zodiaci ratio distincta est: ut lyra Apollinis, chordarum septem tot coelestium sphærarum motus præstat intelligi, \* quibus Solem mode-

\* Παρεὶ τὸ λαβυρῖνθος καὶ τοῖχος | Sanequam diverse hoc loco legitur. Τοῦ τὸ λαβυρῖνθος τεχνῶν εἴσεσθαι τὸ αργόν τοῖχον. Τοῦ τὸ αργόν καὶ τοῖχον. Nihil sufficit. Legō: Τοῦ τὸ αργόν τοῖχον τεχνῶν λαβυρῖνθος καὶ τοῖχος. Tale quid omnino requiritur. Gran.

\*\* Quibus Solem moderatorem natura constituit: Et tunc Persica voce Mithram dicatum insuper nopo. Statius Thebaeos 1.

\*\* Seu te rofum Titana vocari  
Gentis Achamenia rūs, seu praefat Osyrus  
Erugiferum, seu Persei sub rupibus aurum  
Insignata seque tangentera cornuta Mithram.

Nam cornua indignata sequi, Lunam aliosque planetas interpreter. Tertullianus adversus Marcionem lib. 1. Sicne aride & ardenti natura sacramenta leones Mitras philosophantur. Sed omnium discretissime Claudianus de laudibus Stiliconis: Es tūga rofatur vilenem sidera Mithram. Atque haec causa est simulacrum hujus Dei vultu frusse leonis, cum tiara Persico (ira legerim apud Lutarium non prisci ut laudat Bernartus) habitu, utraque manu reluctantis tauri cornu a compri- ments. Pone.

ratores

ratorem natura constituit. in Mercurio solem coli etiam ex caduceo claret, quod Ægyptii in specie draconum maris & foemine conjunctorum figuraverunt Mercurio consecrandum. hi dracones parte media voluminis sui invicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur; primeque partes eorum reflexæ in circulum preffis osculis ambitum circuli jungunt: & post nodum caudæ revocantur ad capulum caducei; ornanturque alis ex eadem capuli parte nascentibus. Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quæ genesis appellatur, Ægyptii protendunt deos præstites homini nascenti quatuor adesse memorantes, *Se'pura, n'χw, Ḳp̄ra, ḥd̄yχw*: & duo priores Solem ac Lunam intelligi volunt, quod Sol auctor spiritus caloris ac luminis humanæ vitæ genitor & custos est; & ideo nascentis dæmon, id est, deus creditur: Luna *n'χw*; quia corporum præful est, quæ fortuitarum varietate jactantur: amor osculo significatur; necessitas nodo. cur pinnæ adjiciantur jam superius abſolutum est. Ad hujusmodi argumenta draconum præcipue volumen electum est propter iter utriusque sideris flexuolum.

## C A P. XX.

*Quin Aesculapium quoque, & Salutem, & Herculem, & cum Iside, ipsum etiam Serapin, alias quam Solem deos non esse.*

**H**inc est quod simulacris Aesculapii & Salutis draco subjungitur; quod hi ad Solis naturam Lunæque referuntur. & est Aesculapius vis salubris de substantia solis subveniens animis corporibusque mortalium: Salus autem naturæ lunaris effectus est, quo corpora animantium juvantur salutifero firmata temperamento. ideo ergo simulacris eorum junguntur figuræ draconum; quia præstant ut humana corpora velut infirmitatis pelle deposita, ad pristinum revivescant viorem, ut virescunt dracones per annos singulos pelle senectutis exuta, propterea & ad ipsum solem species draconis referuntur; quia Sol semper velut à quadam imæ depressionis senecta in altitudinem suam ut in robur revertitur juventutis. Esse autem draconem inter præcipua solis argumenta, etiam nominis fictione monstratur, quod sit nuncupatus *Σῶ τὸ δέργεν*, id est, videre. nam ferunt hunc serpentem acie acutissima & pervigili naturam sideris hujus imitari; atque ideo ædium, adytorum, oraculorum, thesaurorum custodiā draconibus assignari. Aesculapium vero eundem esse atque Apollinem non solum hinc probatur, quod ex illo natus creditur; sed quod ei & jus divinationis adjungitur. nam Apollodorus in

\* Quod sit nuncupatus Σῶ τὸ δέργεν, id est, videre! Hisdem tere verbis Festus: *Dracones dicti τὸ τὸ δέργεν quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem: quia ex causa incubantes eos thesaurois custodia*

*cansa finixerunt. Unde liquet non abs re di-*  
*ctum Martiali:*

*Largrit nibil, invibusque gaza*  
*Ut magnus Draco. Pont.*

libris quibus titulus est *De' M̄tr*, scribit quod Aesculapius divinationibus & auguriis præsit. nec mirum: siquidem medicinæ atque divinationum consociatæ sunt disciplinæ, nam medicus vel commoda vel incommoda in corpore futura prænoscit; sicut ait Hippocrates. oportere inedicum dicere de ægro. τὰ μετόπια καὶ τὰ σεγκύρων καὶ τὰ μέλλοντα λύσει, id est,

*Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura sequentur.*  
quod congruit divinationibus, quæ sciunt

*Td τι ἔτη, τι τὸ παρόντα, τι τὸ μέλλοντα.*

Sed nec Hercules à sublantia solis alienus est. quippe Hercules ea est solis potestas, quæ humanò generi virtutem ad similitudinem præstat deorum. Nec æstimes Alcmena apud Thebas Boeotias natum solum vel primum Herculem nuncupatum. immo post multos atque postremus ille hac appellatione dignatus est honoratusquè hoc nomine; quia nimia fortitudine meruit nomen dei virtutem regentis. cæterum deus Hercules religiose quidem & apud Tyron colitur: verum sacratissima & augustissima Ægyptii eum religione venerantur, ultraque memoriam quæ apud illos retro longissima est, ut parentem initio colunt. Iple creditur & gigantas interemisse cum coelio propugnaret, quasi virtus deorum. gigantas autem quid aliud fuisse credendum est quam hotinum quandam impiam gentem deos negantem; & ideo astutam deos pellere de coeli sede voluisse; horum pedes in draconum volumina desinebant. quod significat nihil eos rectum nihil superum cogitasse, totius vite eorum gressu at-

\* *Virtutem ad similitudinem præstat Deorum | Aurem mihi vellū hic locus & admonet plane perilis apud Senetam Tragicum super eodem hoc Hercule loci. Sed loci, qui iam diu cœntores exercunt, & ita exercuit, ut nec industria illa aut libris devenire ad verum valuerint, Anglicanus vero vetus, quo ego nuper usus, inter tincas & blattas obfure sepositus nivea ejus ueste & volvo folia & occulte fruebatur. Ego hac occasione non invitus in luce locabo. Vulgatior Agamenone vers. 805.*

*Semper ingentes edictas alerunt,  
Imparem aquosum numerum Deorum.  
At in veteri illo, quem dixi erat: impetus aquosus. & sequitur sum libess (quisquis ille fuit) optimi sensu optimum scribam: rifi vero que super impare bac Deorum numero varie philosophati interpretes viri, & vidi denique quan simplex semper oratio veritas. In Hercule Farente ipse de se Hercules, Inferna nostra regna sensere impetus. Videnda tamen quæ postmodum notavi ad eundem locum in editione harum Tragediarum V. Cl. Petri Scriverii. Idem.*

\* *Vel primum Herculem nuncupatum | Recete annotat Macrobius non illi, simulac geni-*

tus-fuit, Herculis nomen darum. Ex Historia enim & Pythiis sermonibus notum Heraclicem appellatum primitus: Post certa de causâ oraculum confluenti Apollinis & compoti votorum facto, hoc insuper carmen & omnes à Deo editum:

*Ηρακλεῖ τὸν φόνον ιπτάμενον εἰς τομέα -  
ζει,*

*"Ηρακλεῖ αἱροποιοί πόρτην κλέψατε αἴτοι οὐδέ  
Quod & signanter adiunxit Aurelius no-  
sterr illis statim verbis, Meruit nomen Dei vir-  
tutem regentis Ubi tamen vocem, regentis  
(probabo spero doctis) refinxero libens in  
vegentis. Pomponius Majali: Animis Vates  
veget ingentibus ventis. Idem.*

\* *Nomen dei virtutem regentis | Qui re-  
finanserit libens vegetis, & se probatrum do-  
ctis sperat, operam ludit. Deus regens vir-  
ture est præses virtutis, quem aliter dicere  
solet curantem virtuti (quomodo præfecti in  
exercitu curantur) frequentissime au-  
tem potentest virutis. Sic Apollo Θυραῖς  
exitus & intratius potens. Mercurius vocis &  
sermonis potens. Et quidni hic, ut lib. 1. Som.  
cap. 9. Hisque (principi regibus) exemplu ad-  
teris potestatis etiam in calo regendi res huma-  
nas affigunt officium. Gron.*

que processu in inferna mergente. ab hac gente sol poenas debitas vi pefſiferi caloris exegit. Et revera Herculem ſolem eſſe vel ex nomine claret. *Hegxāns* enim quid aliud eſt niſi *negs*, id eſt aēris *κάσθ*? quia porro alia aēris gloria eſt niſi ſolis illuminatio; cuius recessu profunditate occulitur tenebrarum? Præterea ſacrorum administratores apud Aegyptios multiplici actu multiplicem dei afferunt potestatem, significantes Herculem hunc eſſe *πέντε καὶ διὰ πέντε οὐλας*. Ex re quoque alibi terrarum gesta argumentum non vile colligitur. nam Theron rex Hispaniae citerioris, cum ad expugnandum Herculis templum ageretur furore instructus exercitu navium; Gaditani ex adverſo venerunt proiecti navibus longis: commiſſoque prælio adhuc æquo Marte exſilente pugna ſubito in fugam verſae ſunt regiae naves; ſimulque improvifo igne correptæ conflagraverunt paucifimi, qui ſuperfuerant, hostium capti indicaverunt apparuiffe fibi leones proris Gaditanæ claſſis ſuperstantes, ac ſubito suas naves immiſſis radiis quales in Solis capite pinguntur exuſtas. Eadem Aegypto adjacens civitas, qua conditorem Alexandrum Macedonem gloriat, Sarapin atque Iſin cultu pene attonitæ venerationis obſervat: omnem tamen illam venerationem Soli ſe sub illius nomine teſtatur impendere, vel dum calathum capiti ejus infigunt, vel dum simulacro ſignum tricipitis animantis adjungunt; quod exprimit međio eodemque maximo capite leonis effigiem. dextera parte caput canis exoritur manueta ſpecie blandientis. pars vero laeva cervicis

*3 Significantes Herculem hunc eſſe* | Cur tributi duodecim labores Herculi, cum plures exantlarit, doceſ Servius ad illud Virgil. 8. Aeneid.

*Tartareum ille manu custodem in vincla peditivit.*

*Hercules*, inquit, à prudenterib[us] mente magu quam corpore fortis inducitur, adeo ut dydecim eius labores referri pofint ad aliquid (forte rectius, ad animum) nam cum plura feceris, duodecim ei tantum adſignantur propter agita duodecim ſigna. Pont.

*6 Caput canis exoritur* | Ita reponimus, ex libris, pro leonis. Anubis enim intelligendus, de quo Juvenalis Sat. 6.

*Qui grege lanigero circundatus, & grege calvo,*

*Plangentis populi currit derisor Anubis.*

Interpretes, Anubis dictus quia caput caninum accepit per mysteria. Laur. Pignorius pag. 32. malit legere ad naturam canis. derisor Anubis. Vide eum in Expol. mensa Iſiacæ. At derisor dicitur reſpectu populi plangentis. Porro locus Macrobius qui praecellit cap. 19. p. 295 Argumentum caducei ad genitum quoque homini qua genitū appellatur. Aegypti profundum, faciat forte adhunc ipsum Juvenalis locum, ſed ut hodie in Juvenale editur ni-

hil minus. Eſt enim in omnibus libris: Magna que debet violato pama caduceo. Et interpretes quot adeo tot quoque ſententias referto. In codice vero, qui penes me ſcripto (quomodo & alii in alii licet non probent) invenio: pama caduceo. Locum totum videamus & clara indicia dabunt ita legendum: Id ſolum prenonendum, Anubin quoque ſub fotma Mercurii cultum, ut diſerte ad illud Maronis. Omnipotensque Domini monſtra & lator Anubis, annotat Horatius. Ait itaque jam Juvenalis:

*Plangentis populi currit derisor Anubis.*  
*Ille petis venatio, quoties non abſtinet uxor*  
*Concupiſti ſacri obſervandisque diuersus,*  
*Magna que debet violato pama caduceo,*  
*Et moſiſe caput viſa eſt argentea ſerpent*  
*Illius lacrymnis, meditataque murmurata preſtant*

*Ut veniam culpa non abnuat.*  
Erit ergo, iuſtatione caduceum, ipſum numen ſeu ut Aurelius locutus, genitura preſtes Deus. Argenteam autem ſerpentem, draconem ubiſi dixit Macrobius, quomodo & in ipſa caducei deſcriptione. Etiam Lycophron Cassandra: *μηδεὶς τὸν τοῦ Ἀργείου θόρυβον*, nam Cythreum irreligit qui τοῖς dicitur, ut docet Stephanus. Idem.

rapacis

rapicis lupi capite finitur; easque formas animalium draco conteret volumine suo capite redeunte ad dei dexteram qua compescitur monstrum. Ergo leonis capite monstratur praesens tempus: quia conditio ejus inter præteritum futurumque actu praesenti valida fervensque est. sed & præteritum tempus lupi capite signatur, quod memoria rerum transactarum rapitur & aufertur. item canis blandientis effigies futuri temporis designat evenum; de quo nobis spes licet incerta blanditur, tempora autem cui nisi proprio famularentur auctori? cuius vertex insignitus calatho & altitudinem sideris monstrat, & potentiam capacitatis ostentat: quia in eum omnia terrena redeunt dum immisso calore rapiuntur. Accipe nunc quid de Sole vel Sarapi pronuntietur oraculo. nam Sarapis, quem Egyptii deum maximum proddiderunt, oratus à Nicocreonte Cypriorum rege quis deorum haberetur his versibus, sollicitam religiosam regis intruxit:

Εἰπεν θεός ποιός Δε μαδέν, οἷον καὶ στράτη πεπον.

Οὐεργάσθι κόσμον καφαλήν, γαστήρα δὲ τελεστα.

Ταῖα Δε μως πεδίες εἰσι, τὰ δὲ κέφαλα τοιάδεται καὶ οἱ.

Ουμάτη πλανής λαμπερή φύσις τελείων.

\* ex his appetet Sarapis & solis unam & individuam esse naturam. Iis juncta religione celebratur, quae est vel terra vel natura rerum subiecta. Solis natura est quod continuans uberibus corpus deo omne debet, quia terrae vel rerum naturae altu nutritur universitas.

<sup>1</sup>. Et potentiam capacitatis ostentat | Legio: ex. p. capacitatis. Subdit enim: *euia in eum omnia terrena redeant dum immisso calore rapiuntur.* Meurs. Calathi figura rapacitatem sideris nulla vel subtilissima ratione potest simulare. Sed quia omnia terrena immisso calore raps in eum tredire possunt, inde amplitudinem ejus calathi, hoc est, capacitatis potentiam ostentat. Hoc Macrobius est. Gronov.

<sup>2</sup>. Ex his appetet Sarapis & solis unam esse & individuam naturam | Eliani locis libri

de Animalibus 10. cap. 28. lepidus est: Μεσοῦ Τοῦ οἴ αὐτοῦ Σεπανδίαι τὸ Διὸς τὸν εργάζουσαν τὴν ἔργα, Τὸ δὲ αἴτιον, Σποράρχεις οὓς τὸν άρατολὸν τὸν Πλάτον, τὰ οὐρανά τοῦ οὐρανοῦ τοῖς εὐρυτέροις εὐρύτεροις, φασιν Αργείου. id est, Et vero etiam quos modo commemoravi Sarapis colentes, ex eo Oryzem oderunt, quod ad Solis exercitorum conversus ficitur Egyptii ferunt, alium dejeiciat. Nec ab humilia narrat Apollo, Orus ιερογλυφικῶν libro priore. Qui volerit, videto. Poni.

C A P

## C A P. XXI.

*Adonin, Attinem, Osirin, & Horum, aliud non esse quam Solem. Præterea & duodecim signa Zodiaci ad naturam Solis referi.*

**A**donin quoque Solem esse non dubitabitur inspecta religione Assyriorum, apud quos Veneris Architidis & Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phoenices tenent. nam physici terræ superius hemisphærium, cuius partem incolimus, Veneris appellatione coluerunt; inferius vero hemisphærium terræ Proserpinam vocaverunt. ergo apud Assyrios sive Phoenicas hyems producitur dea: quod Sol annuo gressu per duodecim signorum ordinem pergens partem quoque hemisphærii inferioris ingreditur, quia de duodecim signis Zodiaci sex superiora sex inferiora censentur: & cum est in inferioribus & ideo dies breviores facit, lugere creditur dea, tamquam Sole raptu mortis temporalis amissione à Proserpina retento; quam numen terræ inferioris circuli & antipodum diximus, rursumque Adonin redditum Veneri credi volunt, cum sol evictis sex signis inferioris ordini incipit nostri circuli lustrare hemisphærium cum incremento luminis & dicrum. ab aper autem tradunt interemptum Adonin, hyemis imaginem in hoc animali fingentes; quod aper hispidus & asper gaudet locis humidis & lutofis pruinaque contextis, proprieque hyemali fructu pascitur glande. ergo hyems veluti vulnus est solis, quæ & lucem ejus nobis minuit & calorem; quod utrumque animalibus accidit morte. Simulacrum hujus deæ in monte Libano singitur capite obnupto, specie tristi, faciem manu lœva intra amictum sustinens, lacrymæ visione conspicientium manare creduntur. quæ imago præter quod lugentis est, ut diximus, deæ, terræ quoque hyemalis est; quo tempore obhupta nubibus sole viduata stupet, fontesque veluti terræ oculi uberiori manant, agrique interim suo cultu vidui mæstam faciem sui monstrant. Sed cum sol emersit ab inferioribus partibus terræ, vernalisque æquinoctii transgreditur fines augendo diem: tunc est & Venus lœta & pulchra virent arva segetibus, prata herbis, arbores foliis. ideo majores nostri Aprilem mentem

*Apud quos Veneris Architidis. | Monuit conjectaneis ad Varronem clarissimus Scaliger refingendum, Dercidius, detorta nimurum voce à Syriaco Adardaga. Sed causas qui uberiori voler ibidem videto. Vide Ramirez Pontocont. cap. 21. & vide Macrobius nostrum cap. seq. 23. Ubi ait: stabiliunt eidem deam nomine. Adargain. Vide denique Mischl. Sacra N. Fulleri cap. 13. lib. 1. Vide item notas Bongarai ad Justinum lib. 36. ubi pro Arathis leg. Arathen, quæ Syrtum sit dea, etiam Asar-*

*gatis dicta. Strab. 16. & hujus meminisse etiam Macrobium putat hoc loco. Seldenus lib. de diis Syris cap. 3. Syntag. 2. legit Aphacidis. Non enim, inquit, Derceto, non Adargidia aut Atregatis monte Libano colebatur, sed Venus Aphacitis, à regione cognomine dicta. Zosimus hist. 1. Aphacis locus est inter Heliopolim & Byblum, ubi fanum est Veneris Aphacitidis. Sed vide, quæ dixi, loco citato Seldenui Pontani.*

P.

Veneri

Veneri dicaverunt. Similiter Phryges fabulis & sacrorum administrationibus immutatis, <sup>2</sup> circa matrem deum & Attinem eadem intelligi præstant. quis enim ambigat matrem deum terram haberi? Hæc dea leonibus vehitur, validis impetu atque fervore animalibus; quæ natura cœli est, <sup>3</sup> cujus ambitu aër continetur qui vehit terram. Solem vero sub nomine Attinis ornant fistula & virga. fistula ordinem spiritus inæqualis ostendit: quia venti, in quibus nulla æqualitas est, propriani sumunt de sole subitantiam. virga potestatem solis asserit qui cuncta moderatur. præcipuum autem Solis in his cæremoniis verti rationem hinc etiam potest colligi; quod ritu eorum catabasi finita, simulationeque luctus perfecta, celebratur lætitia exordium a. d. octavum Calendas Aprilis, quem diem Hilaria appellant, quo primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. idem sub diversis nominibus religionis effectus est apud Ægyptios, cum Isis Osirin luget. nec in occulto est neque aliud esse Osirin quam Solem, nec Ilin aliud esse quam terram, ut diximus, naturamve rerum: eademque ratio quæ circa Adonin & Attinem vertitur in Ægyptia quoque religione luctum & lætitiam vicibus annuæ administrationis alternat: <sup>4</sup> hinc Osirin Ægyptii, ut solem esse assertant, quotiens hieroglyphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, <sup>5</sup> inque eo speciem oculi exprimunt, & hoc signo Osirin monstrant; significantes

<sup>2</sup> Circa matrem Deum. | Inscriptum Rognæ in sedibus Cardinali Columnæ ad Palatium majus:

DOMUS ÆTERNA FLAVIAE CHRYSIDIS LABERIA FELICIA SACERDOS MAXIMA MATRIS DEUM M. L. Pont.

<sup>3</sup> Cujus ambitu aër continetur, qui vobis terram. | Notabilis hic locus de Telluris aërea sectione; nec præterit Batavæ juvenitatis gloria, Douza filius, qui Notis ad Tibullum apte hinc firmavit irrisum imperitis Lucani versiculum & mentem; *Dum terra frustum terramque levabit Aëris.* Sed ipsum vidisse opere erit impensis. Opini hæc, si ad naturas potius, quam poëtarum decreta exigatur, ridebitur viris philosophis. Exclusæ tamen majoribus operi ait in Poëtices libris vir scientiæ nullius incius Jul. Scal. qui & Philofratii prolatu loco non dissimilem de aqua sententiam veterum referente, censuit Lucani, que & nos supra laudavimus verba, non negligende censuræ. Imo & Plinius, princeps inter Latinos nature mystes, ait cap. 5. lib. 2. *Huius (scilicet aëris) vi suspensam cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem.* Suggestit oportune Scrivetus Lucretii versus, unde hæc ista de Matre Deum, & aërea quoque terræ libratione; quod & Lucanus, uti, jamjam monuimus, & Claudiatus etiam extulerat:

Et qui perpassu terras ambitusque vehitique  
Nec premat incumbens oneri, nec cesserit aëris.

Sed Lucretii, quos dixi, versus illustres sunt & dignissimi adscriptione:

Hanc veteres Graium docti cecinere poëtra,  
Sublimem in currus biuges agitare leones,  
Aëris in Spatio magnam pendere docentes  
Tellurem, neque posse in terra fixere Terram.  
Extant lib. 2. ubi de Deum Matre: Id.

<sup>4</sup> Hinc Osirim Ægyptii. | Magnus ab Ægyptiis huic idolo honos habitus. Satyrici, carmen de codem tapiendum:

Exclamare libertus populus quod clamat Osiri  
Invento.

Clamatum autem, uti invenio in Glossis veteris, εὑρίσκεται, δινέασθαι. Idem.

<sup>5</sup> Inque eo speciem oculi exprimunt. | Placet Cl. Lipsii inventum, testimoniis vix aliam notam super impressam craci commissie; ut pote quæ Tau literam referat cum anulo vel ansula superne. Ipsum T. vitram ventram interpretati Ægyptii, unde hieroglyphicæ & apposite, ut & idem censem, Sol adscriptus qui auctor vitæ. Sed ipsum adisse non pigeat Notis ad primum lib. de cruce cap. 8. Idem.

hunc

hunc deum Solem esse, regalique potestate sublimem cuncta despicer: quia<sup>6</sup> Solem Jovis oculum appellat antiquitas. Apud eosdem Apollo, qui est Sol, Horus vocatur, ex quo & horæ viginti quatuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt: &<sup>7</sup> quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur. Idem Ægyptii, volentes ipsius Solis nomine dicare simulachrum, figuravere raso capite, sed dextra parte crine remanente, servatus crinis docet Solem naturæ rerum nunquam esse in operto. dempti autem capilli residente radice monstrant hoc fidus etiam tempore quo non visitur à nobis rursum emergendi, uti capillos, habere substantiam. eodem argumento significatur & tempus quo angusta lux est, cum velut abrasis incrementis<sup>8</sup> naturæque manente extantia, ad minimum diei sol pervenit spatium; quod veteres appellavere brumale solstitionem; brumam à brevitate dierum cognominantes, id est, Βεγκοῦ θηρα. ex quibus latebris vel angustiis<sup>9</sup> rursus emergens ad ætivum hemisphærium tanquam enalcens in augmenta porrigitur; & tunc ad regnum suum pervenisse jam creditur. propterea Ægyptii animal in Zodiaco consecravere ea cœli parte, qua maxime anno cursu Sol valido effervet calore; leonisque inibi signum domicilium Solis appellant: quia id animal videtur ex natura Solis substantiam ducere,<sup>10</sup> primumque impetu & calore præstat animalia, uti præstat sol sidera; validusque est leo pectore & priore corporis parte, ac degenerat posterioribus membris, æque solis vis prima parte diei ad theridiem increscit, vel prima parte anni à vere in ætitatem; mox elangescens deducitur vel ad occasum qui diei, vel ad hyemem quæ anni pars videtur esse posterior, idemque oculis patentibus atque igneis cernitur semper; ut sol patenti igneoque oculo terram conspectu perpetuo atque infatigabili cernit. Nec solus leo sed

<sup>6</sup> Solem Jovis oculum appellat antiquitas. | Charphilides Τίτιος; οὐδὲν Καρπαθιούς. Quid Sol? cœlestis oculus. Et apud Herodium, Πάντα λόγων ἐστὶν αὐτοῖς. Vide Laur. Pigorium Menœ Iiace Expositione p. 16. ubi docet ab Eusebio Osrin multicolorem dictum itemque à Diodoro & Plutarcho. *Idem.*

<sup>7</sup> Quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, hora vocantur. | Ossiter Cenotrienum emenda cap. 19. Eoque ver, aestatem, autumnum, hyemem, & annum diei, &c. Scribo, ωρας Meruris.

<sup>8</sup> Naturæque manente extantia; indicio Anglicani scripti, cui, ut fere solet, affinitat. vetuste eius. *Pont.*

<sup>9</sup> Rursus emergens ad ætivum hemisphærium, tanquam enalcens in augmentum porrigitur. | Legio, tanquam renascens. Meruris.

<sup>10</sup> Primumque impetu & calore præstat

animalia, ut præstat Sol sidera. | Leonis indelem eleganter etiam adumbravit Manilius, in ejus alterissimo, sed loco tamnen needum fatis firmato. Vulgaris lib. 4.

Hoc habet, hoc studium peccat ornare superbos  
Pellibus, & captas dominibus configere prædas.  
Et pugare mens silvas & vivere raptu.

Sed repperit in chiographia vir clarissimus, parare metu, unde & ipse formandum censuit, purare, sed scriptum aio Poete, pacare metu, convenientissime in hoc animal quod ut dixit Macrobius præstat cætera. Tyrannus enim dominatorque quodammodo in silvestri illo ac vasto regno est, quem oderunt dum metuant. Deinde ridet magis vivere vido; nam in scriptis intelligo esse, vido, non rafro. Plautus, virtute dixit vido videntes vivere, &c. Denique Hoc habet, fuit erit, hoc havet. *Pont.*

<sup>11</sup> signa quoque universa Zodiaci ad naturam Solis jure referuntur, & ut ab ariete incipiām, magna illi concordia est. nam is per menses sex hybernales sinistro incubat lateri, ab æquinoctio verno supra dexterum latus: sicut & Sol ab eodem tempore dexterum hemisphærium, reliquo ambit sinistrum. <sup>12</sup> Ideo & Hammonem, quem deum Solem occidentem Libyes existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet, sicut sol radiis. nam & apud Græcos ἡ πόλη τοῦ Ἡρακλείου Ἀριστοτέλης appellatur. Taurum vero ad solem referri multiplici ratione Ægyptius cultus ostendit: vel quia apud Heliopolim taurum Soli consecratum, <sup>13</sup> quem Neton cognominant, maxime colunt; vel quia bos Apis in civitate Memphis Solis instar excipitur; vel quia in oppido Hermunthi magnifico Apollinis templo consecratum Soli colunt taurum, Pacin cognominantes, insignem miraculis convenientibus naturæ Solis. nam & per singulas horas mutare colores affirmatur, & hirsutus fetis dicitur in adversum nascentibus contra naturam omnium animalium. unde habetur veluti imago Solis in diversam mundi partem nitentis. <sup>14</sup> Gemini autem, qui alternis mortibus vivere creduntur, quid aliud nisi Solem, unum eundemque significant, modo descendenter in ima mundi, modo mundi in summam altitudinem resurgentem? Cancer obliquo gressu quid aliud nisi iter Solis ostendit, qui viam nunquam rectam sed per illam semper mereor sortitus est,

*Obliquus qua se signorum verteret ordo;*

<sup>11</sup> *Signa quoque universa Zodiaci ad naturam solis.* | Nec signa soluna sidera, sed & reliqua quoque que stata Censorinus dixit ad mirabile hoc validumque astrum referri, Poëtis testibus docere non sit difficile. Quid? Nonne Maro per Sirium stellam solem intellectisse dicendum illo verfu,

*Jam rapidus torrens sienter Sirius Indos Ardebat cælo.*

Et Suidas annotat. *οὐεγένη* à multis exponit, id est, *Sirius solem.* Sed ut hoc obiter addam, *Sirius*, cum indubie sit stella in lingua Canis lucida, variant tamen auctores cuius propriæ dicuntur, an videlicet Orionis, an Iidis, an denique Cephalii. Pollux lib. 5. cap. 5. Icarii canem fuisse vult innuire, quod firmandum censeo ascensu Nasonis. In Nuce;

*Qui si non aptas solem fugientibus umbras, Finditur Icario cum cane terra, darem. Pont.*

<sup>12</sup> Ideo & Hammonem, quem deum solem occidentem Lilyes existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet, sicut Sol radiis. | Fefus Pompeius Hammonem cognominatum tradit, quia in arena pugnatur inventus, que Græcè ἀμυντὶς dicitur. At proprius Hebrei rem explicent, quibus

*Hamma vox Solem ac calorem disertè notat.* unde & Cham live Ham quoque dictus iisdem est, quod ejus scilicet posteri à sole usitati nigrique sint. Quod autem cornibus eundem Hammonem fingi addat, inde est, quod orientales populi cornicari pro radicare seu cornificare acceperunt. Unde & Mosi cornua tribuantur, quod vultus ejus coruscare ac radiare videbatur. *Idem.*

<sup>13</sup> *Quem Neton cognominant.* | V. c. Neton. Meurs. Hoc vocabulum Hispanica lingua Marti datum supra dixit Macrobius. Sed ex Stephani mutatione: nam Ms. ibi cum editis. omnibus Necyn, quomodo & Ortelius allegat. Camerarius tantum & Steriana testantur in antiquo esse Neton. Hoc loco Ms. cum editione anni 1500. Neton. Ascensius, Vesal. Camerar. Neton & plerique ad marginem antiquos habere Neton, quomodo Seldenus in Ms. ut prædicat, vetustissimo invenit, cui placet Marvin, quem sequitur Grotius ad Exodon, & haftenus acquiesco. Gron.

<sup>14</sup> *Gemini autem qui æquinoctiis mortibus.* | In scripto legebatur, mortibus. Sed ego non audio. Minutius: *Castores alterni moriuntur, ut vivant.* Manilius numerose, Ois & aternam peragunt in morte juventum. Pont.

maxime-

maximeque in illo signo Sol à cursu supero incipit obliquus inferiora jam petere. De leone supra jam dictum eit. Virgo autem, quæ manu aristam refert, quid aliud quam *Δωρεανης ἡλιαχη* quæ fructibus curat? & ideo justitia creditur; quæ sola facit nascentes fructus ad hominum usus pervenire. Scorpius totus, in quo Libra est, naturam Solis imaginatur; qui hyeme torpescit, & transfacta hac aculeum rursus erigit, vi sua nullum naturæ damnum ex hyberno torpore perpetua. Sagittarius, qui omnium Zodiaci domiciliorum imus atque postremus est, ideo ex homine in feram per membra posteriora degenerat, quasi postremis partibus suis à superis in inferna detrusus. sagittam tamen jicit: quod indicat tunc quoque universorum constare vitam radio Solis vel ab ima parte venientis. Capricornus ab infernis partibus ad supera Solem reducens capræ naturam videtur imitari; <sup>15</sup> quæ dum pascitur, <sup>16</sup> ab imis partibus prominentium semper scopulorum alta depositit. Aquarius nonne iplam vim Solis ostendit? unde enim imber caderet in terras, nisi solis calor ad supera traheret humorem; cuius resufo pluvialis est copia? In ultimo ordine Zodiaci pisces locati sunt: quos consecravit Soli non aliqua naturæ suæ imitatio, ut cætera, sed ostentatio potentiae fideris, <sup>17</sup> à quo vita non solum aëreis terrenisque animalibus datur, sed illis quoque quorum conversatio aquis mersa velut à conspectu solis exsulat. tanta est vis Solis ut astrusa quoque penetrando vivificet.

<sup>15</sup> Qua dum pascitur, ab imis partibus prominentium semper scopulorum alta depositit. | Bene depositit. petunt enim alium semper pascendo capræ, & dixit jam idem ante nostrar cap. 17. pag. 284. his verbis: Capra consuetudo haec in pastu videtur, ut semper alium pascendo petat. Petit, inquir, alium pascendo, id est, ut hic loquitur, dum pascitur. Libri si qui depositit hic habent

pro depositis, omnino hinc emendandi. Item p. 308. Quod & terrinum esset, & ramen semper petere alta pascendo. Idem.

<sup>16</sup> Ab imis partibus prominentibus semper scopulorum alta depositit. | Legio, scopulorum alta depositit. Meurs.

<sup>17</sup> A quo vita non solum aëris terrenisque animalibus datur. | Melius v. c. seris terrenisque. Idem.

## C A P. XXII.

Quod Nemesis, Pan, (quem vocant Inuum) & Saturnus, aliud non sine quam Sol.

ET, ut ad Solis multiplicem potestatem revolvatur oratio, <sup>1</sup> Nemesis, quæ contra superbiam colitur, quid aliud eit quam Solis

<sup>1</sup> Nemesis, quæ contra superbiam colitur. | Diserte exprefit Catullus:

Nunc audax cave sis: præceſque noſtræ Oramus & que deſſinat oculo;

Ne panas Nemesis reprobat à te. Eſt vehemens Deus, ladere hanc caveto.

Eſt enim audax hoc loco Segovis ex Glosario, quonodo nescio an aliud ſumptum Punt.

P 3

poteſtas?

potestas? cuius ista natura est ut fulgentia obscuret & conspectui auferat, quæque sunt in obscuro illuminet offeratque conspectui. Pan ipse, quem vocant Inuum, sub hoc habitu quo cernitur Solem se esse prudentioribus permittit intelligi. hunc deum Arcades collunt appellantes Πάνας κύρεον: non silvarum dominum, sed universæ substantiæ materialis dominatorem significari volentes. cuius materiæ vis universorum corporum, seu illa divina seu terrena sint, componit essentiam. ergo Inui cornua barbaque prolixa demissio naturam lucis ostendunt, qua sol & ambitum coeli superioris illuminat & inferiora collustrat. unde Homerus de eo ait;

'Ομηρος' ίν' ἀθανάτους φῶς φέρει, ἵδε βερποῖσιν.

Quid fistula vel virga significant superius in habitu Attinis expressimus. Quod in capræ pedes definit, hæc argumenti ratio est; quia materia, quæ in omnem substantiam Sole dispensante porrigitur, divinis de se corporibus effectis in terræ finitur elementum. ad hujus igitur extremitatis signum pedes hujus animalis electi sunt, quod & terrenum esset & tamen semper peteret alta pascendo; sicut Sol vel cum radios superne demittit in terras vel cum se recolligit in montibus visitur. Hujus Inui amor & deliciae ιχθυς creditur nullius oculis obnoxia: quod significat harmoniam coeli, quæ Soli amica est quasi sphærarum omnium de quibus nascitur moderatori; <sup>a</sup> nec tamen potest nostris unquam sensibus deprehendi. Saturnus ipse, qui auctor est temporum, & ideo à Græcis immutata litera νεῦρος quasi χεῦρος vocatur, quid aliud nisi Sol intelligentus est? cum tradatur ordo elementorum temporum numerositate distinctus, luce patefactus, nexus æternitate conductus, visione discretus: quæ omnia actum Solis ostendunt.

<sup>a</sup> Nec tamen potest nostris. | A Camerario, Vesaliensi, Stoer. sumuntur hoc Stephanus cum Pontano. Mf. & præcita editio Veneta τὸ περὶ non habent: & agnosco in eo putidam spissationem, cum respiciat oratio τὸ significat: neque enim præcedentia sola ex-

plicant secretum ιχθὺς, sed & hæc ipsa. Legge: quod significat harmoniam cali Soli amicam esse, quasi sphærarum omnium, de quibus nascitur, moderatori nec tamen nostris unquam sensibus deprehendi. Gronov.

## C A P. XXIII.

*Jovem quoque, & Assyriorum Adad, eundem esse quem Solem: Tum & theologorum, & Orphei autoritate ostendi posse, omnes referri ad Solem.*

**N**EC ipse Jupiter rex deorum Solis naturam videtur exceedere: sed eundem esse Jovem ac Solem claris docetur indicis. nam cum ait Homerus:

*Zōēs γὰς ἐσ ὀκεανού μετ' ἄρματος Λίθοπηνας  
Χειρὸς ἔχει καὶ δέητα, θεοὶ ἄλλα πάντες ἔποντα,  
Δωδεκάτη δὲ τοι αὖθις ἐλδίσῃ ἐλυμπόντες.*

Jovis appellatione Solem intelligi Cornificius scribit, <sup>1</sup> cui unda oceani velut dapes ministrat. ideo enim, sicut & Posidonus & Cleantes affirmant, Solis meatus à plaga quæ ulta dicitur non recedit; quia sub ipsa currit oceanus, qui terram & ambit & dividit. omnium autem physicorum assertione conitat calorem humore nutriti. nam quod ait,

*Θεοὶ δὲ ἄλλα πάντες ἔποντα,  
sidera intelliguntur; quæ cum eo ad occulus ortusque quotidiano impetu coeli feruntur, eodemque aluntur humore. Στέρες enim dicunt sidera & stellas, οὐ τούτοις id est, τρέκεται, quod semper in cursu fint; οὐ ἀπὸ τούτων θεοφενδεῖς addit poëta,*

*Δωδεκάτη δὲ τοι αὖθις,*

non dierum sed horarum significans numerum, quibus referuntur ad hemisphaerii superioris exortum. Intellectum nostrum ducunt in eandem sententiam etiam de Timæo Platonis hæc verba: Οὐ μὴ δὴ μήγας ἡγαμένης ἐν τεσσαροῖς, ἐλαύνων πλεύειν ἄρμα. φρέσθιος διακοσμῶν πάντα, τεπιλέμνιος τοι δὲ ἐπι. δραπά θιῶν καὶ μεμινῶν καὶ ἔνδεια μέρη καροσμητῶν, μέρη δὲ ἵστα εἰς θεῶν οἴκου μόνη. his enim verbis magnum in coelo ducem solem vult sub appellatione Jovis intelligi, alato curru velocitatem sideris monstrans. nam, quia in quoque signo fuerit præstat omnia signa & sidera, signorumque prætites deos, videtur cunctos deos ducatu præire ornando cuncta ordinandoque; atque id velut exercitum. ejus ceteros deos haberi per xii. signorum partes distributos; quia ipse duodecimi signi, in quoque signo fuerit locum occupat. nomen autem dæmonum cum deorum appellatione conjungit; aut quia dii sunt dæmones, id est, scientes futuri, aut, ut Posidonus scribit in libris quibus titulus est *αἰθ*

<sup>1</sup> Cui unda Oceanus velut dapes ministrat | Anglicanus: cui undam Oceanus. Sed hac lectione oratio vix stat, nec vulgata sententia. Non ambigo quia scripsit longavus, cui undam oceanus. Et hoc est quod clarius

in Somnium dixit, cap. 10. lib. 2. Ignem aethereum physici tradidere humore nutriti. Et statim, ideo Sol sub Zona cali perusta ultra citaque discurrat, ut habeat subiecti humoris alieniam. Pont.

ἥρων ἢ θεούσιν, quia ex ætherea substantia parta atque divisa qualitas illis est; five ἀπὸ τῆς θεούσης, id est, κυριότερος: seu ὅπερ τῆς θεούσης hoc est, μεταξούντιον. Quod autem addit μέντοι ἡ ἔστια ἐν θεῷ, οὐκοῦ μέντοι, significat quia hæc sola, quam terram esse accipimus, manet immobilis intra domum deorum, id est, intra mundum, ut ait Euripides;

*Καὶ γαῖα μῆτιρ. ἔστιας δὲ σὲ οἱ οὐρανοί.*

*Βερτῶν καλέσονται, ημέρων εἰς αἰδησίαν.*

hinc quoque ostenditur quid de Sole & Jove sit sentiendum, cum alibi dicatur;

*Πάντα ἴδων Διὸς ὄφθαλμος χρή πάντα γονίας.*

& alibi:

*Ηέλιος δὲ τὸν ἑφορᾶς, καὶ τὸν ἑπακόντα.*

unde utrumque conitat una potestate censendum. Affyrii quoque Solem sub nomine Jovis, quem Dia Heliopoliten cognominant, maximis ceremonijs celebrant in civitate quæ Heliopolis nuncupatur. ejus dei simulacrum sumptum est de oppido Ægypti, quod & ipsum Heliopolis appellatur, regnante apud Ægyptios Senemure, seu idem Senepos nomine fuit: perlatumque est primum in eam per Opiam legatum Deleboris regis Affyriorum, sacerdotesque Ægyptios, quorum princeps fuit Partemetus; diuque habitum apud Affyrios postea Heliopolim commigravit. Cur ita factum, quaque ratione Ægypto profectum in hæc loca ubi nunc est postea venerit, rituque Affyrio magis quam Ægyptio colatur dicere supersedi, quia ad præsentem non attinet causam. Hunc vero eundem Jovem Solemque esse cum ex ipso sacrorum ritu, tum ex habitu dinoscitur, simulacrum enim aureum specie imberbi instat dextra elevata cum flagro in aurigæ modum; lœva tenet fulmen & spicas, quæ cuncta Jovis Solisque consociatam potentiam monstrant. Hujus templi religio etiam divinatione præpolleret, quæ ad Apollinis potestatem refertur qui idem atque Sol est. vehitur enim simulacrum dei Heliopolitanæ ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circensium deorum simulacra: & subeunt plerumque provinciæ proceres raso capite longi temporis castimonia puri; ferunturque divino spiritu, non suo arbitrio, sed quo deus propellit vehentes: ut videmus apud Antium promoveri simulacra Fortunarum ad danda responsa. Consulunt hunc deum & absentes missis diplomatis confignatis: rescribitque ordine ad ea quæ consultatione addita continentur. Sic & imperator Træjanus initurus ex ea provincia Parthiam cum exercitu constantissimæ religionis hortantibus amicis, qui maxima hujuscce numinis ceperant experimenta, ut de eventu consulteret rei coptæ, egit Romano consilio prius explorando fidem religionis; ne forte fraus subesseret humana: & primum misit signatos codicillos, ad quos sibi rescribi yellet. deus iussit afferri chartam, eamque signari puram

<sup>3</sup> *Liqui dici simulacrum sumptum est | Lego ex vet. cod. dei. Meurs.*

& mitti, stupentibus sacerdotibus ad ejusmodi factum. ignorabant quippe conditionem codicillorum. hos cum maxima admiratione Trajanus exceperit, quod ipse quoque puris tabulis cum deo egisset. tunc aliis codicillis conscriptis signatisque consuluit, an Romani perpetrato bello redditurus esset, <sup>3</sup> vitam centuriam deus ex munib[us] in æde dedicatis deferri jussit, divisamque in partes sudario condi ac proinde ferri. exitus rei obitu Trajani apparuit ossibus Romanam relatis. nam fragmentis species reliquiarum, vitis argumento casus futuri tempus ostensum est. Et, ne sermo per singulorum nomina deorum vagetur, accipe quid Assyri de Solis potentia opinentur. deo enim, quem summum maximumque venerantur, <sup>4</sup> Adad nominis dederunt. ejus nominis interpretatio significat, unus. hunc ergo ut potentissimum adorant deum: sed subjungunt eidem deam nomine Adargatin, omnemque potestatem cunctarum rerum his duobus attribuant, Solem terramque intelligentes, nec multitudine nominum enuntiantes divisam eorum per omnes species potestatem, sed argumentis, quibus ornantur, significantes multiplicem praetantiam duplicitis numinis. ipsa autem argumenta Solis rationem loquuntur. namque simulachrum Adad insigne cernitur radiis inclinatis. quibus monstratur vim coeli in radiis esse Solis, qui demittuntur in terram. Adargatis simulacrum sursum versum reclinatis radiis insigne est; monstrando radiorum vi superne missorum enasci quæcunque terra progenerat. sub eodem simulacro species leonum sunt, eadem ratione terram esse monstrantes qua Phryges finxere matrem deum, id est, terram leonibus vehi. Postremo potentiam Solis ad omnium potestatum summitatem referri indicant theologi; qui in sacris hoc brevissima precatione demonstrant, dicentes, ἡλιος πανταχεῖτρος, κόσμου φῶς. Solem esse omnia & Orpheus testatur his verbis.

Κέκλυθι πλεπόμενος ἡλίου οὐκάνθατο κύκλον.  
Οὐεργίας τερπάλητος εἰδεὶς εργάμενος αἴδε εἰλασθεν.  
Ἄγλας ζεῦ Διόνυσος, πάτερ πόντου, πάτερ αἵματος,  
Ἡλιος πανταχεῖτρος, παντάλος, χρυσοφεύγοντος.

<sup>3</sup> Vitam centuriam dens | V. c. Vitam.  
Optime. Clamat sequentia. Idem.

<sup>4</sup> Adad nomen dederunt: ejus nominis interpretatio significat unus | Significaverit itaque appellatio Dei unus, at ipse Deus Solem.

Non discriminavit Scaliger pater exercit. 153.

4. Adad, inquit, legi olim Solem dictum Persarum lingua. Ejusdem nominis in Africa radix est, &c. Jacobus Rerwardius libro Vatianum tertio, capite decimo, ubi de Heliogabali nomine differit, laudat numerum veterem, cum hac Inskriptione: SACERDOS. DEL. SOLIS. ELAGAR. Unde videndum sit, monente (l. V. Guidone) Lautino, num hoc Macrobius loco pro ADAD, AGAB refungendum sit. Adad Assyriis unum notasse,

sed Adad vel Elbad potius scribendum, docent me harum seu Orientium linguarum peritiores: tum & confundi subinde; cum etiam Badad vox Orientalibus sit solus seu unus. ut ita Adad, omissa perpetrat primore litera, pro Badad hoc loco accepta videatur, positaque. His adde alia quedam notata Seleno cap. & Syntagmatis lib. i. de DIS SYRIS. Pont.

Nomen dederunt | Adad Philoni Bibliensi. Sed Adad legendum monet Scaliger in Notis ad Fragmenta operi de Emendat. Tempor. subjecta. Ubi etiam Syris ipsis argata deam, quam mox Adargatin usurpat Macrobius, effecti idem observat. Idem.

## C A P. XXIV.

*De laudibus variaque eruditione Vergilii. Tum de iis que sequentibus libris per ordinem sunt explicanda.*

**H**IC, cum Prætextatus fecisset finem loquendi, omnes in eum **a-** fixis vultibus admirationem stupore prodebat: dein laudare hic memoriam, ille doctrinam, cuncti religionem; affirmantes hunc esse unum arcanæ deorum naturæ consicum, qui solus divina & asse- qui animo & eloqui posset ingenio. Inter hæc Euangelus, Evidem inquit, miror potuisse tantorum potestatem numinum comprehendere. verum, quod Mantuanum nostrum ad singula cum de divinis sermo est testem citatis, gratiosius est quam ut judicio fieri putetur. an ego credam quod ille cum diceret,

*Liber & alma Ceres,*

pro Sole & Luna, non hoc in alterius poëtæ imitationem posuit, ita dici audiens, cur tamen diceretur ignorans? nisi forte, ut Græci omnia tua in immensum tollunt, nos quoque etiam poëtas nostros volumus philosophari: cum ipse Tullius, qui non minus profensus est philosophandi studium quam loquendi, quotiens aut de natura deorum aut de fato aut de divinatione disputat, gloriam quam oratione confлавit incondita rerum relatione minuat. Tum Symmachus, De Cicerone, Euangele, qui convitiis impenetrabilis est, post videbi- mus. nunc, quia cum Marone nobis negotium est, respondeas vo- lo utrum poëtæ hujus opera instituendis tantum pueris idonea judi- ces; an alia illis altiora inesse fatearis: videris enim mihi ita adhuc Vergilianos habere versus, qualiter eos pueri magistris prælegentibus canebamus. Immo pueri cum essemus, Symmache, sine judicio mirabamur: inspicere autem vitia nec per magistros nec per ætatem licebat; quæ tamen non pudenter quicquam negabit, cum ipse con- fessus sit. qui enim moriens poema suum legavit igni, quid nisi famæ suæ vulnera posteritati subtrahenda curavit? nec immerito erubuit quippe de se futura judicia, si legeretur petitio deæ precantis filio arma a marito cui soli nupserat, nec ex eo prolem suscepisse se noverat; vel si mille alia multum pudenda seu in verbis modo Græcis modo bar- baris, seu in ipsa dilpositione operis deprehenderentur. Cumque adhuc dicentem omnes exhorruissent: subtexit Symmachus; Hæc est equidem, Euangele, Maronis gloria, ut nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur. verum ista, quæ proscindis, defende- re quilibet potest ex plebeia grammaticorum cohorte; ne Servio no- stro, qui priscos, ut mea fert opinio, præceptores doctrina præstat, in excusandis talibus queratur injuria. sed quæro utrum, cum poë- tæ tibi in tanto poëta displicerit, nervi tasmen oratorii qui in eo- dem validissimi sunt placere videantur. Hæc verba primum Euan- geli

geli risus exceptit. deinde subiectit: Id hercule restat denique ut & oratorem Vergilium renuntietis. nec mirum, cum & ad philosophos eum ambitus vester paulo ante provexerit. Si in hac opinione es, inquit Symmachus, ut Maro tibi nihil nisi poeticum sensisse aestimetur, licet hoc quoque eidem nomen invideris: audi quid de operis sui multiplici doctrina ipse pronunciet. ipsius enim Maronis epistola qua compellat Augustum, ita incipit: *Ego vero frequentes à te literas accipio.* & infra: *De Aenea quidem meo; si mehercule jam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem. sed tanta inchoata res est, ut pene vitio mentis tantum opus ingressus mibi videar: cum præsertim, ut scis, alia quoque studia ad id opus multoque potiora impertiar.* Nec his Vergilii verbis copia rerum dissonat, quam plerique omnes literatores pedibus illoris prætereunt, tamquam nihil ultra verborum explanationem liceat nosse grammatico. ita sibi belli isti homines certos scientiae fines, & velut quædam pomæcia & effata posuerunt; ultra quæ si quis egredi audeat, <sup>2</sup> introspexisse in ædem deæ, à qua mares absterrentur, existimandus sit. sed nos, quos crassa Minerva dedecet, non patiamur abstrusa esse adyta sacri poëmatis; sed arcanorum sensuum investigato aditu, doctorum cultu celebranda præbeamus reclusa penetralia. & ne videar velle omnia unus amplecti, spondeo violentissima inventa vel sensa rhetoricae in Vergiliano me ope re demonstraturum. Eusebio autem oratorum eloquentissimo non præripio de oratoria apud Maronem arte tractatum; quem & doctrina & docendi usu melius exsequetur. reliquos omnes qui adeftis impense precatus sim ut quid vestrum quisque præcipuum sibi annotaverit de Maronis ingenio velut <sup>3</sup> ex symbolo conferamus. Mīrum in modum alacritatem omnibus qui aderant hæc verba peperrunt. & <sup>4</sup> assurgens quisque in desiderium alios audiendi, non vidit & se in idem munus vocandum. itaque hortatu mutuo concitati in assensum facile ac libenter animati sunt: intuentisque omnes Prætextatum orabant ut judicium suum primus aperiret, cæteris per ordinem quem casus fecerat securis. & Vettius: *Quidem inter omnia, quibus eminet laus Maronis, hoc assiduus lector admiror quia doctissime jus pontificium tamquam hoc professus in multa*

<sup>1</sup> Ut pene vitio mentis tantum opus ingressus mili videar | Epistola Maronis est ad Augustum, excusat opera inchoati moram. Sed aberat à Scripto, vitio. Fallor? an scriberat Maro: *Penuria mentis?* Penuria enim, teste Festo, id est, quod pene minus sit quam necesse est. Conjecturam tamen quis præstet?

Pont.

<sup>2</sup> Introspexisse in adem Dea, à qua mares absterrentur | Idem, exterrentur, nisi fuerit, exterrantur. Mares autem juvæcæ accipio, nam nec bestias mares intrare fas fuit. Juvenalis:

*Mic, testiculi sibi concius unde fugit mus,*

*Intulerit. Idem.*

<sup>3</sup> Ex symbolo conferamus | Anglicanus idem, *symbola. symbolum*, item, *symbolus & symbola* indifferenter dici literatoribus observatum est. Macrobius iterum pag. 213. *Item totum doctis fabulis velut ex symbola conferrendis daturi.* Idem.

<sup>4</sup> Assurgens quisque in desiderium alios audiendi non, &c. | Scriptus iterum, audiendi non invidit. Verum erit, audiendi, non invidit. Et puto mens sicut. Idem.

<sup>5</sup> In multa & varia operis sibi arte | Parte, libri vett. Pont.

& varia operis sui arte servavit. <sup>6</sup> &, si tantæ dissertationis sermo concesserit, promitto fore ut Vergilius noster pontifex maximus afferatur. post hunc Flavianus, Apud poëtam nostrum, inquit, tantam scientiam juris auguralis invenio, ut, si aliarum disciplinarum doctrina destitueretur, hæc illum vel sola professio sublimaret. Eustathius deinde, Maxime, inquit, prædicarem quanta de Græcis cautus & tamquam aliud agens, modo artificii dissimulatione, modo professa imitatione trahitulerit; ni me major admiratio de astrologia totaque philosophia teneret, quam parcus & sobrius operi suo nusquam reprehendendus aspersit. Furius Albinus alterum fovens Prætextati latus, juxtaque eum Cæcina Albinus ambo vetustatis affectationem in Vergilio prædicabant; alter in versibus, Cæcina in verbis. Avienus, Non assumam mihi, ait, ut unam aliquam de Vergilianis virtutibus audeam prædicare; sed, audiendo quæcumque dicitis si quid vel de his mihi videbitur, vel jamdudum legenti adnotandum visum est, opportunius proferam: modo meminéritis à Servio nostro exigendum, ut quicquid obscurum videbitur, <sup>7</sup> quasi literatorum omnium longe maximus palam faciat. His dictis & universo coœti complacitis, Prætextatus cum in se conversa omnium ora vidisset, Philosophia, inquit, quod unicum est munus deorum, & disciplina disciplinarum, honoranda est anteloquio. unde meminerit Eustathius primum sibi locum ad differendum omni alia professione cedente concessum. huic tu, mi Flaxiane, succedes; ut & auditu vestro recreer, & aliquanto silentio instaurem vires loquendi. Inter hæc servilis moderator obsequii, cui cura vel adolendi Penates, vel struendi penum, & domesticorum actuum ministros regendi, admonet dominum familiam pro solemnitate anni moris epularam. hoc enim festo religiose domus prius famulos instructis tamquam ad usum domini dapibus honorant: & ita demum patribus familias mensæ apparatus novatur. insinuat igitur præsul famulitii coenæ tempus & dominos jam vocare. tum Prætextatus: Reservandus igitur est Vergilius noster ad meliorem partem diei, ut mane novum inspicio per ordinem carmini destinemus. nunc hora nos admonet, <sup>8</sup> ut honore vestro hæc mensa dignetur. Sed & Eustathius

<sup>6</sup> Et, si tanta dissertationis sermo concesserit | Idem habet, sermo non concesserit. Et recte. Id.

<sup>7</sup> Quasi literatorum omnium longe maximus | palam faciat | Præclarum hoc de Servio elo-  
gium. In scripto tamen erat: longius maxi-  
me palam faciat. Ambigo an fuerit, linguis  
maxime p. f. Id.

<sup>8</sup> Ut honore vestro hæc mensa dignetur | Ap̄x̄cī. dignor passim protulit seclusus Ma-  
ronem:

Conjacio Arcisfa Veneris digne superbo.  
Imo Plautum potius, qui in re conviviali si-

militer dixerat, absque correctoribus fuisset,  
Pseudolo, Scen. Quid hoc.

Ita vītū excusat, ita munditī dignati,  
Itaque in loco festivo sumus festiue accepti.  
Ita, inquam, dixerat Accius, & hodieque  
legeremus si per istos licuisse, quarum ope-  
ra contaminare vulgatur: ita munditī  
digni ab. Et conatus aliquando mederi vir-  
doctus, ita munditī digne ab. At nobis, ni-  
si me laudat amabilis iniania, alluxit hic me-  
lior & verior Phœbus. Idem,

& post hunc Symmachus meminerint crastina dissertatione servi-  
ri sibi anteloquii functionem. & Flavianus: Ex placita jam vos lege  
convenio, ut sequenti die Penates mei beari se tanti coetus hospitio  
gloriantur. His cum omnes assensi essent: ad coenam, alio aliud de  
his quæ inter se contulerant reminiscente, approbanteque, cum mag-  
na alacritate animi concesserunt.

*\* Es post hunc Symmachus! In repetitione ordinis, quo quisque in futurum diem de Vergilio diceret, summam dissimilitudinem admittit convivii modo imperator: nam cum Flaviano secundas partes dedisset, nunc dat Symmacho; eo indignus, quod progenium profocero præponit. Sed talis hic quo-*

que Macrobius in Stephani tabulis pater. Mf.  
& editi omnes pariter, *Es post hunc Nichomachus.* Rectissime, id enim fuit nomen Flaviani, qui dicebatur **VIRIUS NICHOMACHUS FLAVIANUS**, ut docetur apud Scrivernum ex Inscriptione, cuius fidem hic locus vehementer firmat. Gross.

---

# AURE.

---

AURELII MACROBII  
 AMBROSII THEODOSII  
 V. C. & Inlustris  
*Conviviorum Secundi Diei*  
 SATURNALIORUM  
 LIBER SECUNDUS.

## C A P. I.

*Qua occasione de jocis ac distieris veterum, sermo ortus fuerit inter convivas.*

**H**I C ubi modestus edendi modus cessare fecit castigationem ferculorum, & convivalis letitia minusculis potulis oriebatur : Avienus ait ; Bene ac sapienter Mardonius tumultuosum ac sobrium uno eodemque versu descriptis sub paucorum verborum immutatione convivium. nam ubi sub apparatu regio procedere solet luxus ad strepitum,

*Postquam prima, inquit, quies epulis :  
 at, cum Heroës castigatis dapibus assidunt, non reducit quietem  
 quia nec præcessit tumultus : sed inquit ;*

*Postquam exempla fames epulis.*  
 Nostrum hoc convivium, quod & heroici sæculi pudicitiam, & nostri conduxit elegantiam, in quo splendor sobrius & diligens parsimonia, Agathonis convivio, vel post magniloquentiam Platonis non componere tantum, sed nec præferre dubitaverim. nam ipse rex mensæ nec in moribus Socrate minor, & in Republica

\* *Conviviorum secundi Diei.* | Hec conviviorum in dies discretio Stephani solius inventum est. SECUNDI hic DIEI convensum fecit qui revera adhuc PRÆMI est. | Hoc si n̄ h̄i nos creditur, credatur vel ex odio libri p̄mili, ubi non discessus indicatur, sed ad epulas & pocula concessus. De cagro suo videbimus loco. Post philosophos

philosopho efficacior, cæteri qui adeptis eminentiores estis ad studia virtutum, quam ut poëtis comicis & Alcibiadi, <sup>1</sup> qui tantum fuit fortis ad criminis, aliisque quibus frequens illud convivium fuit, vos quisquam æstimet comparandos. Bona verba quæso, Prætextatus ait, circa reverentiam tantum Socratis majestatis, nam reliquis qui in illo fuere symposio, hæc lumina quis non præponenda consentiat: sed quorsum tibi, Aviene, hoc tendit exemplum? Quia sub illorum, inquit, superatio non defuit qui psaltriam intromitti peteret, ut puella ex industria supra naturam mollior, <sup>2</sup> canora dulcedine & saltationis lubrico exerceret illecebris philosophantes, illic hoc fieri tentatum est, ut Agathonis victoria celebratur. nos honorem dei, cuius hoc festum est, nullo admixtu voluptatis augemus, neque ego sum nescius, vos nec tristitiam <sup>3</sup> nec nubilum vultum in bonis ducere; nec Crassum illum, quem Cicero, auctore Lucilio, semel in vita risisse scribit, magnopere mirari. Ad hæc Prætextatus cum diceret, ludicras voluptates nec suis Penitibus assuetas, nec ante coem tam serium producendas: exceptit Symmachus; Quia

*Saturnalibus optimo dierum,*

ut ait Veronensis poëta, nec voluptas nobis ut Stoicis tamquam hostis repudianda est; nec ut Epicureis summum bonum in voluptate ponendum, excogitemus alacritatem lascivia carentem. &, ni fallor, inveni, ut jocos veterum ac nobilium virorum edecumatos ex multijugis libris relatione mutua proferamus. • hæc nobis sit literata lœtitia & docta cavillatio, <sup>4</sup> vicem planipedis & salubonis impudica & prætextata verba jacientis, ad pudorem ac modesti-

<sup>1</sup> Qui tantum fuit fortis ad criminis. | Juvenal. Solaque libidine fortis. Et Seneca

rhetor. In ipsis vulsi atque expolitis & nusquam nisi in libidine viris querente oratores. Id.

<sup>2</sup> Canora dulcedine & saltationis lubrico. | Intelligi. Gaditanas saltationes; molles illas

& oppido falaces. Iterum Juvenalis Sat. II. Forsan ex pœtes, ut Gaditana canoro

Incipiat pruriere choro, plausuque probata.

Ad terram tremulo descendat cluse prella,

Irritamentum Veneris languentis, & acres

Divitis urtica.

Ex: audeo dicere in mentem fuisse Macrobius hæc ipsa Satyrici verba. Certe adumbravit quam proxime. *Idem.*

<sup>4</sup> Nec nubilum multum in bonis ducere. | Ita Steph. At Anglicanus & verutse omnes cusi, nubilum vultum. & ita reponi fecimus. Allusum, ut puto, ad istud vetus: Super omnia vultus Accidere boni, nec iners pauperque voluntas. Cyprianus de Lapis: Veste mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, &c. *Idem.*

<sup>5</sup> Hæc nobis sit literata lœtitia & docta cavillatio, vicem planipedis. | Tale quoque Pri-

scisymposium, apud Martial.

Quod optimum si disputat convivium

Facunda Prisci pagina:

Et multa dulci, multa sublimi referunt,

Sed cuncta dolto peccore.

Quod optimum sit quarantis convivium?

In quod chorales non venit.

Planipedes vero neaniscoli sunt, ut docet ad illud Juvenalis, Planipedes audis Fabios, interpres vetus. Sed videndum num apud interpretem illum legi præstet, nealeschologi. Illud enim quo magis cogito magis eviler. Certe qui delicit, optem. *Pontani.*

<sup>6</sup> Vicem planipedis & fabulonis. | Pro fabulonis legendum putat Theo. Marcius ad Suetonium, fabuloni. At Salmus ad eundem Suetonium, qui Parisis excusos, mavult: fabuloni, idque ex Glofis Isidori, in quibus, Fabulo, congerio exponitur, item Fabulo, fabulas componens. Et Fabulones, fabularum inventores. Verum Festus, Subulo, inquit, Tusca est dictio, qua significatur tibicen, quod ipsum & Q. Ennius poëta in hoc versu posuit: Subulo quondam mariñas propter stabat aqua. Vide Petru-

am versus imitata. hæc res & cura & studio digna veteribus visa est. <sup>7</sup> Et jam primum animadverto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, comicum Plautum & oratorem Tullium, eos ambos etiam ad jocorum venustatem cæteris præstirisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem ejus comedie, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse de jocorum copia noscerentur. Cicero autem quantum in ea re valuerit quis ignorat, qui vel liberti ejus libros, <sup>8</sup> quos is de jocis patroni composuit, quos quidam ipsius putant esse, legere curavit? quis item nescit consularem eum scurram ab inimicis appellari solitum? quod in oratione etiam sua Vatinius posuit. Atque ego, ni longum esset, referrem, in quibus causis cum nocentissimos reos tueretur victoriæ jocis adeptus sit. ut ecce. pro L. Flacco; quem repétundarum reum joci opportunitate de manifestissimis criminibus exemit. is jocis in oratione non exstat: mihi <sup>9</sup> ex libro Fusii Bibaculi notus est, & inter alia ejus dicta celebratur, sed in hoc verbum non casu incidi: volens feci. jocos enim hoc genus veteres nostri dicta dicebant. testis idem Cicero, qui in libro epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait; *Itaque nostris, cum omnia que dixissimus dicta essent, que facete & breviter & acute locuti essetis, <sup>10</sup> ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.* hæc Cicero. Novius vero Pomponiusque jocos <sup>11</sup> non raro dicta nominant; Marcus etiam Cato ille Censorius argute jocari solitus est. horum nos ab invidia muniret auctoritas, etiam si nostris cavillaremur. at, cum veteribus dicta referamus, ipsa utique auctorum dignitate defendimur. Si ergo probatis inventum: agite; quod cuique de dictis talibus in mentem veniet, vicissim memoriam nostram excitando referamus. Placuit universis lætitiae excogitata sobrietas: & ut Prætextatus incipiendo auctoritatem de exemplo præberet hortati sunt.

Crinitum lib. 18. cap. 5. G'offarium, subulo aūlātric. Postiorem hanc emendationem non respuit sententia Prisci, verbis Martialis supra positis expressa, qua statuitur, optimum esse convivium, in quod chorœ non venit. At alteram illam quæ falso legit, videntur ipsa Macrobius verba suadere qui de verbis prætextis & impudicis hic agit; hæc scilicet abesse precipue à convivis debere.] *Idem.*

<sup>7</sup> *Et jam primum animadverto duos.* | Inneptam reddit orationem inutissima vox, jam, eliminanda fide libri. *Idem.*

<sup>8</sup> *Quos is de jocis patroni composuit.* | Eiusmodi antiquitus libelli, *Inepia*, inscripti. Tranquillus de Cajo Melisso Grammatico: *Alique ut ipse tradit, sexagesimum annum agens libellas INEPTIARUM qui nunc JOCORUM inscribuntur, componere insisterit;* absolvitque centum & quinquaginta. Poëta illud hinc fortassis capiendum.

*Turpe est difficiles habere nugas.*

*Est stultus labor est ineptiarum.* *Idem.*

<sup>9</sup> *Ex libro Fusii Bibaculi.* | *Macrobius lib. 3. cap. 2. Valefū & Fusū dicit prius, nunc Valerios & Furios dicimus.* Non itaque hic mendum sed scribendi vetus norma. *Id.*

<sup>10</sup> *Ea proprie nomine appellari dicta voluerunt.* | *Plautus Sticho Sc. ult. Act. 2. Ibo intra ad libros, & discam de dictis melioribus.* | *Vatro de Ling. Lat. Hinc appellatum dictum in mimo, ac dictiofas. Hinc in manipulis castrensis dicta ducibus. Martial. Confusere jocos vestris quoque ferre triumphi. Materiam dictis nec puderit ducem. Videris Animad. Caubonii ad librum i Suetonii cap. 26.] *Idem.**

<sup>11</sup> *Non raro dicta nominant.* | *Nihil id novi, nam jam docuerat ex Cicerone. Sed aliud vult & servat liber, in quo: dictaria. Varro augeat.*

*Et orthophallica artulit psalteria;*  
*Quil au sonant in Gracia dictaria.* *Idem.*

C A P.

## C A P. II.

• *De diversorum jocis atque dilectionis.*

**T**UM ille: Dictum volo hostis referre sed victi, & cuius memoria instaurat Romanorum triumphos. Annibal Carthaginensis apud Regem Antiochum profugus facetissime cavillatus est. ea cavillatio hujuscemodi fuit. Ostendebat Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Romano facturus comparaverat: convertebatque exercitum insignibus argenteis & aureis florentem. inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantes cum turribus, equitatumque frænis & ephippiis, monilibus ac phaleris præfulgentem atque ibi rex contemplatione tanti & tam ornati exercitus gloria-bundus Annibalem alpicit; &, Putasne, inquit, satis esse Romanis haec omnia? tunc Pænus eludens ignaviam imbelliamque militum ejus pretiose armatorum. Plane: inquit, satis esse credo Romanis haec; et si avarissimi sunt. Nihil prorsus neque tam lepide neque tam acerbe dici potest. Rex de nuptio exercitus sui ac de ætima mandanda æquiperatione quæsiverat: respondit Annibal de præda.

Flavianus subjectit: Sacrificium apud veteres fuit, quod vocabatur propter viam. in eo mos erat ut si quid ex epulis superfuisset & igne consummeretur. hinc Catonis jocus est. nam Q. Albidum quendam, qui sua bona comedisset, & novissime domum, que ei reliqua erat, incendio perdidisset, propter viam fecisse dicebat: quod comedere non potuerit, id combusisse.

Syymmachus deinde: Mater M. Bruti Servilia, cum pretiosum ære<sup>1</sup> parvo fundum abstulisset à Cæsare, subjiciente hæc bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis: Evidem quo melius empatum sciat sciatis comparavit Servilia hunc fundum & Tertia deducta. Fi-

<sup>1</sup> Gloriabundas Hasmibalum alpicit | Scriptus, inspicit. Glos. inspicit, ēmblūm Petron. Arbitr: annaque inspicere diligenter capi.

MS. habet inspicit: quam lectionem confirmat Scrivenerus Martialis sui loco,

In pœdium velut emtor aut lanista.

&c aliis. Pontanus.

<sup>2</sup> Quod vocabatur propter viam | Emendavit ex Festo Turnebus vulgo, præter viam. Plautus Rudente Sc. 2. Act. 1. Propter viam illi sunt vocati ad prandium. Videnda ad eum locum editio Taubmanni. Erasmus in chiliad. ut proverbium adducit, sed ut vulgo editum, præter viam fecit. Unde & permanent nec suo sensu explicat. Idem.

<sup>3</sup> Vox consumere | Idem Scriptus, conseruare. Que vox in re simili apud Festum: Cetina vocatur locu, in quo epula in

scuere comburantur. Idem.

<sup>4</sup> Tertia deducta | Ex ambiguo jocu. Tertia aut filia Serviliæ intelligi potuit aut pecunie dandæ portio. Deducitur sive auferunt in emptionib; pars pretii, in re amorum puella. Tibullus: Ut juveni primu[m] virgo deducta marita. Quod Naso unitatus in bæstis: Cum primum cupido Venus est deducta marita. Hujus contrarium est, producere: producebantur enim meretrices. Petron. Rogari ut in placanora produceret dominam, unde Glosse, producit, ἀγέργης Graec, οὐχαρπετος, πονοκεφαλος, lencinacis. At ducere in iudicem Hieronymi exponitur, quod est fibi vindicare & velui adoptare. Sed antequam claudio, obnoxium mihi reddam, si fors D. Hieronymum Epistola de vitando iuspecto contubernio. Vox enim ista Glosarii, τορ-νοῦσθος ibi restituta da videatur, ubi editio lia

lia autem Serviliæ erat Junia Tertia; eademque C. Cassii uxor, lafciente Dictatore tam in matrem quam in pueram. tunc luxuriam senis adulteri civitas subinde rumoribus jocisque carpebat, ut mala non tantum seria forent.

Post hunc Cæcina Albinus: Plancus in judicio forte amicū cum molestum testem destruere vellet, interrogavit, quia sutorum sciebat quo artificio se ueretur: ille urbane respondit; gallam subiga sutorum hoc habetur instrumentum; quod non inficte in adulterii exprobationem ambiguitate convertit. nam Plancus in Mævia Galla supra male audiebat.

Secundus est Furius Albinum: Post Mutinensem fugam quærentibus quid ageret Antonius, respondisse familiaris ejus ferebatur: Quod canis in Ægypto: babit & fugit, quando in illis regionibus constat canes raptu crocodiliorum exterritos currere & bibere.

Eustathius deinde: Publius Mucium imprimis malevolum cum vidisset solito tristorem. aut Mucio, inquit, nescio quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni.

Inde Avienus, <sup>6</sup>Faustus Sullæ filius, cum soror ejus eodem tempore duos macchos habeat, Fulvium fullonis filium & Pompeium Maculam, Miror, inquit, fororem meam habere maculam, cum fullonem habeat.

Hic Euangelus: Apud L. Mallium, qui optimus pictor Romæ habebatur, Servilius Geminus forte coenabat: cumque filios ejus deformes vidisset; non similiter, inquit, Malli fingis & pingis. & Mallius, In tenebris enim fingo, inquit; luce pingo.

Eusebius deinde, Demosthenes, inquit, excitatus ad Laidis famam, cuius formam tunc Græcia mirabatur, accessit, ut & ipse famoso amore potiretur. qui, ubi diuidium talentum <sup>7</sup> unius premium noctis audivit, discessit hoc dicto: *καὶ πολλὰ τούτα πεπάνων.*

Inter hæc, cum Servius ordine se vocante per verecundiam filet, Omnes nos, inquit Euangelus, impudentes grammaticè pronuntias, si tacere talia vis videri tuitionem pudoris, unde neque tuum

*Si autem & tertius ille ~~pro~~ <sup>pro</sup> frater tuus, abs  
te non vult & seditiones ac turbas concitat, si  
biga, si triga. Nam & Erasmus in Scholiis  
admonet varie eam distinctionem in libris ad-  
scriptam, & haec, quia commodissima uita,  
reservata. At ~~pro~~ <sup>pro</sup> fratre; ex filo totius  
epistolæ omnino probatius; & alluserat  
quoque supra Epistola ad Chromatium: ac-  
cessit huius patella (juxta tritum populi sermonem  
proverbium) dignum sperculum, Lupicinus sa-  
cerdos. Lupicinus enim, ut ego reor, detor-  
num huic vocabulum est. Idem.*

*Secundus est Furius Albinum | Malit idem  
Scrivenerius Albinus. Idem.*

*Faustus Sulla filius | Liberum Salla*

non filium agnoscunt Brusonius Facetiar. l. 4.  
cap. 4. Et Lycostenes Titul. de adulterio.  
*Idem.*

*7 Unius premium noctis | Mos iste paciendi nocte ex Comicis, postea, aliisque notus.  
Apul. *Cum ijsa de uxoris noctibus pacifabantur.*  
Iterum, *Vixi nupcialibus patre jugali pridem destinatus.* Sed ut id notum; ita non item Petronium sic emendandum loco, qui passim & corrupte hacenus in hunc modum editus: *Pro pudor, quemadmodum mulier fecunditia, unius noctis ratu omnia vendidit.* Quid enim est unius noctis ratu? At, unius noctis patre, non conjectura sed res est. Pons.*

nec Disarii aut Hori supercilium liberum erit à superbiz nota, ni  
Prætextatum & nos velitis imitari.

Tunc Servius, postquam magis silentium erubescendum vidit, ad libertatem se similis relationis anirhavit. Marcus inquit, <sup>8</sup> Otacilius Pitholaus cum Caninius Revilius uno tantum die consul fuisset, dixit: *Ante flamines, nunc consules diales fiunt.*

Nec Disarius ultra exprobationem taciturnitatis exspectans, ait:

\* \* \*

Post hunc Horus quoque Afferu ad vos inquit, <sup>9</sup> Πλάτωνις, quo ille adolescens luserit, cum tragediis quoque eadem ætate præluderet:

*Τόσού τούχῳ, Ἀγαθωνα πιλάννῳ, δημοκρίτεον ἔργῳ.*

*Ηλέτος γάρ οὐ τάπιμος, οὐδὲ διαλογούμενός.*

Orta ex his lætitia, & omnibus <sup>9</sup> in censorium judicium remissis, ac retractantibus quæ à singulis <sup>10</sup> antiquæ festivitatis sapore prolata sunt, Symmachus ait: Hos Platonis versiculos <sup>11</sup> quorum magis veritatem an brevitatem mireris incertum est, legisse me memini in Latinum tanto latius versos quanto solet nostra quam Græcorum lingua brevior & angustior æstimari: &, ut opinor, hæc verba sunt:

*Dum semibulco savior  
Meum puellum savor <sup>12</sup>  
Dulcemque florem spiritus  
Dugo ex aperto tramite:  
Anima agra amore <sup>13</sup> saucia  
<sup>14</sup> Cucurrit ad labias mibi,  
Rictumque in oris pervium  
Et labia pueri mollia  
<sup>15</sup> Rimata itiner transfitus  
Ut transfiliret nititur.  
Tum si more quid pluscula*

<sup>8</sup> *Otacilius Pitholaus* | Et ita legendum ex veteri nummo censuit ad Tranquillum Torrentius. In aliis est *Vetacilius*. Exstat iterum hujus vocabulum apud Suetonium de claris Rhetoribus. At ibi *Lucius* prænomen est non *Marcus*: Item *Pilitus* agnomen non *Pitholaus*. *Lucius*, inquit, *Otacilius* *Pilitus* servisse dicitur, atque etiam *hostilius*, *veteri mons*, *in catena fusse*. Et notandum idem hoc dictum *Otacilio* hic tributum, repeti lib. 7. cap. 1. & Ciceroni tribui. *Idem*.

<sup>9</sup> *In censorium judicium remissis* | Non est, quod multis exagitemus hoc censorium judicium. Vett. omnes censorium r̄sum, me disceptante, admodum blande. Dicere vult conrivas post hac dicta in r̄sum resolutas, non ineptum illum cachinnum, sed ut decebat tanta lumina, ponderando eorum sales, & docte examinantes, in quibus foret excita-

tius acumen, quod ipsum augebat hilaritatem *Gron.*

<sup>10</sup> *Antiquæ festivitatis sapore* | Petron. Adolescens quoniam sermogem habet non publici sapori. *Pont.*

<sup>11</sup> *Quorum magis veritatem an brevitatem mireris incertum est* | Ita etiam in v. c. *Lego tangere quorum magis veritatem*. *Mens.* Plane nihil est in illis, quod veritatem lingue aut simpliciter redoleat. *Veritas* habet jam *Camerari. Vesal. Socer. Gron.*

<sup>12</sup> *Cucurrit ad labias mibi* | *Plautus Sfincho*: Refer ad labias r̄blias. In Anglicano tamen erat, ad labiam mibi. *Pont.*

<sup>13</sup> *Rimata itiner transfitus* | *Enchœda Agell* lib. 19. cap. 11. ubi male itineri transfitus. Est vero *Itiner* nominativus antiquus. Invenio & apud *Manilium* lib. 1. & *Capellam* lib. 9. *Mens.*

<sup>14</sup> Fuisse in cætu osculi,  
Amoris igni percitat  
Transfisse, & me linqueret:  
Et mira prorsus res fieret,  
Ut ad me fierem mortuus,  
<sup>15</sup> Ad puerum ut intus viverem.

<sup>14</sup> Fuisse in cætu osculi | Alii editiones: cætu osculi. Sed dixit Ausoniū: *Vbi laſta libido ſarmineo cœtus & non ſua bella laſſeſſit,* &c. Lucretio, ut puto, qui lib. 3.

Nil tamen hoc ad nos qui cœta coniungo que corporis atque anima confitimus uniter opti. I. Q. Curtius lib. 9. amnum cœtum ad eandem hanc formam dixit. Verba ejus sunt: *Cœtum annuum cœtus maritimus simile ſu-*

*bus moventur] Aristonetus μήτερ appellavit lib. 2. cap. 18. Καὶ ἡ μήτερ αὐτὴ γλυκῶς πέτεται τὸ ψυχόν. Quod indubie manavit ab hoc Pet. Animorum quoque mixturas facerent. Pone.*

<sup>15</sup> Ad puerum intas viverem | Auges una voce: *Ad puerum at intus viverem.* Ex Agell. Meurs.

### C A P. III.

#### De jocis M. Tullii Ciceronis.

**S**ED miror omnes vos joca tacuisse Ciceronis, in quibus facundissimis, ut in omnibus, fuit. &c. si videtur, ut æditius responſa numinis sui prædicat, ita ego quæ memoria suggesserit refero dicta Ciceronis. Tum omnibus ad audiendum erexit ille sic incipit:

M. Cicero, cum apud Damasippum coenaret, & ille mediocri vi no posito diceret, *Bibite falernum hoc, amorum quadragesima est: Bene, inquit, etiam fert.*

Idem cum Lentulum <sup>2</sup> generum suum exiguæ naturæ hominem longo gladio accinctum vidisset, *Quis, inquit, generum meum ad gladium altigavis?*

Nec Q. Ciceroni fratri circa similem mordacitatem pepercit, nam cum in ea provincia, quam ille rexerat. vidisset clypeatam imaginem ejus ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pictam (erat autem Quintus ipse staturæ parvæ) ait, *Frater meus dimidiatus maior est quam totus.*

<sup>1</sup> Vi editius responſa numinis sui prædicat | Seneca, *Nam sunt ad cœlum elevanda manus, ut exorandus editius in nos ad avos simulachri, quasi magis exaudiri possumus, admittat. Prope est à te Deus, tecum est, intus est. Tacit internum dixit l. 4. Historiar. Et omnino, ut hinc liquet, legendum ibi ad exemplar Romanum, faciendumque: Ipsi ad ea intrare debetis è propinquis, consulta responsaque ut internum tuum portabatis, pro, quod in aliis est, ipse edita in turre. Porro Græcis hierophanta hi dicti: & aliquoties usum ea voce reperio etiam D. Hieronymum: Ino & P. Arbitrum eadem iuſſe existinem in Trimal-*

cionis conjugem. Nam ille quicquid hac dicere oraculī vicem censebat. Itaque legam in Petron. Nunc nec quid nec quarti in cœlum abiit & Trimalcianus hierophanta est, ad summum mero meridie si diceris illi tenebras efficeret. volgo est, topanta, &c varie mederi conati viri eruditæ. Apud Festum est holo-panta five holopanta qui omnia mentitur. Pont.

<sup>2</sup> Generum suum exigua natura | Vult dicere statura. Interim apud Cæſarem de bello Gal. lib. 6. legas: *eadem est ſemina mariſque natura, item lib. 5. Britannia inſula natura triquera. Idem,*

In

In consularu Vatinii, quem paucis diebus gesit, notabilis Cicero-  
nis urbanitas circumferebatur: *Magnum ostentum, inquit, anno Vati-  
niis factum est; quod illo consule nec bruma, nec ver, nec eas-  
tus, nec au-  
tumnus fuit.* Querenti deinde Vatinio quod gravatus esset domum  
ad se infirmatum venire respondit; *Volui in consulatu suo venire;  
sed nox me comprehendit.* ulcisci autem se Cicero videbatur. ut qui  
respondisse sibi Vatinium meminerat, cum humeris se reipublicæ de  
exilio reportatum gloriaretur: *Unde ergo tibi varices?*

<sup>4</sup> Caninius quoque Revilius, qui uno die, ut jam-Servius retulit,  
consul fuit, rōstra cum adscendisset pariter honorem iniit consulatus  
& ejeravit: quod Cicero omni, gaudens occasione urbanitatis incre-  
puit; <sup>5</sup> Λορδόπησθ<sup>θ</sup> est Caninius consul, & deinde: *Hoc consecutus  
est Revilius, ut quereretur quibus consulibus consul fuerit: dicere præ-  
terea non destitit: Vigilantem habemus consulem Caninum, qui in con-  
sulatu suo somnum non vidit.*

Pompeius Ciceronis facetiarum impatiens fuit: cuius hæc de eo  
dicta ferebantur. *Ego vero quem fugiam habeo, quem sequar non ha-  
beo.* sed & cum ad Pompeium venisset, dicentibus eum iero venisse,  
respondit; <sup>6</sup> *Minimo sero veni: nam nihil hic paratum video.* deinde  
interroganti Pompeo ubi gener ejus Dolabella esset respondit: *Cum  
fosero tuo: & cum donasset Pompeius transfugam civitate Romana,  
bominem bellum, inquit, Gallis civitatem promittit alienam, qui nobis  
nostram non potest reddere.* propter quæ merito videbatur dixisse Pompeius:  
*Cupio ad hostes Cicero transeat, ut nos timeat.*

In Cæstarem quoque mordacitas Ciceronis dentes suos strinxit:  
nam primum post victoriam Cæsar is interrogatus cur in electione  
partis errasset, respondit; *Præcinctura me decepit;* jocatus in Cæsa-  
rem, qui ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam velut mollis  
incederet; adeo ut Sulla tanquam providus dixerit Pompeio: *Cave*

<sup>3</sup> Ad se infirmatum | Id est, segrotanter. Suetonius in Augusto: *infirmatis fauisbus, pra-  
conis voce ad populum concionatus est.* Plinius lib. 7. Epist. 26. Optimi sumus datos infirmi-  
sumus. Idem.

<sup>4</sup> Caninius quoque Revilius | Ita etiam in v.  
c. est. Legio: *C. q. Revilius, ut ante, Mar-  
tus,* inquit, *Oraclium Pitholeum, cum Caninius  
Revilius uno tantum die consul fuisset, &c.* Menes.

<sup>5</sup> Λορδόπησθ<sup>θ</sup> est Caninius | Paulus Leo-  
pardus lib. 3. Emend cap. 17. legendum pu-  
tat, διατριβή. quæ vox & contemnen-  
dum significat & paucarum horarum consu-  
lēm. Quam Leopardi conjecturam quomo-  
do redarguat Jos. Castalio, videre est obser-  
vationem ejus Decade x. cap. x. *Pont.*

<sup>6</sup> Minimo sero veni; nam nihil hic paratum  
video | Delitescit hic Tullii jocus in voce Serio  
Magnus cancer Defidens in Apophthegma-

tibus vix eum eruissè censendus. *Serо enim,*  
inquit, *venit qui tarde venit, & serо qui post  
tempus.* At serо in Ciceronis responso non  
tarde notat, sed ipsum coenе tempus five  
vesperam. Apuleius observavit lib. 3. *Et  
convitus, cui se serо despenderet appropinquat  
tis admonet.* nam præterita vespera five cum  
Burthenæ ad convivium promiserat. Iterum  
lib. 1. Unde autem serо an convivore illa, cum  
quo serо deuerteras, ingulata, saga mandes præ-  
sidium. Martiale sic quoque capio lib. 7.

*Mane yeri potius, nam cur te quinta morti-  
tur?*

*Aus cur non serо Caciliane venit?*  
Tangit Cacilianum, qui ante quinam ad cog-  
nam futinaverat: eumque monet, ne mo-  
re tedium incurret, mane potius adesseret.  
Cur enim, inquit, non ipsa Vesperna hora te  
fiftis? *Pont.*

*E*ibi illum puerum male præcinctum, deinde cum Laberius in fine Iudorum annulo honoratus à Cæsare, evestigio in quatuordecim ad spectandum transfit, violato ordine, & cum detrectatus est eques Romanus & cum mihi remissus: ait Cicero prætereundi Laberio &c. fedile quærenti: *Recepissim te, nisi anguste sed erem, simul & illum resprens & in novum senatum jocatus, cuius numerum Cæsar supra fas auxerat. nec impune, respondit enim Laberius: Mirum si anguste sedes, qui soles duabus sellis sedere; exprobrata levitate Ciceroni, qua immerito optimus civis male audiebat.*

Idem Cicero alias facilitatem Cæsaris in allegendo senatu irritat palam. nam, cum ab hospite suo P. Mallio rogaretur ut decurionatum privigno ejus expediret, assistente frequentia dixit: *Roma si vis babebit: Pompeis difficile est.*

Nec intra hæc ejus mordacitas stetit. quippe ab Androne quodam Laodiceno salutatus, cum causam adventus requisiisset, compresissetque ( nam ille se legatum de libertate patriæ ad Cæsarem venisse respondit ) ita, expreſſit publicam servitutem? *'Edu dñm'χης, οὐ τοι μων εργάζοντο.*

Vigebat in eo excedens jocos & seria mordacitas, ut hōc est ex epistola ad C. Cassium dictatoris violatorem; *Vellem idibus Martiis me ad cœnam invitasses, profecto reliquiarum nibil fuisset, nunc me reliquiæ vestræ exercent. idem Cicero de Pisone genero & M. Lepido lepidissime cavillatus est.*

Dicente adhuc Symmacho, &c, ut videbatur, plura dicturo, intercedens Avienus, ut fieri in sermonibus convivalibus solet, Nec Augustus, inquit, Cæsar in hujusmodi dicacitate quoquam minor, & fortasse nec Tullio, &c, si volentibus vobis erit, aliqua ejus quæ memoria suggesserit relaturus sum. & Horus: Permitte Aviene Symmachus explicet de his, quos jam nominaverat: dicta Ciceronis, & opportunius quæ de Augusto vis referre succendent. Reticente Avieno Symmachus: Cicero inquam, cum Piso gener ejus mollius incederet, filia autem concitatus: ait genero, <sup>10</sup> *Ambula tanquam fa-*

<sup>7</sup> *Edu dñm'χης οὐ τοι μων | Aliter conspicitur in Camerarii seu vetustis editionibus: οὐ τοι μων η εσει μητε αποδεινετο. Quod erit; si imperaveris, & pro nobis intercede. Idem.*

<sup>8</sup> *Vigebat in eo excedens jocos & seria mordacitas | Hic Camerarii & Stephani editionis, quam sumus secuti, scriptura. At quid denique reliquum, si jocos & seria ejus dicta excederint potius? Potius estimandum serium semper aliquid insuffisse dictis Ciceronis. Et tale præfert scriptus: *excedens jocos, & seria mordacitas; quomodo & libri antiquiores. Post. Non tam estimandum serium semper aliquid insuffisse dictis Ciceronis, quam id vel ex hoc ad Cassium joco manifestari diffi-**

cide judicandum, nisi quis forte nasum non habet. Sed non proprietas aliquid invertendum in his verbis, per se spartissimum modo <sup>10</sup> seria pro adjectivo ιδιαίτερο, non positivo neutro capias: quod quamvis piget, monendum quia non adverterunt. Excedens jocos hili non est. Gron.

<sup>9</sup> *Dicente adhuc Symmacho | Forte dicens Gron.*

<sup>10</sup> *Ambula tanquam famina | Videtur sententia poscere, ut priori loco, qui Pisonem tangit, legatur, *tanquam vir*, altero vero, qui filiam Tulliam, *tanquam famina*. Nisi faciet utrobique ambulas. Sed prius magis placet, [ videturque manifesta vocis utriusque transpositione sententia inversa cor-*

*mina: ait filiae. Ambula tanquam vir. & cum M. Lepidus in senatu dixisset patribus conscriptis; Ego non tanti fecissem simile factum: Tullius ait: Ego non tanti fecissem quod obstante. Sed perge Aviene; ne ultra te dicturientem retardem.*

*ruptaque] Piso autem gener hic Ciceronis dicitur, cum confret Dolabellae Tulliam Ciceronis filiam nuptam fuisse. Sed scendum, Tulliam Ciceronis tres maritos habuisse. Primus fuit hic C. Piso Frugi, cui fuit sponsa ante reditum Ciceronis ab exilio. Alter Furius Crassipes, qui eam duxit Cn. Marcellino*

& P. Philippo Coss. Tertius P. Cornelius Lentulus Dolabella, cui nupsit cum proconsul esset in Cilicia Cicero; & apud cum ex parte decessit. Erant Asconius & Plutarchius, cum duos tantum Tulliae maritos seferunt, Crassipes non agnoscentes. *Pater:*

## C A P. IV.

*De jocis Augusti in alios, & aliorum rursus in ipsum*

**E**T ille: Augustus, inquit, Caesar affectavit jocos, salvo tamētē majestatis pudorisque respectu; nec ut caderet in scurram. *A*jacem tragoidiam scripsérat, eamdemque quod sibi dispuicisset deleverat. *P*oستea Lucius gravis tragediarum scriptor interrogabat eum quid ageret Ajax suus. & ille, *in spongiam*, inquit, incubuit.

**I**dēm Augustus, cum ei quidam libellum trepidus offerret, & modo profiteret mantiri modo retraheret, *P*utus, inquit, *te asem elephan̄ dare?*

**I**dēm cum ab eo Pacuvius Taurus congiarium peteret diceretque, jam hoc homines vulgo loqui non parvam sibi ab illo pecuniam datam; *Sed tu, inquit, nōs cedete.*

**A**lium præfectura equitum summotum & insuper salariū postulantem, dicenterneque non lucri causa dari hoc mihi rogo, sed ut iudicio tuo triunus videar impetrasse, & ita officium depositiss. hoc dicto repercutit. *Tu te accipisse apud oīnes affirma; & ego dedisse me non negabo.*

*P*oستea Locius gravis Tragediarum scriptor Iterum ex summi Torquentius. *L*itteram hunc nuncupat. Quis autem is Locius, tam gravis Tragediarum scriptor fuerit, quæ sunt docti. I. Rycuius lib. 1. Epist. 27. in Vaticano codice MS. reperi, sic le tellatur: *L*. *G*. *N*. *A*. *V*. *I*. *U*. *S*. Quid fortasse verum esse Tragici nōmen putat. Nisi fuerit pocius *Locius Varius Horati Virgilique sequalis ac familiaris*. De eo est illud Virgilii Ecl. 10.

*Nam neque adhuc Vario videtur, nec diceret ēstia.*

*Digna.* De eodem & Quintilianus lib. 7. cap. 1.

*Varii Tragœstis cuiilibet Gracorum cōspicuari possunt. & Lucretius in Panegyrico ad Sōnem Macenas Tragico quatenus pulpitā gestu Extixit Varium. Pont.*

*P*utas te asem elephantō dare! Est apud Suetonium Augusto cap. 53. Ubi tamētē non asem sed stipe elephantō porrigerē legitur. & Explicat luculentē Isaacus Calaubonus ex Aliani historia de animalibus & loco Galeni, cur asem seu stipes elephantō detur, nimis ut etiam acceptam elephas probō! id infelicitate suo porrigit. Sed ipsum Calaubonum prolixius vide in Animadversionibus seu Curis secundis ad locum Suetonii iam dictum. *Pent.*



Urbanitas ejusdem innoruit circa Herennium deditum vitiis juvenem, quem cum castris excedere jussisset, & ille supplex hac depreciatione iteretur: *Quo modo ad patrias sedes revertar? quid patri meo dicam?* respondit. *Dic me tibi displicuisse.*

Saxo in expeditione percussum, ac norabili cicatrice in fronte deformiem, nimium tamen sua opera jactantem, sic leniter castigavit: *At tu eum fugies, inquit, numquam post te respexcris.*

Galbe, cuius informe gibbo erat corpus, agenti apud se causam & frequenter dicenti, *Corrige in me si quid reprobendis;* respondit: *Ego te monere possum, corrigerem non possum.*

Cum multi Severo Cassio accusante absolverentur; & architectus fori Augusti, exspectationem operis diu traheret: ita jocatus est, *Vellem Cassius & meum forum accuseret.*

Vettius cum monumentum patris exarasset: ait Augustus; *Hoc est vere monumentum patris colere.*

Cum audisset inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Iudeorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum: ait: *Melsus est Herodis portum esse quam filium.*

Idem Augustus, quia Mæcenatem suum noverat esse stylo remisso, molli, & dissoluto, talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, sepius exhibebat, & contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat, in epistola ad Mæcenatem familiari plura in jocos effusa subtexxit: *Vale mel gentium, melculæ, ebur ex Etruria, laeser Aretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum.* <sup>8</sup> *Cilniorum*

<sup>3</sup> *Hoc est vere monumentum patris colere* | Colimus ea quæ veneramus; & collitur ager, cum exaratur. Suspicatur tagen Erasmus dixisse Cadarem: *Hoc est vere memoriam patris colere.* Quem vide; nec forsan displacebit. [Sed displacebit, si inspicias locum & verba Christi apud Lucam cap. 11. v. 43. *Ve vobis quis adificatis monumenta prophetarum, &c.* Ubi adificare monumenta est ornare & exaltare; quod hic convenit. J. Pont.

<sup>4</sup> *Pueros, quos in Syria Herodes Rex Iudeorum intra bimatum jussit interfici* | Evangelista Matthæus cap. 2. v. 16. *Xvii diebus & noctibus à bimatu, & infra.* Macrobius hoc eleganter *insta bimatum* dixisse satis habuit. Miratur autem Scaliger ad Eusebium p. 163. Augusto haec verba excidisse, cum ipse Augustus sententiam capitia in tres filios Herodis iudicio suo probatam confirmaret. *Idem.*

<sup>5</sup> *Herodis portum esse quam filium* | *Aelian.* 12. Ver. 56. *Διεργίης ο Σιωνιού ἡλέα πολλά, τὸν αμφίβολον τὸν αποδεῖσθαι τῷ Μαζαρίου διαβάλλεται, τὸν ἐβλέπετο. Μιζαρίας ἀρσός πολλοὶ εἰσαὶ μέλλοντο ἔνος.* Hinc a se invenimus videntur mutuata. *Graeci.*

<sup>6</sup> *Plura in joco effusa subrennis* | *Effusus Cœlubono placebat. Pons.*

<sup>7</sup> *Vale mel gentium, melculæ, ebur ex Etruria* | Idem est ad oram Camerarianæ editiois. In Anglicano tamen nostro, & veteri vulgato constantem remanet, *metulle.* Quod quid sit, quis facile expedit? Conjectura tamen si fit locus, valde verisimiliter refinxerim: *rus tenelle.* Albinovanus in ejus obitu:

*Jam nunc ille tener, tum gravis hostis erat.  
Nec aliter Juvenalis Sat. 12.*

*Principiato volens etiam pulcherrima, vestem  
Purpuream, teneris quoque Mæcenatis op-  
tam.*

Hac exaraveram, cum offendì in Adversariis divinis Turnebum: *Vale mel gentium Medalia vel Vatiniaria.* Et vero *Vatiniaria* non absumile vero sit. *Cœlubonus* tamen ad Suetonium *Medallia* retinet, & legit insuper, *mel gentium.* Et ante cum Simeo Bonis, *Mel Centinum & Vejens.* Lectio arbitrabitur. *Id.*

<sup>8</sup> *Cliniorum Smaragde* | Penthangathus legendum putat *Cliniorum Smaragde.* Nam dictus *Clinius Mæcenas.* Brufonis lib. 4. cap. 6. Facciarium legit, *Cillorum smaragde.* Cicero contra Salustium, *quicquid impudicum cillorum.* Ridicule autem Augustus Mæcenatum vocat *adamentum supernum,* *smaragde*

*Smaragde, jaspi figurorum, beryllae Persicae, carbunculum babeas,*  
*īra oītīs mīra uālāyūs mocharum.*

Exceptus est à quodam cena tatis parca & quasi quotidiana. nam pæne nulli se invitanti negabat. post epulum igitur inops ac sine ullo apparatu discedens, vale dicenti hoc tantum insultravit: *Non putabam me sibi tam familiarem.*

<sup>11</sup> Cum de Tyriæ purpuræ, quam emi jusserrat, obscuritate queretur, dicente venditore, *Erigo, alius & suspicere, his usus est lalibus; Quid? ego ut me populus Romanus dicat bene cultum in solario ambulaturus sum?*

<sup>12</sup> Nomenclatori suo, de cuius oblivione querebatur, dicenti: *Nunquid ad forum mandas? Accipe, inquit, commendatissas, quia illic neminem nosti.*

Vatinio in prima sua ætate eleganter insultavit. <sup>13</sup> confusus ille podagra, volebat tamen videri discussisse jam vitium, & mille passus ambulare se gloriabatur. cui Cæsar, *Non miror, inquit, dies aliquanto sunt longiores.*

Relata ad te magnitudine æris alieni, quam quidam eques Romanus dum vixit <sup>14</sup> excedentem ducenties celaverat, culcitam emi cubicularem in ejus auctione sibi iudicis. & præceptum mirantibus

quia nullus ibi reperiatur adamus: ut neque ebur in Hetruria, aut Margaritum in Tiberi, ut notat in Thesauro suo Geographicò Abr. Ortelius in voce *Infernas*. Idem.

<sup>9</sup> *Berylla Persica* | Allusum ad impensum ejusdem in gemmas similesque delictis Lapiliorum studium. Nec dissimilat ipsem hoc epigrannate super Horatii obitu:

*Lengit, ô mea vita, te Smaragdus,  
 Beryllus quoque, nec niente  
 Naper, candida Margarita, quara,  
 Ne quis Thyrsica lima perparuit  
 Anella, nec Jaspis lapillus.*

Sed malus & magnus in secundo horum versuum hiatus five vitium est. Sanabit hoc cui favetlib aliquando libri aura. Ergo inter am fomenti nescio quid adportabam; & quis scit an ex Apollinis medicina?

*Lengit, ô mea vita, te Smaragdus,  
 Beryllus quoque & ipse, nec niente.*

Laudavimus autem hic carmen Maecenatis, non aspectis curiose aliquorum super eo vel commendationibus vel censuris. Vox enim Flaccæ, quæ secundo versu vulgo inseritur, ubi nos, *Beryllus quoque & ipse*, suspecta mihi admodum in Istorio. Sufficerat enim dixisse, *mea vita*. Sed nos, quia eo omisso laudatum invenimus, placuit & nobis conjecturam ponere. Conjecturam dico, nam absque scriptura qui hic veret vir esto. Idem.

<sup>10</sup> *Carbunculum babeas, ira oītīs mīra* |  
 Conjectavit IL Casaubonis, *Carbunculum*

*Italia, n. ira. Simeon Bosius licentius, Carbunculum Tolosanum; heras, ira oītīs mīra mīrīs, uālāyūs mocharum. Idem.*

<sup>11</sup> *Cum de Tyria purpura* | Facit ad joci hujus lucem illud Seneca lib. 1. Nat. Quest. *Purporam Tyriam, quo melior saturiorque est, et operari alius tenet, ut fulgore suum ostendat. Idem.*

<sup>12</sup> *Nomenclatori suo* | Non temere, Scriverio censem, in scriptis reperitur *Nomenclator*. sic quam discreta esset Martialis lib. 10. epigr. 30. in divino Seazonite:

*Nomenclator magister citat nomen.  
 Est & in Inscriptionibus.*

*C. Egatius. C. L. Enripius. Nomenclator* | Quamvis in istis quoque monumentis occurrat non semel *Nomenclator*. ita ut utroque modo hoc nomen usurpatum veteribus videatur. Pont.

<sup>13</sup> *Confusus ille podagra* | Lege: *confusus*. Gronovius *confusus*: ut Juvenalis: *postquam illi justa podagra contundit articulos. Ac confusus est à confuso & finde*. Martialis 10. 2. *Marmorata Megala findit capricciosum*. Item 9.94. *Podagra chiragraque secatur Caini*. Atque ita *confusa* nihil est aliud quam *scelus*. Pont.

<sup>14</sup> *Excedentem ducenties celaverat* | In editionibus priscis. ducenties LLS. Et solent sic quoque festertia notare Veteres. Omitti tamen honeste potest. Martialis.

*O quanto est gula, cenisces comedisse?*  
 Idem.

hang

hanc rationem reddidit: *Habenda est ad somnum culcita, in qua ille cum tantum deberet, dormire potuit.*

Non est intermittendus sermo ejus, quem Catonis honoris dedit. venit forte in dormium in qua Cato habitaverat, dein Strabone in adulationem Cæsaris male existimante de pervicacia Catonis, ait: *Quisquis presentem statum civitatis commutari non volet,*<sup>15</sup> *civis & vir bonus est.* satis serio & Catonem laudavit, & sibi, ne quis affectaret res novare, consuluit.

Soleo in Augusto magis mirari quos pertulit jocos, quam ipse quos protulit, quia major est patientia quam facundia laus; maxime cum æquanimiter aliqua etiam jocis mordaciora pertulerit. Cujusdam provincialis jocus asper innorauit. intraverat Romanum frumentum Cæsari, & in se omnium ora converterat. Augustus perduci ad se hominem iussit; visumque hoc modo interrogavit: *Dic mihi adolescens. Fuit aliquando mater tua Romæ?* negavit ille: *nee contentus* adjecit: *Sed pater meus saepe.*

Temporibus triumviralibus Pollio, cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset ait: *At ego taceo. non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.*

Curtius eques Romanus deliciis diffluens, cum macrum turdum sumpsisset in convivio Cæsaris, interrogavit an mittere liceret, responderat princeps. *Quid ni licet?* ille per fenestram statim misit.

*As alienum* Augustus cujusdam senatoris cari sibi non rogatus exsolverat numerato quadragies. At ille pro gratiarum actione hoc solum ei scribit; *Mibi nihil.*

Solebat Licinius libertus ejus inchoanti opera patrono magnas pecunias conferre: quem morem securus centum promisit per libellum, in quo virgulæ superductæ pars ultra pecunia defctionem protendebatur vacante infra loco. Cæsar occasione usus prior alterum centies sua manu junxit spatio diligenter exploto & affectata literæ similitudine: geminatamque accepit summam dissimulante liberto, qui postea coepit alio opere leniter factum suum Cæsari obicit libello tali dato; *Confero tibi, domine, ad novi operis impensam quod videbitur.*

<sup>13</sup> In adulationem Cæsaris male existimante. | Male existimare valet quod a-pud Graios, λαληπν̄. Quomodo & Seneca de Vita besta, sub finem; Nec illius de quo male existimare consuetum, voluptatem mortem probat, sed eam quam ratione efficit firmam fibi. Et iteram lib. 3. de Irâ: *Quod homines & periculis sine & liberalissime faciunt, de rege suo male existimant.* Vide item Ciceronem Epistol. lib. 13. Epist. ad Servilium. Idem.

<sup>14</sup> Et civis & vir bonus est. | Hoc de Catone Augusti judicium exprimit quoque voluit Valerius lib. 2. sub finem: *Quae quidem efficit, ut quisquis egregium & sanctum virum civemque significare velit, sub nomine Catonis definiet.* At in hodie vulgaris solum est: *ut quisquis sanctum & egregium civem significare velit.* Sed illud in bonis & virtutis membris inventum, Idem.

Mira etiam censoris Augusti & laudata parentia. corripiebarur eques Romanus à principe tamquam minuisset facultates suas. ac ille se multiplicasse coram probavit. mox idem subiecit quod ad contrahendum matrimonium legibus non paruisset. ille uxorem sibi & tres esse liberos dixit. tunc adjecit; postbac Cæsar, cum de *beneſtis hominibus inquiris, beneſtis mandato.*

Etiā militis non libertatem tantum sed & temeritatem tulit. in quadam villa inquietas noctes agebat rumpente somnum ejus crebro noctū cantu. prendēdam curavit noctuam. miles aucupii peritus & spe ingentis præmii pertulit. laudato imperator mille nummos dari jussit. ille ausus est dicere. *Malo vivat; avemque dimisit. quis non miratus est non offensio Cæſare abisse militem contumacem?*

Veterans, cum die sibi dicto periclitaretur, accessit in publico ad Cæſarem; rogavitque ut sibi adesset. ille advocationem, quem ex comitatu suo elegerat fine mora dedit; commendavique ei litigatorem. exclamavit ingenti voce veterans: *At non ego Cæſar pericitante te Attico bello vicarium aueſtvi; sed pro te ipſe pugnavi;* detexitque impressas cicatrices. eſquit Cæſar, venitque in advocationem; ut qui yereretur non superbus tantum sed etiam ingratus videri.

Delectatus inter cœnam erat symphoniacis<sup>17</sup> Toronii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat; cum in alia acroamata fuisset nummis liberalis: eosdemque poitea Toronius æque inter cœnam quærenti Cæſari sic excusavit: <sup>18</sup> *Ad molas sunt.*

Sublimis Actiaca victoria revertebatur, occurrit ei inter gratulantes corvum tenens, quem instituerat hæc dicere: *Habe. Cæſar. vicit. imperator.* Miratus Cæſar officiosam avem viginti milibus nummorum emit. sōcius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate pervenerat, affirmavit Cæſari habere illum & alium corvum; quem ut afferre cogeretur rogavit. allatus verba que didicerat exprefſit: *Habe. vicit. imperator. Antoni.* nihil exasperatus fatis duxit jubere illum dividere donatiūm cum contubernali. salutatis similiter à pītaco emi eum cum jussit. idem miratus in pica hanc quoque redemit.

<sup>17</sup> *Toronii Flacci mangonis.* | *Toronianum appellat. Tranquillus Augusto. Item Plinius lib. 7. cap. 12. Et eum imitatus Solinus cap. 5.* Sed Solini verba operae erit adscribere, ut insigni loco turpe erratum erat: *Denique cum Antonio iam Triumviro Thoranus quidam eximias formæ puerus, velut geminos, trecentis (decenatis est in Plinio) scutarii vendidisset, quosram alterum de transalpina Gallia, alterum ex Alia comparaverat; adeoque una res viderentur, nisi solus sermo fidem panderet.*

Cui enim non diſplicet dictio, adeoque non res. Et adde quod id sententia Soli-

ni minime satifaciat, cum formatio extra item unius rei & filii fuerit, natio tantum, de qua controvertebatur, disparata. Scripturam itaque consuluumque que referebatur, adeoque ut una res vid. Meo periculo refinge, adeoque ut sterini viderentur. Plinius habet, eodem anno editis. Sed ad rem. Id.

<sup>18</sup> *Ad molas sunt.* | *Erumptantia videlicet.* Dicit autem id indignatus Augusto Thoranus, quod pueros symphoniatos quasi molaram curatores frumento donaverat. Lusserat non absimiliter ad Atticum Tullium, ut Rhodi videretur motis patino quam Moloni tigrano dedisse. Idem.

exemplaria

exemplum futorem pauperem solicitavit ut corvum institueret ad parem salutationem; qui impendio exhaustus, s<sup>e</sup>pe ad avem non respondentem dicere solebat, *opera & impensa periit*. aliquando tamen corvus coepit dicere dictatam salutationem. Hac audita dum transit Augustus respondit: <sup>19</sup> *Satis domi salutatorum talium babeo*. superfuit corvo memoria ut & illa, quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret: *Opera & impensa periit*. ad quod Cæsar risit; emique avem jussit quanti nullam adhuc emerat.

Solebat descendenti à palatio Cæsari honorificum aliquod epigramma porrigeret Græculus. id cum frustra s<sup>e</sup>pe fecisset; rursumque eum idem facturum vidisset Augustus, <sup>20</sup> brevi sua manu in charta exaravit Græcum epigramma; pergenti deinde ad se ob viam misit. ille legendō laudare; mirari tam voce quam vultu: cumque accessisset ad sellam; demissa in pauperem fundam manu paucos denarios protulit quos principi daret. adjectus hic sermo: *νὴ τὸν οὐλὸν πάχειαν, στρατεύεσθαι τοῖς πλέον ἐπίδημοι*. secuto omnium risu dispensatorem Cæsar vocavit, & <sup>21</sup> sefertia centum millia numerare Græculo jussit.

<sup>19</sup> *Satis domi salutatorum talium babeo*. | Aberat. à Scripto: *babo*: Nec male, commendat enim diuersa arguta illa brevitas. *Id.*

<sup>20</sup> *Brevius manus*. | Ms. brevi manus fuit in charta exaravit, &c. Quem locum si il lustrare possent Ulpiani verba videndum, que habentur D. lib. <sup>23</sup>. Tit. 3. l. 43. ista scilicet: *Nisi forte si accipo talis, ut velis mulieri in totum datum*. Tunc enim credendum est, brevi manus acceptum à muliere & marito datum. [Quibus in verbis ut & Macrobi legi posse existimo breve m. s. i. c. e. G. epig. ut breve sit substantivum; unde nostrum, quod usurpamus, pro epistola, brief, fluxerit. Ifidori glossa: breuiperulus, qui breuigerit. Non diceremus enim briefdrager. Est in Vopifco in vita Bonosi; Brevis munerum fuit, pro, index munerum. Idem Vopifcus in Aureliano: brevem nominatae conscripta. Ut ita Brevis & Brevis utrumque substantiae sumatur. Nam quod Vopifcus brevis, Ilidorus brevis dixit. Seneca appellat indicum epist. 39. lib. 5.

*Same in manus indicem philosophorum. Id m.* | Hee nos bona fide ex Isaci chirographo reprezentamus. Scilicet dum Stephano nimum credulus, reliquos editores (à quibus omib[us] expressum olim brevis adi. cium) penitus ejurat; dum non considerat, quid JCis dicatur brevi manus fipi, sic vara vibiam secuta est. Nos, lector, tuum judicium appellamus. Gronov.

<sup>21</sup> *Es sefertia centum millia numerare Graculo iussit*. | Liberalitatem hanc suam nec ignorari voluit ipse Cæsar. Exstat in Epistola ejus ad Tiberium: *Ego perdidi virginis milia nummorum, meo nomine; sed caro effusa in luctu liberalis fruissim, ut soles plorunque. Nam si quas manus remisi cuique, exegissim, aut retinuisse quod cuique donavi, vicissim vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad celestem gloriam efficeret*. Pont. Virtus est Latinus sermonis lege, sefertia centum, vel si illud nimium est, sefertia centum, ut monuit pater lib. 1. Pet. Ver. cap. 4. Gronov.

## C A P. V.

*Super jocis ac moribusJuliae, Augusti filie.*

**V**Ultis aliqua & filie ejusJuliae dicta referamus; Sed si gar-  
rulus non purabor volo de moribus foeminae pauca premittere,  
ni quisquam vestrum habeat seria & discenda quæ proferat. hor-  
tantibusque omnibus ut cœpto insisteret, ita de Julia orsus est. An-  
num agebat tricesimum octavum, & tempus ætatis, si mens sana  
supereisset, vergentis in senium: sed indulgentia tam fortunæ quam  
patris abutebatur; cum alioquin literarum amor multaque eru-  
ditio, <sup>1</sup> quod in illa domo facile erat, <sup>2</sup> præterea mitis humanitas  
minimeque sevus animus ingentem foeminae gratiam conciliarent,  
mirantibus qui vitia noscebant tantum pariter diversitatem. non se-  
mel præceperat pater, temperato tamen inter indulgentiam gravi-  
tatemque sermone, moderaretur profulos cultus perpicuusque co-  
mitatus. idem cum ad nepotum turbam similitudinemque respexer-  
at, qua representabatur Agrrippa, dubitare pudicitiam filie erube-  
scet. inde blandiebatur sibi Augustus lœtum in filia animum us-  
que ad speciem procacitatis sed reatu liberum; & talen fuisse  
apud majores Claudiā credere audebat. itaque inter amicos dixit  
duas se habere filias delicatas, quas necesse haberet ferre, rem-  
publicam & Julianam.

Venerat ad eum licentiore habitu; & oculos offendebat patris  
taentis. mutavit cultus sui postera die morem, & lœtum patrem  
affectata severitate complexa est. at ille, qui pridie dolorem suum  
continuerat, gaudium continere non potuit: & Quæcum bīc, ait,  
in filia Augusti probabilior est cultus? non defuit patrocinio suoJulia  
his verbis: Hodie enim me patris oculis ornavi, beri viri.

Notum & illud. <sup>3</sup> Averterant in se populum in spectaculo gla-

<sup>1</sup> Quod in illa domo facile erat. | Notat.  
Camerarius alias legi, quæ in illa esset. Ego  
lectionem quam posui, probo & explico ex  
Suetonio: Filiam (inquit, de Augusti fa-  
milia & domo loquens) & neptem ita in-  
stituit ut etiam tamfucis affinisaceret, ut  
retque loqui aut agere quidquam nisi propa-  
lam, & quod id diuersos commentarios, refer-  
retur. Quod sumptum indubie à Lace-  
dænoniis: Plutarchus Lycurgo: εἰς ὅρο  
μητὸν τοῦ ζεῦδες τοῦ λόγου πεπίρηψε, μηδὲ  
αριθμὸν ποιεῖ εἰς τὸν αὐτοῦ πολὺ ἔχει δια-  
γεῖς αἱξέσθαι νοεῖ. id est: Affinisacens  
(pueri) ut non nisi in tempore loquenterur;  
neque vocem emitterent, quin aliquam utique  
sententiam complectentesur nesciat dignam.  
Ponit.

<sup>2</sup> Præterea mitis humanitas, minimeque  
sevus animus. | Dicō sevus parum vide-  
tur hic apta. Satis sevicitate notam excusat  
& admitt illud, præterea mitis humanitas.  
Arbitror fuisse voce veteri minimeque se-  
vus animus. Agellius: sevus profecto &  
cactus animi forem; si cum baberem tui copiam,  
issen magis ad alium quam ad te. Nam  
Sevus hic non tam finitri & mali omnis  
intelligitur quam Graia forma, δενὸς καὶ  
χαλκοῦ. Aristophanes in Nebulis: οὐ εἴ-  
δοι εἰδεῖς αἴγανος θύνει, οὐδὲ αἴνει, οὐδὲ  
μεγάλος. Idem.

<sup>3</sup> Averterant in se. | Scribe converterant  
ex aliis editionibus vel adverterant. Gron.

ditorum

diatorum Livia & Julia, comitatus dissimilitudine. quippe, cingentibus Liviam gravibus viris, hæc juventutis & quidem luxuriosæ grege circumsidebatur. Admonuit pater scripto, Videret quantum inter duas principes sceminas interesset. eleganter illa rescriptit; *Ebis mecum seneſ fient.*

Eadem Julia mature habere cooperat canos, quos legere secrete solebat. subiit intervetus patris aliquando oppresſit ornatrices. dissimulavit Augustus deprehensis & super vestem ejus canis; & aliis sermōnibus tempore extracto induxit ætatis mentionem; interrogavitque filiam utrum post aliquot annos cana esse mallet an calva: &; cum illa respondisset, *Ego, pater, cana esse malo;* sic illi mendacium objecit: *Quid ergo ista se calvam tam cito faciunt?*

Item cum gravem amicum audisset Julia suadente melius facturam si se composuisset ad exemplar paternæ frugalitatis, ait; *ille obliuiscitur Cœfarem se esse. ego memini me Cœfari filiam.*

Cumque consciæ flagitiorum mirarentur quo modo similes Agrippæ filios pareret, quæ tam vulgo potestatem sui corporis faceret: ait; *Numquam enim nisi navi plena tollo vētorem.*

Simile dictum Populiæ Marci filiæ. quæ miranti cuidam quid esset quapropter alia bestiæ numquam marem desiderarent nisi cum prægnantes vellent fieri; respondit; *Bestiæ enim sunt.*

<sup>4</sup> *Super vestem ejus.* | In Ms. erat, *carin;* scilicet ornatum. Processit enim ornatum. Post.

<sup>5</sup> *Nasquens enim nisi plena navi te llo vētorem.* | Caspar Barthius, vii ut multæ doctrinæ ita laboris indefessi, in eo, quem edidit nuper Adversariorum cap. 6, lib. 37. Commentario, varia alijs eruditioris fruge sparsum distincto refertoque probare mihi handquaque potest, eam esse verborum horum sententiam, ut *vētore,* licet ea ambigua vox sit, & modo cum, qui venit, modo qui vehitur, significans hic navarchum notet: Quisque dictum voluerit Julia, se non admittere eum, qui pater esset futurus, nisi prius alieno congreſſu satiatæ libidine; cum omnino contrarium velit se nimis non nisi *plena navi,* id est, utero jam ex mariti congreſſione impleto clausoque, &c. ut loquitur Hippocrates, ubi in ventre habuerit, recipere adulterum; quem nomine *vētore* intelligit, ut eum scilicet, ex marito, ut dictum, jam impregnata imple-

taque, velut de viâ & caue voluptatis, ut superpondium admittat, prole, inquam, intra uteri monetat jam concepta, formataque: ut ita passivi exinde cum adulterio lufus ac palestræ nihil impedian, quo minus fetus parenti, ex quo conceptu sit, responderat; quod ante eam ex marito conceptionem haud tuto fieri, rerum illarum naturaeque gnarus, nemo non concedat. Julia itaque cum se non nisi *plena navi* *vētore* dicat, nihil vult aliud, quam se non nisi gravidam ex legitimo marito ac prolijs parente alios admittere. *Navim* autem pro horto muliebri metaphorice accipi, inque obſcenis haberi liquet ex Plauti Menachmis Scena, *Sine futes,* & alibi. Videntur etiam Justus Lipsius Epifol. Quest. lib. 5. Epifol. 3. Et maxime Andreas Laurentius lib. 8. historias Anatomicas quest. 22. ubi crufas adducit, cur bruta gravida marem non admittant, ut, ipter homines, mulier. *Ideas.*

## C A P. VI.

*Rursus de virorum jocis, argutisque responsis.*

**S**ED ut à foeminiis ad viros & à lascivis jocis ad honestos revertar, Cascellius jurisconsultus urbanitatis miræ libertatisque habebatur, præcipue tamen is jocus ejus innotuit: Lapidatus à populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat ut ædiles edicerent ne quis in harenam nisi pomum misisse vellet. forte his diebus Cascellius consultus à quodam an nux pinea pomum esset, respondit;

*Si in Vatinium missurus es, pomum est.*

\* Mercatori deinde quemadmodum cùm socio navim divideret interroganti respondisse traditur: *Navim si dividis; nec tu nec socius habebitis.*

In Galbam eloquentia clarum, sed quem habitus, ut supra dixi, corporis destruebat, M. Lollii vox circumferebat: *Ingens Galbe male habitas.*

In eundem Galbam Orbilius grammaticus acerbius irrisit. Prodi erat Orbilius in reum testis: quem Galba ut confunderet dissimulata professione ejus interrogavit *Quod artificium facis?* respondit: *In sole gibbos sole fricare.*

L. Cæcilius, cum C. Cæsar aliis qui secum pila lusitabant centena lestertia, illi uni quinquaginta dari jussisset, *Quid? ego, inquit,* <sup>3</sup> *una manu ludo, & non duabus ut plus habere possum?*

Cum iratus esse P. Clodius D. Laberio diceretur, quod ei minimum perenti non dedisset, *Quid amplius, inquit, mibi facturus es, nisi ut Dyrracium eam & redeam?* alludens ad Ciceronis exsiliū.

<sup>1</sup> *Cascellius juris consultus.* | Editiones vetustæ omnes, Cascellius. Post.

*Cascellius jurisconsultus urbanitatis, &c.* V. c. Caciling. Rette. Sextum Cæciliū, & C. cum Favorino super 12. tabb. legibus differentem laudat Agellius lib. 20. cap. 1. Postea quoque: *Forte hic diabolus Cascellius consultus è quodam.* Iterum lege, Cæcilius. Meurs.

<sup>2</sup> *Mercatori deinde.* | Oldendorpius ad

Pomponium ita citat: *Confidenti evidem mercatori ac inter alia dicenti: Navem se cum socio dividere voleo: Perdes, inquit, scilicet; jocatus quod navis per divisionem festa nullus se usus. Pont.*

<sup>3</sup> *Una manu ludo, & non duabus, ut plus habere possum.* | Venustius & brevius in Angliano: *Quid? ego una manu ludero?* Et frangunt profecto reliqua illa & veluti clumbant dicti leporem. *Idem.*

## C A P. VII.

*De sententiis ac dictis Laberii & Publpii, mimographorum: deque  
Pyladea Hyla, bistrionibus.*

**S**ED quia & paulo ante Aurelius Symmachus & ego nunc La-  
berii fecimus mentionem, si aliqua hujus atque Publpii dicta re-  
feremus, videbimur & adhibendi convivio mimos vitasse lasciviam,  
& tamen celebritatem, quam cum assunt illi <sup>1</sup> excitare pollicentur,  
imitari. Laberium asperæ libertatis equitem Romanum Cæsar  
quingentis millibus invitavit, ut prodiret in scenam, & ipse ageret  
mimos quos scriptitabat. sed poteftas non solum si invitet sed eti  
supplicet cogit. unde se & Laberius à Cæsare coactum in prologo  
restitutus his verbis :

*Necessitas, cuius cursus transversi impetum.  
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,  
Quo me detruſit pena extremitis sensibus?  
Quem nulla ambicio: nulla umquam largitio,  
Nullus timor, vis nulla, nulla auctoritas  
Moveat potuit in juventa de statu;  
Ecce in senecta ut facile labefecit loco  
Viri Excellentis mente clemente edita  
Submissa placide blandiloquens oratio?  
Etenim ipsi di negare cui nimil potuerunt,  
Hominem me denegare quis posset pari?  
Ergo bis tricens annis actis sine tota  
Eques Romanus Lare egressus meo  
Domum revertar mimus. nimirum hoc die  
Uno plus vixi mibi quam vivendum fuit.  
Fortuna immoderata in bono æque atque in malo,  
Si tibi erat libitum literarum laudibus  
Floris cacumens nostræ famæ frangere,  
Cur cum vigebam membris prævividantibus,*

<sup>1</sup> Excitare pollicentur, imitari. | Præop-  
tem, imitati. Pont.

<sup>2</sup> Ergo bis tricens annis. | Male, melius  
v. c. Ego b. t. Meum.

<sup>3</sup> Equis Romanus Lare egressus meo. |  
Scribo, E. R. Lared e. m. metri causa. Idem.

<sup>4</sup> Fortuna immoderata in bono æque atque  
in malo. | Laberii versus est : sed libri fi-  
de de teo æque. Libenter enim & crebro

fic veteres. In Priapeis, Quæ succo eret,  
æque para parcer. Et Valerius ita reha-  
gendus lib. 5. cap. 1. Affirmantes se si que  
illæ virilis concubitus expertes futuros. Nam,  
æque se quoniam excuditur, in MSS. quos  
evolvi, non legitur. Ceterum super Le-  
berii istis verbis, & Agellius aliquid e-  
vulgaverat cap. 15. libri octavi, quod, & ejus  
hodie soli indices superstites loquuntur. Pont.  
Satis

*Satis facere populo & tali cum postram viro,  
5 Non flexibilem me concurvaisti ut carperes :  
Nunc me quid dejicis ? 6 quid ad scenam affero :  
Decor em forme, an dignitatem corporis,  
Animi virtutem, an vocis jocunde sonum ?  
7 Ut bedera serpens vires arboreas necat ;  
Ita me vetustas amplexu annorum enecat.  
8 Sepulchri similis nihil nisi nomen retineo.*

In ipsa quoque actione subinde se qua poterat ulcisceretur inducto habitu Syri, qui velut flagris cælus præripientique se similis exclamabat :

*Porro Quirites ! libertatem perdimus.*

& paulo post adjicit :

*Necessus est multos timeat quem multi timent.*

quo dicto universitas populi ad solum Cæsarem oculos & ora convertit notantes impotentiam ejus hac dicacitate lapidatam. ob hæc in Publum vertit favorem. is Publius natione Syrus, cum puer ad patronum domini esset adductus, promeruit eum non minus salibus & ingenio quam forma, nam forte cum ille servum suum hydropicum jacentem in area vidisset, inorepuissetque quid in Sole ficeret ; respondit *Aquam calefacit.* joculari deinde super coena exorta quæstione quodnam esset molestum otium, aliud alio opinante, ille *Podagrici pedes* dixit. ob hæc & alia manumissus & majore cura eruditus, cum mimos componeret, ingentique assensu in Italiz oppidis agere coepisset, productus Romæ per Cæsar's ludos omnes qui tunc scripta & operas suas in scenam locaverant provocavit, ut singuli secum posita invicem materia pro tempore contenderent : nec ullo recusante superavit omnes ; in quis & Laberium : unde Cæsar arridens hoc modo pronuntiavit :

*Favente riblem tuus es Laberi à Syro :*

statimque Publio palma & Laberio annulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. tunc Publius ad Laberium recedentem ait : *Qui cum contendisti scriptor bunc spectator subleva.* sed & Laberius sequenti statim commissione, mimo novo interjecit hos versus :

*5. Non flexibilem me concurvaasti, ut carperes.  
Jani Gulielmi conjectura animo meo verum  
est: ut paceres. Pacete pangere est, doctore  
Festo. Sciunt autem res rusticæ callentes,  
tenerarum arborum ramos decerpi aut cur-  
vari, ut pangantur novæ. Et tale in se  
debuisse fieri ait Laberius, dum adolescen-  
tia mollis & flexibilis esset. Nam nunc,  
inquit, cur dejicior, hoc est in humum &  
scenam è dignitate equestri depritor, cum  
suppulsata elegancia nulla possit ? Sed o-  
pera est ipsum adiussi Gulielmuin. Idem.*

*6. Quid ac scenam affero ? Non ab similiis  
sunt Catonis ad Setvium Galbam oratio :*

*Multo me debortata sunt hic prodire, anni  
etas, vox, vires, senectus. Exitat apud Agellium. Idem.*

*7. Ut bedera serpens vires arboreas necat. I  
Malim ; secat. præsertim quia subneccitur :  
ita me vetustas amplexu annorum necat. Juvenal. Necat hic ferro, secat ille cruxis  
verberibus. Et Carul. An si queris merito tarda podagra secat. Idem.*

*8. Sepulchri similis nihil nisi nomen retineo. I  
Ovidius Naso : Et sepe in tumulti sine corpore  
nomina legi. Et apud Aufonium : Mars et  
am scitis nominisbusque tenit. Idem.*

*Non possunt primi esse omnes omni in tempore.  
Summum ad gradum cum claritatis veneris,  
Confites agere; <sup>9</sup> Et quam descendas, decides.  
Cecidi ego, cadet qui sequitur, laus est publica.*

Publii autem sententiae feruntur lepidae & ad communem usum accommodatissimae. ex quibus has fere memini singulis versibus circumscripas :

*<sup>10</sup> Beneficium dando accepit qui digno dedit.*

*Feras, non culpes, quod mutari non potest.*

*Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet;*

*Comes facundus in via pro vehiculo est.*

*<sup>11</sup> Frugalitas inserta est rumoris boni.*

*Heddis fletus sub persona risus est.*

*Furor fit lesa sapientia.*

*Improbœ,*

*Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.*

*<sup>12</sup> Nemum altercando veritas amittitur.*

*<sup>13</sup> Pars beneficij est, quod petitur, si cito neges.*

*Ita amicum habeas, <sup>14</sup> posse ut fieri inimicum putas.*

*Veterem ferendo injuriam, invitata novam.*

*Nunquam periculum sine periculo vincitur.*

Sed quia semel ingressus sum scenam loquendo, nec Pylades histrio nobis omitendus est; qui clarus in opere suo fuit temporibus Augusti, & Hylam discipulum usque ad æqualitatis contentiōnem eruditione provexit. populus deinde inter utriusque suffragia divisus est. & cum canticum quoddam saltaret Hylas, cuius clausula erat;

*Tὸν μόγαν Ἀζαρίουρον,*

<sup>9</sup> Et quam descendas, decides. | Vel versus doccat absolum esse in aliis editionibus : curius quam ascendas, decides. Frustra itaque & ille Senecæ adductus locus : Ad summum perduta rursus ad infimum, vel locutus quidem quam ascenderunt, relabuntur. Nam id solum acute voluit Laberius, quod is qui ad summum claritatis gradum pervenerit, agere conficeret, imo quod, antequam descendere & locum cedere aliis cogitaverit, ruet. Porro Senecæ istius loci postrema vox, relabuntur, germana non est, sed revelluntur. quomodo nos in membranis vestitus invenimus & in Observationum libris probabimus. *Idem.*

<sup>10</sup> Beneficium dando acceperit. | Premitte, Malum consilium est quod mutari non potest, ex Agellio & libris. *Idem.*

<sup>11</sup> Frugalitas inserta est rumoris boni. | Inserta, substanca. *Idem* Publius apud Ar-

bitrum: *Probitas est carunculas.* Porro sapientia Graecanica voce ιμερημα vide Suetonium Tiberio; ubi de Latina requirenda statigatur. (Claud. Salmatius in Exercitu. Plinius legit *in certa*, ex Mls. quos inspexisse se dicit. Excerptis, ut *frugalitas inserta r. b. intelligatur*, querentus alius virtus, alii vitium est. Eum vide.) *Pontan.*

<sup>12</sup> Nemum altercando. | Horum quinque sequentium versuum apud Agellium alius est ordo. *Mens.*

<sup>13</sup> Pars beneficij est quod petitur, si cito neges. | In Agellio est, si belle neges. Magis placet Macrobii lectio: quam etiam ipsa velim refutaram. *Idem.*

<sup>14</sup> Posse ut fieri inimicum putas. | In Agellio est, ut fieri hunc i. p. Carminis ratio jubar transponere vocem, posse ut fieri inimicum hunc putas. *Idem.*

sublimem

sublimem ingentemque Hylas velut metiebatur. Non tulit Pylades, & exclamavit ē cavea:

*Σὺ μακρὸν εἰ μήγας πεῖται.*

tunc populus eum <sup>15</sup> coēgit idem saltare canticum. cumque ad locum venisset, quem reprehenderat, expressit cogitantem; nihil magis ratus magno duci convenire quām pro omnibus cogitare. <sup>16</sup> Saltabat Hylas Oedipodem: & Pylades hac voce securitatem saltantis castigavit; οὐ βλέπετε. Cum <sup>17</sup> in Herculem Furentem prodisset, & nonnullis incellum hiltroni convenientem non servare viseretur, deposita persona ridentes increpuit,

*Μωροί, μανύμενον ὥρχειας.*

hac fabula & sagittas jecit in populum. Eandem personam cum jussu Augusti in triclinio ageret; & intendit arcum & spicula misit nec indignatus est Cæsar eodem se loco Pyladi, quo populum Romanum fuisse. Hic, quia ferebatur mutasse ruidis illius saltationis ritum quā apud majores viguit, & venustam induxit novitatem, interrogatus ab Augusto quā saltationi contulisset respondit, <sup>18</sup> αὐλῶν οὐείγδον τ' ἐσωπώ, διαδύν τ' ἀρδπάπων. Idem cum propter populi litionem <sup>19</sup> pro contentionē inter se Hylamque ha-

<sup>15</sup> Coēgit idem saltare canticum. | Qualis ea saltatio, expressit Cassiodorus, IV. variorum: His sunt addita Orchistarum loquacissima manus, linguis digiti, silentium clamoris, exposito tacita. Et Glossarii aucto<sup>r</sup>s saltas ὥρχει, ὥρχεται. Vide ad Aristonētū elegantulum Mercerum. Pont.

<sup>16</sup> Saltabat Hylas Oedipodem & Pylades hac voce. | Error in his histriōrum datumvisis apud Athenaeum lib. I. cap. 16. Hinc Bathyllo scribit Aristonicus ex Pylades, cuius extat quoddam de saltationib⁹ volumen, Italicam invenisse saltationem. Ita enim recte reddes, ubi in Greco: τοῦτος βαθύλλος οὐοὶ αἰσθόνται τὴν πολέμην, &c. Sed scribes & vertex πολέμου, & errorēm unum absterferis. De Bathyllo enim ex Pylade id scripsit Aristonicus, non autem ex Bathyllo una Pylades, Zosimus lib. I. Octavianī temporib⁹ pantomimorum saltatio prius incognita in usu esse cepit; Pylade ac Bathyllo primis ejus autoribus. Et corespicere hic Athenaeum sive Aristonicum liquet ex utriusque, quam subdit statim, estimatione: λογίζει, inquit, η πολέμου ὥρχεις, καθός, παντοκράτει τὴν πονέταις· η τὸ βαθύλλος, ἵκαπατερεῖς id est: Erat ea Pylada saltatio fastu plena & affectu, laboriosaque admodum: Bathylli vero jucundior. Idem.

<sup>17</sup> Cum in Herculem Furentem prod. | Placet, in Hercule Foxente ex emendatione patris ad Senecę hoc nomine tragediam. Gron.

<sup>18</sup> Αὐλῶν οὐείγδον, | Ita & Cameratis. Vetusior tamen editio: λυθὼν οὐείγδον. Forte, λυθὼν, ut apud Lucianum, λυδίο-ογμονία. Pindari Scholiastus, ἀπονειποντείοντες σύντομος, φύγοντο, τύδιος. Auleucus Miles. 10. Jam tibia multiformales cantus Lydios duociter consonant. Addicte igitur dixerit Pylades ut suaviori concentu multisse aures audientium innuat. quod ad rem potenter faciat. Prius tamen haud immitavi. Pont.

<sup>19</sup> Pro contentionē inter se Hylamque. | Hylam semper dicit, at Bathyllum tamē capiēndus: quomodo & Suetonii Augusto: Hylam pantomimum, quarente prætor, in atri domus sua, nomine excluso, flagellis verberavit. At isto cur nomine Macrobius hie suetonioque ibi, nec legi si illius, nuncupata? An quod in ambris fuerit Pylades Edomio, quomodo Alcidæ ille roties clamatius Hylas? Vism id fere clariss. peritissimum viro Francis. Junio. quem & memini de hoc per occasionem consoluisse. Et vero præter quā apud Tertullianum aliosque super pantomimorum illo morbo, proprie de Bathyllo hoc intelligi dat Juvenalis illo versu: θρηνον Ledam molles saltante Bathyllo. Porro contentionis, quam tangit hic Macrobius, meminit quoque lib. 54. Dio. Ubi & Macenati erga eundem Bathyllum affectus honeste proditur. Vide quā notavit ad illud Taciti, Indulserat ei Indicero Augustus, dum Macenati ob-

bira <sup>20</sup> concitaram indignationem exceperit Augusti, respondit : *Ἐδέεσθε βασιλεῦ; ἔσσοντες μὲν οὐκανάς δογλεῖσθαι.*

*temperat effuso in amorem Bathyllo, Lipshiu: Ar. n. 1. De Anacreontis Bathyllo habes apud Horatium & Agellium lib. 19. Pont.*

<sup>20</sup> *Concitaram indignationem exceperit Augusti | Imo & serio aliquando in cum ani-*

*madvertit Augustus. Tranquillus: Pyram  
urbe atque Italia submersis, quod spectaculorum à quo exhibebatur, demonstrasset digito conspicu-  
usque fecisset. Dio restitutum dicit lib. o jam  
citat. Idem.*

## C A P. VIII.

*Quomodo Plato vino indulgendum esse praeceperit: Et quam periculofsum  
turpeque sit, tactus ac gustus voluptatibus esse obnoxium.*

**H**IS dictis, & excitata lætitia , cum in Avieno memoria florida & amoenitas laudaretur ingenii, mensas secundas minister admovit. & Flavianus: Multi, ut aestimo, in hoc à Varrone dissentunt; qui in illa lepidissima satyra Menippaea , quæ inscribitur ; **NESCIS QUID VESPER VEHAT**; de secunda mensa placentas removit. sed, quæso, dicas Cæcina verba ipsa Varronis, si tibi beneficid memorie tenacioris hæserunt. & Albinus, Locus, inquit, Varronis, quem referri à me imperas, in his fere verbis est: *Bellarria ea maxime sunt mellita, quæ mellita non sunt.* <sup>1</sup> *dulcibus enim cum pepsi societas infida.* <sup>2</sup> *Significant autem bellaria omne mense secunde genus, nam quæ πόμπατα Graci vel τεργυμata, ea veteres nostri appellaverunt bellaria.* Nuncupabat hæc etiam Matyas Macedonum lingua Græcia vetus; Sparta, ἡταίηλλα. Athæneus lib. 14. cap. postremo, *Ille quod apud alios matya dicitur, apud Spartanos ἡταίηλλα dici scribit Molpus Lacon, quod secundas mensas significat.* Et de epaclus clarius apud tandem Atheneum l. 4. c. 4. Pers. et Sic, inquit, τοις πέρι της Κηφισίας εἰς ἡταίηλλα ταῦτα οἱ ισι μὲν δεῖται τεργυματα statim dixites multas in epaclla, quæ sunt bellaria post canam. Priorem vocem Latinas assuruit, & existat apud Suetonium Cailligula. Martialis notionem ejus sic circumscripsit lib. 10.

*Dives, & ex omni posita est instructa ma-  
cello*

*Cano tibi; sed te matya sola juvent.*

*Non opus est nobis nimium lectore gallo:*

*Hunc vole, qui fiat non sine pane satur.*

*Quæ syringæ prolixius ut insignem maculam  
ex elegantissimo Hieronymiano loco eluerem.  
Invaluit ea Epistola ad Nepotianum in vita*

Clericorum, ubi vulgatur: *Modica in hemo es-  
ca ponitur, ut matronarum in eo saccadi pro-  
trahantur. Et sudavit in eo olim, ne: me-  
deri tamen valuit magnus Desiderius. At me-  
jani emendantem quis non sequatur? ut mat-  
ronarum in eo sacculi protrahantur. Quibus ad-  
do Anglos hodieque ( ne vel id occasione  
hac indistum sit) & Cimbros quoque five  
Danos vocem eam ejusque notionem retinere.  
Angli tamen proprie edulia omnia delicata-  
toria ut carnes & talia signant; Cimbri pro-  
miscue omnem cibum. Illi metu dicunt, hi  
maed. [ Interim non celabo lettorem, vide-  
ri Hieronymi verba firmari posse his Ammiani,  
quæ habentur lib. 27. super Damasco &  
Ursicino contendentibus de sede Papali, istis  
nimurum. Neque ego ab uno ostentationem rerum  
considerans urbanarum hujus rei cupido ob im-  
petrandum quod appetunt, dum contentione la-  
torum jurgari debere, cum id adipisci futuri sit  
ita securi ut detentur OBLATIONIBUS  
MATRONARUM, procedantque ve-  
nientibus insidentes circum se leviter vestitis epulas entran-  
tes profusas, &c. Ubi oblationes matronarum,  
idem videtur esse quod dixit Hieronymus sac-  
culi matronarum. Immo & ipse Hierony-  
mus in Epitaphio Nepotiani: *alii matronarum  
opes venientur obsequiis* ] Pont.*

*appellaveret*

*Appellaverem bellaria. vina quoque dulciora est invenire in comediss antequoribus hoc vocabulo, dictaque ea Liberi bellaria.* Et Euangelus: Agite, antequam surgendum nobis sit, vino indulgeamus: quod decreti Platonici auctoritate faciemus; qui aestimavit <sup>3</sup> somitem esse quemdam & ignitabulum ingenii virtutisque, si mens & corpus hominis vino flagret. Tunc Eustathius, Quid agis, inquit, Euangelus? an Platonem æstimas haurienda passim vina suassisse; & non magis inter minuta pocula jucundiores liberalioresque invitationem quæ fiereret sub quibusdam quasi arbitris & magistris conviviorum sobriis nos improbase? & hoc est quod in primo & secundo de legibus non inutile viris esse decernit. nam & modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit; redditisque sensim lætiores ad intentiones rursum capessendas fieri habiliores; & simul, si qui penitus in his affectionum cupiditatunque errores inessent, quos celaret alioquin pudor reverens; ea omnia sine gravi periculo libertate per vinum data detegi, & ad corrigendum medendumque fieri opportunita. Atque hoc etiam Plato ibidem dicit <sup>4</sup> non diffugiendas esse hujuscmodi exercitationes adversum propulsandam vini violentiam; neque ullum unquam continentem prosum aut temperantem satis fideliter vitum esse; cui vita non inter ipsa errorum pericula & in mediis voluptatum illecebris explorata sit. nam cui Libentiae Gratiaeque omnes conviviorum incognitæ sint, quique illarum omnino expers sit, si eum forte ad participandas hujusmodi voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas impulerit, mox deliniri & capi; neque mentem ejus animumque subsistere congregendum igitur & tamquam in acie quadam cum voluptariis rebus cumque ita vini licentia comminus decernendum; ut adversus eas non fuga nec absentia simus tuti, sed vigore animi & constanti præsentia moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur; & calefacto simul refotoque animo, si quid in eo vel frigidæ tristitiae vel torpentis verecundiae fuerit, diluamus.

Sed, quoniam voluptatum fecimus mentionem, docet Aristoteles à quibus voluptatibus sit cavendum. quinque etenim sunt hominum sensus, quos Græci *αἰσθήσεις* appellant, per quos voluptas animo aut corpori queri videatur, tactus, gustus, odoratus, visus, auditus. ex his omnibus voluptas quæ immodice capit ea turpis atque improba est. sed enim quæ nimia ex gusto atque tactu est; ea igitur gemina voluptas, sicut sapientes viri censuerunt, omnium rerum fœ-

<sup>3</sup> Somitem esse quemdam & ignitabulum Melius v. c. incitabulum. Meurs Ignitabulum | Videndus Salmatius ad Solinum, p. 180. nes, ante plenam ebrietatem. Nos tamen receperam libris lectionem non immutavimus. Pont.

<sup>4</sup> Non diffugiendas esse hujuscmodi exercitationes | Cl. Liphoo omnino emendandum placuisse exterrationes, ut videlicet ita appellaverit: mentitis illos errores, & quasi primas hallucinatio-

diffima est; eosque maxime, qui se se duabus istis voluptatibus dederunt, gravissimi vicii vocabulis Graeci appellaverunt, vel *ἀνεργίας* vel *ἀκολάσους*: nos eos vel incontinentes dicimus vel intemperantes. Ista aperte voluptates duas, gustus atque tactus, id est, cibi & Venoris, solas hominibus communes videmus esse cum beluis, & idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur, quisquis est his fetarum voluptatibus occupatus, ceteræ ex tribus aliis sensibus proficentes hominum tantum propriæ sunt. verba super hac re Aristotelis philosophi in medium proferam; ut quid de his infamibus voluptatibus tam clarus atque inclutus vir sentiat, publicetur.

*Διατὸι καὶ τὸν ἀρῆς ή γένεσις μέσην εἰσχωμένων αὐτὸς οὐδεποτέ,*  
*οὐχτέοις λέγων Ι. οἵτε δὲ τὰ αρεβότα ακόλασοι ἔπει, δίτε φει τὰς τε*  
*τερψῖς ἀπολαμβάνεις. τῶν δὲ καὶ τὸν τερψόν, ἀπὸ ἐπίσιν μόνον τῇ γλάσῃ τὸ*  
*τὸν, αὐτὸν δὲ εἰ τὸ λαρυγγὸν διὸ καὶ φιλόθεον θεραπεύει λαρυγγα διχετο*  
*σχει. οὐ δὲ καὶ τὸν τὸν ὄψιν καὶ τὸν ακοὴν ἀκέπ, οὐ δὲ τὰς τὰς τέτοιας κα-*  
*τουρίας ἴδεταις κοιτάς εἶναι οἷμν καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις. οὐτε δὲ ξεσθή τοιγῶν*  
*αἰχμὴν οὖν τὸν ὕποστηγόν μοντόν. καὶ αἴπιστα Κείσι. διὸ καὶ μάλιστα μόνας*  
*ἐπονείδισοι. οὐτε δὲ ὑπὸ τύπων ιππάμενον φέρομεν, καὶ αἰκετή, ακόλασον λέ-*  
*πομεν. διὰ τὸντὸν τὴν τοιείσων ιδενῶν ιδεῖσθαι, οὐτον δὲ τὸν αἰδοῖσιν πάντες,*  
*οὐδὲ λαζανᾶ ἀπὸ θύμων μόνων τὸν αἰδενεμένων ιδεῖ), κατὰ δὲ τὰς ἄλλας,*

Quis igitur habens aliquid humani pudoris, voluptatibus istis duabus coeundi atque comedendi, que homini cum sue atque asino communes sunt, gratuletur? Socrates quidem dicebat multos homines propreterea velle vivere ut ederent & biberent; se bibere atque esse ut viveret. Hippocrates autem divina vir scientia de coitu Venereo ira existimabat; partem esse quandam morbi tætermi, quem nostri comitialem dixerunt. namque ipsius verba hæc traduntur: *τὸν συν-*  
*τικὸν εἶναι θηλυκόν, id est, coitum esse* <sup>τὸν</sup> *parvum morbum comitialem,*

\* H siā τὸ τὰς λαζανῶν | Lego τὰς λαζα-

| Pont.

\* H λαζεις εἰχεις | Lego λαζεις εἰχεις.

Idem.

\* Propreterea velle vivere ut ederent & bibe-

rent | Taliis ille apud Plautum: Non hic ut possit

edere, sed posse cupit ut edat. Pont.

\* Parvum morbum comitialem | Hic Libri hujus, in omnibus ad hoc ævum editionibus, finis fuit, & widerunt ratiōnē homines erudi- ti plurime desiderari, quea deplorare facilius poruerunt, quam emendare. Nos anglicani iudicio primi hunc hiatus sanavimus, & octo ex Tertiī Libri injusta possessione extorsimis Capita, veterique huic suæ & vere sedi redonavimus. Instituta enīq; de luxuria & voluptatibus, & præsertim eis τὸν τερψόν λαζανῶν narratio convenire nec iam istis pertegetur, sinitpræque Secundus Li- bar. Pascale interim deesse post verba par-

que sequentis capitis, non iudicier, sed pau- cula inquam, id est, verba duo quatuor quibus paralatur responsus objectanti Horo pri- corum abstinentiam. Patet ex fine sublequi capitū: *Neque ego quinc antiquitatis nos prese- rendos vel comparandos dico; sed respondi obje- ctans Horo, afferens ut res haber, maiorem il- lis seculis delicaturos curam suisse, quam no- stro. Dixi desiderari, post hæc, paucula το- que, nisi fallor, icpperi, & sunt ista: Fu- gienda sunt ergo omnibus modis & atscindendis igne & ferro, toteque artificio superanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, à civitate sedition, à domo discordia, & in communī à cunctis rebus intemperantia. Laudat sub Macrobiū nongine Joh. Sariberi- ensis lib. 8. cap. 15. Ego apud Macrobium legisse non memini. Hic autem insanum in modum convenienti. Fallor itaque τις aut lo- ci hujus fragmentum est. Idem.*

## C A P. IX.

**D**e luxu seu luxuria Q. Hortensi, Fabii Gurgitis, Metelli Pii, ac Metelli Pontificis maximi. Tum de porco Trojano, de leporum ac cochlearum saginatione.

**A**ccipite &c M. Varrois verba de agricultura libro tertio, qui cum de pavonibus in villa nutrientis loqueretur, sic ait: *Primus b*s* Q. Hortensius augurali c*ena posuisse dicitur.* quod potius factum tum luxuriose quam severo boni viri laudabant. quem cito secuti multi, extulerunt eorum pretia, ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinqueagenis.* Ecce res non admiranda solum, sed etiam pudenda, ut ova pavonum quinis denariis veneant; quae hodie non dicam viilius sed omnino non veneant. Is Hortensius platanos suas vino irrigare consuevit: adeo ut in actione quadam, quam habuit cum Cicero suscepit, precario à Tullio postulasset, ut locum dicendi permutteret secum: abire enim in villam necessario se velle, ut vim um platano, quam in Tusculano posuerat, ipse suffunderet. Sed forte ad notam saeculi sui non sufficit Hortensius, vir alioquin ex professio mollis & in praecinctu ponens omnem decorum. fuit enim vestitu ad munditiem curioso: &, ut bene amictus iret, faciem in speculo ponebat: ubi se intuens togam corpori sic applicabat, ut rugas non forte sed industria locatas artifex nodus conlrigeret, & sinus ex composito defluens nodum lateris ambiret. Is quondam, cum incederet elaboratus ad speciem, collegae de injuriis diem dixit quod fibi in angustiis obvius offensu fortuito structuram togae defruxerat: & capital putavit quod in humero suo locam ruga mutasset. Ergo hoc pratermissio ad viros venio triumphales, quos victores gentium luxuria vicit. & ut raseam Gurgitem à devorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secutae vitia primoris com-

<sup>3</sup> Quod potius factum tum luxuriose quam severo | Alfonius Popma in Notis ad Varro-  
nem emendat: Quod potius factum luxuriose  
quam severi, &c. Pont.

<sup>4</sup> Ut bene amictus iret, faciem in speculo pone-  
bas | Scriptus habebat, gerebat: unde facile eruitur firmaturque antiqua scriptio, in spe-  
culo querebat. Allusum ad veteris dicterium,  
quo victu aux vestitu mollem norabant: Hic  
virum quarit. Nec aliter perstrictus à Cinna  
poeta Magnus Pompeius:

Fasciola qui crura tegit, digito caput uno  
Scalpit: quid credas, hunc juri velle i virum.  
Porro Macrobius convenienter ad Marcellam  
D. Hieronymus: Vidua nostra ante moribus  
ernabatur, & die rota quid fibi dederit, quare-  
bat ad spaculum. Idem.

<sup>3</sup> In quondam cum incederet elaboratus ad  
speciem | Interpret: Historiae Apollonii Tyrii:  
Videntes omnes cives speciem Tarfae & ornamen-  
tum, dixerunt, Felix pater cuius filia Tarfa. Placuit tamen Scrivario nostro, elaboratus ad  
speculum; quia precessit, ut bene amictus iret,  
faciem in speculo querebat. Nobis vix evide-  
cit prius. Cyprianus: Neque enim suu est vir-  
gini ad speciem suu forma cumi. Et Proper-  
tius:

Tota erat in species Panis digesta edamnis,  
&c.

Statius item:

-- Tibi quamquam & origo niteret,  
Et felix specus. Idem.

<sup>4</sup> Gurgitem à devorato patrimonio | Re-  
spexit Juvenal. Sat. 11.

pensavit ætatis: Metellus Pius in quam foveam luxus & superbiz successuum continuatione pervenit? & ne multis moter, ipsa de eo Sallustii verba subjici: *At Metellus in ulteriore Hispaniam post annum regressus, magna gloria, concurrentibus undique virile & multo bre secus, per vias & tecta omnium visebatur. cum questor C. Urbinus aliquis cognita voluntate cum ad coenam invitassent, ultra Romanorum ac mortalium etiam morem curabant, exornatis edibus per aulae & insignia scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis. Simul croco sparsa humus, & alia in modum templi celeberrimi, præterea cum sedenti in transenna demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu toniterum coronam ei imponebat: tum venienti eure quasi dea supplicabatur. toga picta plerumque amiculo erat accumbenti. epule vero exquisitissima; neque per omnem modo provinciam, sed trans maria ex Mauritania volucrum & ferarum incognita antea plura genera. Quis rebus aliquantam parem gloris & dempserat maxime apud veteres & sanatos viros, superba illa, gravia, indigna Romano imperio estimantes. Hec Sallustius, gravissimus alienæ luxuriae objurgator & censor.*

Accipite & inter gravissimas personas non defuisse luxuriam. refero enim vobis pontificis velutissimam coenam, quæ scripta est in indice quarto Metelli illius pontificis maximi in hæc verba: *Ante diem nonum calendas Septembres, quo die Lenculus flamen Martialis inaugurate est, domus ornata fuit. triclinia lectis eburneis strata fuerunt. duobus tricliniis pontifices cubuerunt Q. Catulus, M. Æmilius Lepidus, D. Silanus, C. Caesar rex sacrorum, P. Scevola Sextus, Q. Cornelius, P. Volumnius, P. Albinovanus & L. Julius Caesar augur, qui eum inaugurate est. in tertio triclinio Popilia, Perpennina, Liciaria, Aruntia virginis Vestales, & ipsius uxor Publicia flaminica, & Sempronia socrus ejus. cena hæc fuit. Ante coenam echinos, & ostreas crudas quantum vellent, peloridas, spondilos, turdum, asparagos. subtus gallinam acilem, patinam ostrearum, peloridum, balanos nigros, balanos albos;*

*Ac rebus mersis in ventrem, fænoria atque Argentigravii, & pecorum agitorumque capam.*

Ierum Satyr. 6.

*Dicit uos nepotes Lepidi, cæcique Metelli Gætæ, aut Fabii, qua India sumserit unquam*

*Hoc habamus. Idem.*

<sup>3</sup> *Cum sedenti in transenna] Servius AE necid. 3. legit: cum sedenti transenna dimissem. Quod Brodeo placet Mistel. I. 4. c. 19. Nonius transennam citat, & fenestræm interpretatur. Servio transenna est, extensus fuit: Brodeo cancelli. Idem.*

<sup>4</sup> *Ostreae crudas] Dz. ostreis & spondylis adi ad Plinium. Plautus ab ostreis, ostreatum*

*tergum dixit Pænulo:*

*Itaque jam quasi ostreatum tergum ucribas gestio.*

Ubi tamen ostreatum non sumendum cum interpretibus pro verberibus duratum, sed punctaria asperum, & ut ipse Plautus alibi loquitur, scripopsum. Quam vocem proprie & convenienter accipit Glossarius uetus pro Σεξεζάστε. Sed male in eodem, scripopsum pro scripopsum expressum est. Plautus Captivis:

*Nam mens scripopsum uictus comment viens. Erit itaque ostreatum tergum ucribas, flagris & stigmatibus Σεξεζάστε, id est, rimolum & cavernosum, quo modo ostreorum testa. Idem.*

*iferum*

<sup>7</sup> terum spondylos, <sup>7</sup> glycomaridas, utrinas, ficedulas, <sup>8</sup> lumbos, capragines, aprugnos, altilia ex farina involuta, ficedulas, murices, <sup>9</sup> purpuratas. In cena sumina, sinciput aprugnum, <sup>9</sup> patinam piscium, patinam suminu, anates, querquedulas elizas, lepores, altilia affa, amyulum, <sup>10</sup> panes Picentes. Ubi jam luxuria tunc accusarentur, quando tot rebus farta fuit cena pontificum? ipsa vero edulium genera quam dictu turpia? <sup>11</sup> nam Cincius in suatione legis Fanniae objecit saeculo suo, quod porcum Trojanum mensis inferant, quem illi ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum; ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit. Exigebat hoc quoque illa gube intemperantia ut & leporis saginarentur, teste Varrone; qui de agricultura libro tertio cum de leporibus loqueretur sic ait: <sup>12</sup> Hoc quoque nuper insitum ut saginarentur, cum exceptore leporario condant in caues, <sup>13</sup> loco clauso faciente pingues. Si cui hoc mirum videntur quod ait Varro leporis etate illa solitos saginari, accipiat illud quod maiore admiratione sit dignum; cochleas saginatas, quod idem Varro in eodem libro refert. Verba ipsa qui volet legere ubi querere debet indicavi. Neque ego nunc antiquitati nos preferendos vel comparandos dico; sed respondi objurganti Horo, asserens uti res habet, <sup>13</sup> majorem illis saeculis deliciarum curam fuisse quam nostro.

<sup>7</sup> Glycomaridas | Jacobus Gutherus de jure Pontificio lib. 1. cap. 26. legit, glycomerides ex Plinio cap. 11. lib. 32. Idem.

<sup>8</sup> Lumbos, capragines | Tencatum reperio, lumbos capriginos. Sed in ignoratum lumbos ait: five lumbulos, uti nuncupat Apicius, in ambris ac delicis fuisse voluptriaris viris, Glossa, lumbi, esq[ue]s, loqua. Potro Caprae, quod sequitur, non fatus expedio; & labor, ut corrigam, capras orges. Plinius talium capraturum meminit lib. 8. c. 53. Nec praterit me illud Juvenal. Et Phanocopterus ingens, & Garulus oryx, habili longissima ferro caditur, &c. Columella non luxurie solum sed lucro quoque fecisse haec animalia ait lib. 10. Nec minus, inquit, Oryxum, cervorumque genera & aprorum, modo larvium & voluptatis bus dominarum servient, modo quantu ac rotibus. [Cl. Salmafius legit lumbos caprignos vel capriginos in Exercit. ad Solin. p. 455] Pont.

<sup>9</sup> Patinam piscium, patinam suminu | Hinc patinarius apud Plautum: Is habet patinem, is suavitatem: cum quovis patre condias, tu patinarium vel affum, varfa quo patello latet. Id.

<sup>10</sup> Panes Picentes | Plinus: Duras sue P-

ceno in panis inventione gratia. Martialis: Picentina Ceres niveo sic nestare crevit, Ut levis accepta spongia turges aqua.

Idem.

<sup>11</sup> Nam Cincius in suatione legis Fanniae | In Politicatio Salibersiensis lib. 8. cap. 7. est: Titus in suatione l. F. quod magis probo. Minuit hujus Titii Festus in Offendit. Vide infra etiam hujus libri cap. 16. ubi ita habet. C. Titius vir aetatis Lucidiana in oratione quod legem Fanniam suauit. Vere emendavi. Nec tamne necio L. Cincium Alimentum, cuius mentione apud Agellium, Festum, Livium, Nonium, Arnobium, & alibi apud hunc ipsum Macrobius. Mense.

<sup>12</sup> Hoc quoque nuper institutum | Verba sunt Varronis & lib. 3. cap. 12. de R. R. quam tamen paulo secius, quam Macrobius, refert Salibersiensis Politicatio loco citato. Legio. Has quoque n. i. e. n. saginarent pleraque, cum exceptore leporario concludant i. c. Idem.

<sup>13</sup> Majorem illis saeculis deliciarum curam | Plinus lib. 36. cap. 1. Existant censoria leges, glandea in canis glirisque & alia dictu manu apposi vetantes. Pont.

## C A P. X.

*Saltando cantandique studium, atque adeo ne bistrionicam quidem, ac  
pud vetustiores Romanos inter turpia nominatum fuisse.*

**S**ubjecit Furius Albius antiquitatis non minus quam **Cæcina** peritus, Miror te, inquit, non retulisse, quanta illis affluentia marinorum procurari solita fuerit copiarum; cuius relatu maximam conviviorum nostrorum sobrietatem doceres. & **Cæcina**, Proser, inquit, in medium, quæ de hac quoque parte lectu comperisti, ultra omnes enim polles memoria vetustatis. & Furius sic ingressus est, Vetustas quidem nobis semper, si sapimus, adoranda est. Illa quippe saecula sunt, quæ hoc imperium vel sanguine vel furore pepererunt, quod non nisi virtutum faceret ubertas, sed, quod fatendura est, in illa virtutum abundantia vitiis quoque ætas illa non caruit: è quibus nonnulla noltro sæculo morum sobrietate correcta sunt. & de luxu quidem illius temporis circa marinas copias dicere instueram, sed quia in assertionem nostræ emendationis alia ex aliis proferenda se suggerunt, de piscibus non omitto sed differo, dum de alia lascivia qua nunc caremus admoneo. dic enim, Hore, qui antiquitatem nobis objicis, ante cujus triclinium modo saltatricem vel saltatorem te vidile meministi? at inter illos saltatio certatim vel ab honestis appetebat. ecce enim, ut ab illo ordinar tempore, quod fuit optimis moribus, inter duo bella Punica ingenui, quid dicam ingenui? filii senatorum in ludum saltatorium commeabant, & illic crotala gestantes saltare discebant. raseo quod matronæ etiam saltationem non inhonestam putabant: sed inter probas quoque earum erat saltandi cura, dummodo non curiosa ulque ad artis perfectiōnem. quid enim ait Sallustius, *Psallere, saltare eleganter quam necesse est probæ*. adeo & ipse Semproniam reprehendit, non quod saltare, sed quod optime scierit. nobilium vero filios, & quod dictu nefas est, filias quoque virgines inter studiosa numerasse saltandi meditationem testis est Scipio Africanus **Emilianus**, qui in oratione contra legem judiciariam Tib. Gracchi sic ait: *Docentur præstigias in honestas, cum cinedulis & sambuca psalterioque eunt in ludum bi-*

<sup>1</sup> *Inter studiosa numerasse saltandi meditationem* | Puto fuisse, *studia seria*. Scriptus variat legitime, *studiosas*. Sed Seneca Pater huc fecerit; *Cantandi*, inquit, *saltandique runc obscena*, vel ut in membranis inveni, *obscena, studia effeminatos tenent*. Pont,

<sup>2</sup> *Cum cinedulis & sambuca psalterioque* | *Anglicanus, sambuca, forte, sabalo, cuiusmodi organi multitudi memnunt Apuleius 2. Floridoru;* *Duxera psallentis gesta suo* (an sua?) *Sabulum cithara adponit, cum parata percute-*

re. Deinde pro cinedulis, malum, cinedari. Varto: *Et orthophallica atruit pflatteria, quibus sonas in Gracia dulteria, qui fabularum collocant exordia, ut comicci, cinedici, scenatrici. Pont. Vindex horum verborum, que tamere dubitatur, est locus unicus apud Polybium lib. 5. cap. 37. Τόδι είναι οἱ (Nicator) ἐπειγόμενοι ιταρες αὐτοί. Επειγόμενοι δι στοιχείων της Cleomenes καὶ λιστρί της τελευταίας αὐτούς της στρατιώνες τοιούτους. Gronov. strionum.*

strionum. discunt cantare, que majores nostri ingenuis probro ducier vor-  
luerunt. eunt, inquam, in ludum saltatorium <sup>3</sup> inter cinaedos virgines  
puerique ingenui. Hec cum mibi quisquam narrabat; non poseram animum  
inducere ea liberos suos, homines nobiles docere: sed cum duetus  
sum in ludum saltatorium, <sup>4</sup> plus medius fidius in eo ludo vidi pueris  
virginibusque quingentis. in his unum, <sup>5</sup> quod me reipublicæ maxime  
misertum est, puerum bullatum petitoris filium non minorem annis due-  
decim cum crotalis saltare: quam saltationem <sup>6</sup> impudicus servulus ho-  
neste saltare non posset. Vides quemadmodum ingemuerit Afric-  
nus quod vidisset cum crotalis saltantem filium petitoris, id est,  
candidati; quem ne tum quidem spes & ratio adipiscendi magistra-  
tus, quo tempore se suosque ab omni probro debuit vindicare, po-  
tuerit coercere, quo minus faceret quod scilicet turpe non habebatur.  
Cæterum superius plerumque nobilitatem hæc propudia celebrare  
conquestus est. sic nimirum <sup>7</sup> M. Cato senatorem non ignobilem  
Cæcilium <sup>7</sup> spatiatorem & Fescenninum vocat, eumque <sup>8</sup> staticulos  
dare his verbis ait: *Descendit de cantherio, inde staticulos dare, ri-  
dicularia fundere.* & alibi in eundem: *Præterea cantat ubi collubuit  
interdum Græcos versus agit, jocos dicit, voces demutat, staticulos dat*  
hæc Cato. cui, ut videtis, etiam cantare non serii hominis videtur:  
quod apud alios adeo non inter turpia numeratum est, ut L. Sulla  
vir tanti nominis optime cantasse dicatur. Cæterum histriones non  
inter turpes habitos Cicero testimonio est, quem nullus ignorat Ros-  
cio & Elopio histrionibus tam familiariter usum, ut res rationesque  
eorum sua sollertia tueretur. quod cum aliis multis tum ex epistolis  
quoque ejus declaratur. nam illam orationem quis est qui non lege-  
rit, in qua populush Romanum objurgat quod Roscio gestum agen-  
te tumultuaverit? & certe satis conitat contendere cum cum ipso  
histrione solitum, utrum ille saepius eandem sententiam variis getti-  
bus efficeret, an ipse per eloquentiæ copiam sermone diverso pronun-  
ciaret. quæ res ad hanc artis suæ fiduciam Rosciū abstraxit, ut li-  
brum conscriberet quo eloquentiam cum histrionia compararet. Is

<sup>3</sup> Inter cinaedos virgines puerique ingenui | Juvenalis:

— Conscia matris  
Virgo fuit; ceras nunc, hac dictante, pusili-  
lus  
Implet, & ad macbos dat easdem ferre cina-  
dis.

Ita enim legendus ex libro scripto Juvena-  
lis, nam vulgo: macbum &c eidem. Pont.

<sup>4</sup> Plus medius fidius in eo ludo vidi pueris  
virginibusque quingentis | Salisberiensis lib. 8.  
cap. 12. ducentis. Meurs.

<sup>5</sup> Quod me reipublica maxime misertum est |  
Meius v. c. quo me. Idem.

<sup>6</sup> Marcus Cato senatorem non ignabilem Cæ-  
cilium spatiatorem atque Fescenninum vocat |  
Lego s. n. i. M. Cæcilius. Ex Agellio l. i. c. 15.  
& Festo in Spatiatorem, & Alfonio ad Miloniam.  
Apud Joannem Salisberensem male quoque Cæcilius. Idem.

<sup>7</sup> Spatiatorem & Fescenninum vocat |  
Eustus: Spatiatorem pro erratorem Cato pofuit.  
[Vide Danielis Parzei commentarium in Mu-  
sæi Erolop. p. 135.] Pont.

<sup>8</sup> Staticulos dare | Vide Notas Taubman-  
ni ad Plauti illum versiculum, Nequeo tibi  
saltum staticulum dem: qui legitur Persa Act.  
5. 2. vers. 43. Idem.

est Roscius, qui etiam L. Sulla carissimus fuit, <sup>9</sup> & annulo aureo ab eodem dictatore donatus est. tanta autem fuit gratia & gloria ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus accepit. *Aesopum* vero ex pari arte ducenties *sestertium* reliquise filio constat. Sed quid loquor de histriis? cum Appius Claudius vir triumphalis, qui salius usque ad senectutem fuit, pro gloria obtinuerit quod inter collegas optime saltitabat. Ac priusquam à saltatione discedo, illud adjiciam, <sup>10</sup> uno eodem tempore tribus nobilissimis civibus non modo studium saltandi, sed etiam, si dis placet, peritiam, qua gloriarentur fuisse, Gabinio consulari Ciceronis inimico, quod etiam Cicero non dissimulanter obiecit, & M. Cælio noso in turbas viro, quem idem Cicero defendit, & Liciño Crasso, Crassi ejus qui apud Parthos extinctus est, filio.

<sup>9</sup> Et annulo aureo ab eodem dictatore donatus est. | Martialis: Annuli.

*Antefrequens*, sed nunc rarus nos donat amicus.

*Felix cui comes est non alienus equus.*

Quo lemmate duplicum ritum noto, alterum hunc seu vulgare de donandis inter amicos annulis: Alterum vero non ita tritum, sollicuisse videlicet veteres & potissimum magnates amicis digredientibus comites adesse, idque ad annulos hæc nuncupatum. Martiali sane ita capio, & corrigo locum è Panegyrico Constantino Cæsari dicto, qui jam diu summa tortis ingenia:

*Quid ore sibi vultus? quid optavis? aut quid amplius adipisceretur his, quæ à te fuerat concessus? cui tu summa & diversissima bona, privata tua etiam & regias opes dederas: cui digrediendi ad annulos sederas: cui impensis etiam quam tibi occurvere oīsequia nostra mandaveras.*

Corrigo, inquam, cui digredienti ad annulos beferas. Plinius Panegyr. Tenuis adhuc & obscurus obricensi Africam comes beferas. Iterum Martialis,

*Quis largitur opes veteri, fidique sodali? Aut quem prosequitur non alienus equus.*

Et hinc natum reor amicos primos, secundos, de quis <sup>5</sup>. de Beneficiis Seneca, *dextram, sinistram magnatum indigeratos Statius*:

*Vidi omnis te pridem in flore juventa Te magna propria, propiusque accedere dextra.*

Martialius clarior, Lydia dicebat domino fidissima dextra. Porro de donandis annulis, si potissimum iis ornabantur, qui equestrem spectabant dignitatem. Suetonius Vitellio, cap. 12. *Ac primo imperii die aureis donavit annulis super canas, cum manu roganibus pro eo cautulis, despatiatis effe severissime talem equestris ordinu[m] maculam.* Iterum idem, Galba, sed loco controverso, quem ita legam: *Libertus Ict. us, paulo ante annulis aureis & Martiana cognomine ornatus, ac iam summe equestris gradus candidatus.* Scriptio enim verbo est, *summa equestris gradus.* At summe indubie scriptis intellexitque *īēgos* ejus ordinis Ictulum istum candidatum. *Summi quod in Animadversionibus amplectitur & tueri nititur vir doctus, necio qui probem Glossarium: īēgos, summa, eximie, excellenter.* Idem.

<sup>10</sup> Uno eodem tempore. | Pro, anno eodem que. Et statim veriu infrequent, non modo studium saltandi, sed etiam. interponendum, canandi saltandi, mit saltare legendi, saltandi. Idem.

C A P.

## C A P. XI.

*Quanto in precio fuerint apud paulo vetustiores Romanos, pisces, & præfertim muræna.*

**S**ED de saltatione veterum ad prædæ marinæ transire luxum Liciniorum me nomen admonuit, quos Murænas cognominatos, quod hoc pisce effusissime delectati sunt, satis constat. huic opinioni M. Varro consentit asserens eodem modo Licinios appellatos Murænas, quo Sergius Orata cognominatus est; quod ei pisces qui auratæ vocantur carissimi fuerint. Hic est Sergius Orata, qui primus balneas peniles habuit, primus ostrearia in Bajano locavit, primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit. fuit autem etate L. Crassi illius diserti: qui quam gravis & serius habitus sit etiam Cicero docet. is tamen Crassus vir censorius (nam cum Cn. Domitio censor fuit) cum supra cæteros disertus haberetur, essetque inter clarissimos cives princeps, tamen murænam in piscina domus sive mortuam atratus tamquam filiam luxit. Neque id obscurum fuit. quippe collega Domitius in senatu hoc ei quasi deformè crimen objecit. neque id confiteri Crassus erubuit; sed ultro etiam, si dis placet, gloriatus est censor, piam affectuosamque rem fecisse se jactitans. Piscinas autem quam refertas habuerint pretiolissimis plicibus Römani illi nobilissimi principes Lucilius, Philippus & Hortensius, quos Cicero piscinarios appellat, etiam illud indicium est, quod M. Varro in libro de agricultura refert M. Catonem, qui post Uticæ perii, cum hæres testamento Lucilii esset relictus, pisces de piscina ejus quadraginta millibus vendidisse. arcessebantur autem muræna ad piscinas nostræ urbis ab usque freto Siculo, <sup>3</sup> quod Rhégum à Messana respicit. illic enim optimæ à prodigis esse creduntur: tam Hercules quam anguillæ. & utræque ex illo loco Græce πλεῖν vocantur, Latine

<sup>1</sup> *Atratus ut filiam luxit.* | Nam, ut narrat Pælianus, ita in antiquis habita Crasso sua muræna, ut puellari ram & habitu & mundo adornaret, & addit, καὶ μελέτη, τὸ κεφάλαιον τὸ ποινικόν ἔχοντος, καὶ αὐτοῦ τὸ κεφάλαιον διπλῶν, οὐδὲ εἶδεν, τορῷ διμούρων τὸ κεφάλαιον. Et appellante vobis Crassi agnoscet, & ad eum adnat abas cumque ei quippe tam prostrigebat edendum, prompto & parato animo accepitbat. Pont.

<sup>2</sup> *Domitius in senatu hoc ei quasi deformè crimen objecit.* | Iterum Pælianus: καὶ πότε δομεῖται τοὺς αὐτὸις εἰς τὸν, “Ω μόνοι μηδενας ἀλλαγας τίθησαν” οἱ Στρατιῶται. Εἴ τις διέβατο, οὐ οἱ πρῶτοι μηδενας Στρατιῶται οὐκ ἀλλαγας! Et cum aliquando Do-

mitius ei dixisset, Stulte, murænam flevisti mortuam. Ego vero, inquit Crassus, fieri; in autem nec tres quidam uxores, quas sepulcra mandasti, flevissi unquam viuis es. Ita fere interpres; at si Verterit: Et cum aliquando Domitius ei dixisset, More murænam flevisti mortuam; Ego vero, inquit, bestiam; Tu autem nec tres quidam uxores sepulcas luxisti; Magis liquebit acumen. Idem.

<sup>3</sup> *Quod Rhégum à Messana respicit.* | Libri forte non absone, à Messana despiciat Varro; Inter Italiam & Siciliam, qui frēs est inter Rhégum & Messanam. Unde correctione electa Scriverius idem dispositus; electa dico; & addo, recta. Plinius de Nilo Africano ab Ethiopia dispositus. Idem. flutus;

flutæ : quod in summo supernantes sole torrefactæ curvare se posse, & in aquam mergere definunt, atque ita faciles capti fiunt. Et, si enumerarè velim quām multi magnique auctores murænas & freto Siculo nobilitarint, longum fiat. sed dicam quid Varro in libro qui inscribitur *Gallus de admirandis* dixerit his verbis: *In Sicilia quoque, inquit, Papirius manu capi murænas flutas, s quod he in summa aqua præ pinguedine flutentur.* Hæc Varro. Sed quis neget indomitam apud illos, &c, ut ait Cæcilius, vallatam gulam fuisse, qui ex tam longinquo mari instrumenta luxuriae compatarent? Nec rarus hic Romæ piscis, ut peregre accitus erat. auctor est Plinius C. Cæsarem dictatorem, cum triumphales coenas populo daret, sex millia murænarum à C. Hirrio ad pondus acceptisse. hujus Hirrii villam, quamvis non amplam aut latam, constat & propter vivaria quæ habuit ? quadragies festertium venundatam.

\* *Papirius manus capi.* | Dele, *Papirius,*  
volentibus librī. & statim pro flutentur iudem  
flutent, item, flutentur. Plinius de testu-  
dinibus: *Ut solis vapore, siccato cortice, non*  
*queant mergi, invitaque flutent.* Idem.

5 *Quod ha in summa aqua præ pinguedine*  
flutentur. | *Lego flutent, ex veteris codicis*  
vestigii. Meurs.

6 *Propter vivaria.* | Pincianus notat Ma-

crobium, ut qui in mendosum Plini codicem  
incident, legerique pro pisces piscinas, &  
scribi debuisse, propter pisces, quos habebut qua-  
dragies, ex Varrone lib. 3. cap. 17. de Re  
Rust. Vide Pincianum in Plinii lib. ix. cap.  
iv. Pont.

7 *Quadragies festertium.* | Corrigendum  
Sestertia. Adhibe is parrem lib. 4. Pec. Ver.  
cap. 4. Grenov.

## C A P. XII.

### De acipenser, mullo, scaro, lupo.

NEC acipenser, quem magis prodigiis nutrunt, illius saeculi deli-  
cias evalit. & ut liqueat secundo Punico bello celebre no-  
men hujus piscis fuisse, accipite ut meminerit ejus Plautus in fabu-  
la, quæ inscribitur Baccharia, ex persona parasiti:

*Quis est mortalis tanta fortuna affectus umquam,  
Quam ego nunc sum, cuius b.c ventri portatur pompa ?  
Vel nunc qui mibi in mari acipenser latuit antebac,  
Cujus ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.  
& ne vilior sit testis poëta, accipite assertore Cicerone in quo honore*

\* *Cujus ego latus in latebras reddam.* | Ita  
forte scriperit Plautus. suspicari tamen li-  
bet, in latebras condam. Idem Epidicus:  
in latebras condas posteri pentissimo. Turne-  
bun vero quem illatebras legere reperio  
& tueri, quomodo sequar? Pne.

<sup>a</sup> *In latebras reddam meis dentibus &*  
*manibus.* | Emendo, dentibus & faucibus.

Sic infra loquuntur ex hoc versu indubie  
Macrobius cap. 17. Cum Antonius quisquid  
mari, aut terra, aut etiam celo gignereatur,  
ad satiandum ingluviem suam natum existi-  
mant, faucibus ac dentibus suis subderet, pos-  
sit cui etiam legendum videri, dentibus &  
maxillis, vel (ut placet magno Scaligero)  
mandibulis. Meurs.

stueris

rit hic pisces apud P. Scipionem Africanum illum & Numantinum: hæc sunt in dialogo de fato verba Ciceronis: *Nam cum esset apud se<sup>3</sup> ad Lavernium Scipio, unaqua Pontius; allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est pisces, ut ferunt, in primis nobilis. cum autem Scipio unum & alterum ex his, qui eum salutatum venerant, invitasset, pluresque etiam invitaturus videretur: in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est.* Nec inficias eo temporibus Trajani hunc pisces in magno pretio non fuisse, teste Plinio Secundo: qui in naturali historia cum de hoc pisce loqueretur sic ait: *Nullo nunc in bonore est, quod quidem miror; cum sit rarus inventu.* Sed non diu stetit hæc parsimonia, nam temporibus Severi principis, qui ostentabat duritiam morum, Sammonicus Serenus vir sacerdo suo doctus, cum ad principem suum scriberet faceretque de hoc pisce sermonem, verba Plinii quæ superius posui præmisit, & ita subjecit: *<sup>4</sup> Plinius, ut scitis, ad usque Trajani imperatoris venit atatem. nec dubium est quod ait nullo bonore hunc pisces temporibus suis fuisse, verum ab eo dici. apud antiquos autem in precio fuisse ego testimonis palam faciam, vel ego magis, quod gratiam ejus video ad epulas quasi postliminio redisse. quisque qui dignatione vestra cum intersum convivio sacro animadpertam hunc pisces à coronatis ministris cum tibicine introferri. Sed quod ait Plinius de acipenseris squamis, id verum esse maximus rerum naturalium indagator Nigidius Figulus ostendit, in cuius libro de animalibus quarto ita positum est: Cur alii pisces squama secunda, acipenser adversa sit. hæc Sammonicus: qui turpitudinem convivii principis sui laudando notat, prodens venerationem qua pisces habebatur, ut à coronatis inferretur cum tibicinis cantu, quasi quedam non deliciarum sed numinis pompa. Sed, ut minus miremur acipenserem gravi precio taxari solitum; Asinius Celer vir consularis, ut idem Sammonicus refert, <sup>5</sup> nullum unum septem millibus nummum mercatus est. in qua re luxuriam illius sæculi eo magis licet estimare, quod Plinius Secundus temporibus suis negat facile nullum repertum qui duas pondo libras excederet. at nunc & majoris ponderis*

<sup>3</sup> Ad Lavernium. [Joh. Passeratius legit Laurentum. Vide præfat. ejus in lib. 3. Propriet.] Pont.

<sup>4</sup> Plinius, ut scitis, ad usque Trajani imperatoris atatem. [Notat Scaliger ad Eusebium, Sammonicum hic confundere Plinium Juniorem cum majore. Vide ejus Addenda ad Animadvers. pag. 190. [Vide item que habet Hermol. Barbarus ad Præfationem Plinii, quæ præfixa est Naturali historie oppido notanda.] Pont.

<sup>5</sup> Nullum unum septem millibus. [Mavult cum Juvenale & Tertulliano Cl. V.

Francis. Junius, 6. mil. Porto hæc ista occasio Catoniani dicterii, Pluris Rome pisces venire quam bovin, quo &c ganeonum trahit adagium eruditiss. Had. Junius; οὐκέτι αἰτιῶμεν, quod esset, ut idem, ticko verbo, verum, hodie litterissemus, ut ego, hodie amanemus. Amanare enim apud Diomedem est, & Cyprianus dixit, oculis amanare. Sed Glossari auctor sententiae nostræ fundus est amana, inquit, εἰ τὸ τοῦ, amanare itaque εἰκτύσει. Tacitus, Noctu die quo fluxi & emigrati orum personantes. Pont.

## C A P. X.

*Saltandi cantandique studium, atque adeo ne bis trionicam quidem, ac  
pud vetustiores Romanos inter turpia nominatum fuisse.*

**S**ubjecit Furius Albius antiquitatis non minus quam Cæcina peritus, Miror te, inquit, non retulisse, quanta illis affluentia marinorum procurari solita fuerit copiarum; cujus relatu maximam conviviorum nostrorum sobrietatem doceres. & Cæcina, Proser, inquit, in medium, quæ de hac quoque parte lectu comperisti. ultra omnes enim polles memoria vetultatis. & Furius sic ingressus est, Vetustas quidem nobis semper, si sapimus, adoranda est. Illa quippe secula sunt, quæ hoc imperium vel sanguine vel sudore pepererunt. quod non nisi virtutum ficeret ubertas. sed, quod fatendum est, in illa virtutum abundantia vitiis quoque ætas illa non caruit: è quibus nonnulla nostro sæculo morum sobrierate correcta sunt. & de luxu quidem illius temporis circa marinas copias dicere institueram, sed quia in assertionem nostræ emendationis alia ex aliis proferenda se suggerunt, de piscibus non omitto sed differo, dum de alia lascivia qua nunc caremus admoneo. dic enim, Hore, qui antiguitatem nobis objici. antecujus triclinium modo saltatricem vel saltatorem te vidisse meministi? at inter illos saltatio certarium vel ab honestis appetebatur. ecce enim, ut ab illo ordinar tempore, quod fuit optimis moribus, inter duo bella Punica ingenui, quid dicam ingenui? filii senatorum in ludum saltatorium commeabant, & illic trottala gestantes saltare discebant. raseo quod matronæ etiam saltationem non inhonestam putabant: sed inter probas quoque earum erat saltandi cura, dummodo non curiosa ulque ad artis perfectiōnem. quid enim ait Sallustius, Psallere, saltare eleganter quam necesse est probæ. adeo & ipse Semproniam reprehendit, non quod saltare, sed quod optime scierit. nobilium vero filios, & quod dictu nefas est, filias quoque virgines inter studiosa numerali saltandi meditationem tefsis est Scipio Africanus Æmilianus. qui in oratione contra legem judicariam Tib. Gracchi sic ait: *Docentur prestigias inboneſtas, eum cinedulis & sambuca psalterioque eunt in ludum bi-*

<sup>1</sup> *Inter studia numerallis saltandi medijatricem* | Puto fuisse, studia seria. Scriptus varijs legitime, studia seria. Sed Seneca Pater huc fecerit; *Cantandi*, inquit, saltandique runc obsecana, vel ut in membranis inveni, obsecava, studia effeminates tenent. Pont.

<sup>2</sup> *Cum cinedulis & sambuca psalterioque* | Anglicanus, *sabuca*, forte, *sabulo*, cuiusmodi organi musici meminit Apuleius 2. Floridoru[m], *Decra psallentis gesta suo* (an sua?) *Sabulum cithara admoveat, seu parva percute-*

*re. Deinde pro cinedulis, malum, cinedulus.* Varto: *Et orthophallicus artus psalteria, quibus sonat in Gracia distiteria, qui fabularum collatori exordia, ut comicæ, cinedici, scenaticæ. Pont. Vindex horum verborum, quæ remere dubitantur, est locus unicus apud Polybiuum lib. 5. cap. 37. Τρίτη εἰστοῖς (Nicator) ἐπὶ οὐρανοῦ ἵππος αἴγας. Εὐθύλευς δὲ στ., τὸν (Cleomenes) καὶ λιαράντη τετραπλάνην αἴγας ηγέρεισε. τότε γὰρ εἰς τοὺς βασιλεὺς κατεπέμπεται. Gronov. strionum.*

fritionum. discunt cantare, que majores nostri ingenuis probro ducier vor-  
buerunt. eunt, inquam, in ludum saltatorum <sup>3</sup> inter cinaedos virgines  
puerique ingenui. Hec cum mibi quisquam narrabat; non poteram ani-  
mum inducere ea liberos suos, homines nobiles docere: sed, cum duclus  
sum in ludum saltatorium, <sup>4</sup> plus medius fidius in eo ludo vidi pueris  
virginibusque quingentis. in his unum, <sup>5</sup> quod me reipublica maxime  
misertum est, puerum bullatum petitoris filium non minorem annis duo-  
decim cum crotalis saltare: quam saltationem impudicus servulus ho-  
neste saltare non posset. Vides quemadmodum ingemuerit Africa-  
nus quod vidisset cum crotalis saltantem filium petitoris, id est,  
candidati; quem ne tum quidem spes & ratio adipiscendi magistra-  
tus, quo tempore se suosque ab omni probro debuit vindicare, po-  
tuerit coercere, quo minus faceret quod scilicet turpe non habebatur.  
Cæterum superius plerumque nobilitatem hæc propudia celebrare  
conquestus est. sic nimirum <sup>6</sup> M. Cato senatorem non ignobilem  
Cæcilium <sup>7</sup> spatiatorem & Fescenninum vocat, eumque <sup>8</sup> staticulos  
dare his verbis ait: *Descendit de cantherio, inde staticulos dare, ri-  
dicularia fundere.* & alibi in eundem: *Præterea cantat ubi collibuit  
interdum Grecos versus agit, jocos dicit, voces demutat, staticulos dat*  
hæc Cato. cui, ut videris, etiam cantare non serii hominis videtur:  
quod apud alios adeo non inter turpia numeratum est, ut L. Sulla  
vir tanti nominis optime cantasse dicatur. Cæterum histriones non  
inter turpes habitos Cicero testimonio est, quem nullus ignorat Ros-  
cio & Ælopo histrionibus tam familiariter usum, ut res rationesque  
eorum sua sollertia tueretur. quod cum aliis multis tum ex epistolis  
quoque ejus declaratur. nam illam orationem quis est qui non lege-  
rit, in qua populum Romanum objurgat quod Roscio gestum agen-  
te tumultuaverit? & certe satis conitat contendere eum cum ipso  
histrione solitum, utrum ille sèpius eandem sententiam variis gesti-  
bus efficeret, an ipse per eloquentie copiam sententiae diverso pronun-  
ciaret. quæ res ad hanc artis suæ fiduciam Roscio abstrinxerat, ut li-  
brum conscriberet quo eloquentiam cum histrionis compararet.

<sup>3</sup> Inter cinaedos virgines puerique ingenui | Juvenalis:

--- Conscia matri  
Virgo fuit; cerasa nunc, hac dictante, pusili-  
los.  
Implet, & ad moches das easdem serre cina-  
dis.

Ita enim legendus ex libro scripto Juvena-  
lis, nam vulgo: moches & eisdem. Pont.

<sup>4</sup> Plus medius fidius in eo ludo vidi pueris  
virginibusque quingentis | Salisberiensis lib. 8.  
cap. 12. ducentis. Meurs.

<sup>5</sup> Quod me reipublica maxime misertum est | Melius v. c. quo me. Idem.

<sup>6</sup> Marcus Cato senatorem non ignabilem Cæ-  
cilium spatiatorem atque Fescenninum vocat |  
Lego s. n. i. M. Cæcilius. Ex Agellio l. 1. c. 15.  
& Festo in Spatiatorem, & Asconio ad Milon-  
ianam. Apud Joannem Salisberiensem  
male quoque Cæcilius. Idem.

<sup>7</sup> Spatiatorem & Fescenninum vocat | Ge-  
stus: Spatiatorem pro erratore Cato posuit.  
[Vide Danielis Parzi commentarium in Mu-  
zzei Erotop. p. 135.] Pont.

<sup>8</sup> Staticulos dare | Vide Notas Taubman-  
ni ad Plauti illum versiculum, *Nequeto tibi*  
*saltem staticulum dem: qui legitur Persa Act.*  
*s. 2. vers. 43.* Idem.

est Roscius, qui etiam L. Sullæ carissimus fuit, <sup>9</sup> & annulo aureo ab eodem dictatore donatus est. tanta autem fuit gratia & gloria ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus accepit. *Aesopum* vero ex pari arte ducenties festertium reliquise filio constat. Sed quid loquor de histriis? cum Appius Claudius vir triumphalis, qui salius usque ad senectutem fuit, pro gloria obtinuerit quod inter collegas optime saltitabat. Ac priusquam à saltatione discedo, illud adjiciam, <sup>10</sup> uno eodem tempore tribus nobilissimis civibus non modo studium saltandi, sed etiam, si dis placet, peritiam, qua gloriarentur fuisse, Gabinio consulari Ciceronis inimico, quod etiam Cicero non dissimulanter obiecit, & M. Cælio noto in turbas viro, quem idem Cicero defendit, & Licinio Crasso, Crassi ejus qui apud Parthos extinctus est, filio.

<sup>9</sup> Et annulo aureo ab eodem dictatore donatus est. | Martialis: Annuli.

*Antefrequens*, sed nunc rarus nos donat amicos.

*Felix cui comes est non alienus eques.*

Quo lemmate duplicum ritum noto, alterum hunc seu vulgarem de donandis inter amicos annulis: Alterum vero non ita tritum, solitavisse videlicet veteres & potissimum magnates amici digredientibus comites adesse, idque ad annulos hærente nuncupatum. Marcialis sane ita capio, & corrigo locum è Panegyrico Constantino Caesaris dicto, qui jam diu summa torsus ingentia:

*Quid ore sibi volevit? quid optavit? aut quid amplius adipisceretur ins, qua à te fuerat consecratus? cui tu summa & diversissima bona, privatum etiam & regias opes dederas: cui digrediens ad annulos sederas: cui impensus etiam quam tibi occurvere obsequia nostra mandaveras.*

*Corrigo, inquam, cui digredienti ad annulos hæferas. Plinius Panegyr. Tenuis adhuc & obscurus obtinens Africam comes hæferat. Iterum Martialis,*

*Quis largitur opes veteri, fidoque sodali? Aut quem prosequitur non alienus eques.*

Et hinc natum reor amicos primos, secundos, de quis s. de Beneficiis Seneca, *dextram, sinistram* magnatum indigeratos Statius:

*Vidi omni te pridem in flore juventa  
Te magna propria, propiusque accedere dextra.*

Martialis clarus, Lydia dicebat domino fidissima dextra. Porro de donandis annulis, si potissimum iis ornabantur, qui equestrem spectabant dignitatem. Suetonius Vitellio, cap. 12. *Ad primo imperii die aureis donari annulis super canam*, cum mane roganibus pro eo canatis, detectatus esset favorissime talem equestris ordinis maculam. Iterum idem, Galba, sed loco controverso; quem ita legam: *Libertus Icelus*, paulo ante annulis aureis & Mariiani cognomine ornatus, ac jam summequestris gradus candidatus. Scriptio enim veros est, summa equestris gradus. At summe indubie scriptis intellexique liberos ejus ordinis Icelum istum candidatum. *Summi quod in Animadversionibus amplectitur & tueri nitiatur vir doctus, uicio qui probem Glossarium: aegrot, summe, exmis, excellenter. Idem.*

<sup>10</sup> Uno eodem tempore. | Pro, uno eodemque r. Et statim vertu insequenti, non modo studium saltandi, sed etiam, interponendum, canendi saltandiisque, aut salem legendi, saltandi. Idem.

C A P.

## C A P. XI.

*Quanto in precio fuerint apud paulo vetustiores Romanos, pisces, & prae-  
sertim muræna.*

**S**ED de saltatione veterum ad præde marinæ transire luxum Liciniorum me nomen admonuit, quos Murænas cognominatos, quod hoc pisce effusissime delectati sunt, satis constat. huic opinioni M. Varro consentit asserens eodem modo Licinios appellatos Murænas, quo Sergius Orata cognominatus est; quod ei pisces qui auratae vocantur carissimi fuerint. Hic est Sergius Orata, qui primus balneas peniles habuit, primus ostrearia in Bajano locavit, primus optimum saporem ostreis Lucrinis adjudicavit. fuit autem ætate L. Crassi illius diserti: qui quam gravis & serius habitus sit etiam Cicero docet. is tamen Crassus vir censorius (nam cum Cn. Domitio censor fuit) cum supra cæteros disertus haberetur, essetque inter clarissimos cives princeps, tamen murænam in piscina domus sue mortuam atratus tamquam filiam luxit. Neque id obscurum fuit. quippe collega Domitius in senatu hoc ei quasi deforme crimen objecit. neque id confiteri Crassus erubuit; sed ultro etiam, si dis placet, gloriatus est censor, piam affectuosamque rem fecisse se jactitans. Piscinas autem quam refertas habuerint pretiosissimis plicibus Römani illi nobilissimi principes Lucilius, Philippus & Hortensius, quos Cicero piscinarios appellat, etiam illud indicium est, quod M. Varro in libro de agricultura refert M. Catonem, qui post Uticæ periæ cum hæres testamento Lucilii esset relictus, pisces de piscina ~~erat~~ quadraginta millibus vendidisse. arcessebantur autem muræne ad piscinas nostræ urbis ab usque freto Siculo, <sup>3</sup> quod Rhégum à Messana respicit illic enim optimæ à prodigis esse creduntur: tam ~~electus~~ quam anguillæ. & utræque ex illo loco Graece πλάνη vocantur, Latine

<sup>1</sup> *Atratus ut filiam luxit.* | Nam, ut narrat Pælianus, ita in ambris habita Crasso sua muræna, ut puellæ cam & habitu & mundo adornaret, & addit, καὶ ξελός τοῦ, τῷ κεῖται τὸ ποινικὸν ἐργόν, καὶ αὐτὸν τῷ ὄγκῳ τὸ διπλόν, καὶ καθαρόν τῷ ἑρεμῷ λαμβάνεται. Et appellatio vobis Crassi agnoscebat, & ad eum adnat abas cumque ei quippram porrigebat edendum, promptio & parato animo accepitbat. Pont.

<sup>2</sup> *Domitius in senatu hoc ei quasi deforme crimen objecit.* | Iterum Pælianus: καὶ πότε Δομιτίου οὐραὶ αὐτὸι εἰσὶ, τοῦ, "Ω μάται μηδεπατεῖντας τιθένταις" οἱ Ἐπανάκτοι, Εἴ τοι διέτειντος, οὐ τοῦ τρέψαντας Στάθας οὐκ ἀκλωνασεῖ. Et cum siquando Do-

mitius ei dixisset, *Stulte, murænam flevisisti mortuam.* Ego vero, inquit Crassus, flevi, in autem nec tres quidam uxores, quas sepulcra mandasti, flevisse unquam visus es. Ita fere interpres; at si verteris: *Et cum aliquando Domitius ei dixisset, More muranam flevisisti mortuam;* Ego vero, inquit, bestiam; Tu autem nec tres quidam uxores sepulcas luxisti; Magis liquebit acumen. Idem.

<sup>3</sup> *Quod Rhégum à Messana respicit.* | Libri forte non absone, à Messana despiciat Varro; Inter Italiam & Siciliam, qui frater est inter Rhégum & Messanam. Unde correctione electa Scrivenerus idem dispescit: electa dico; &c addo, recta. Plinius de Nilo Africano ab ~~N~~ubia dispescit. Idem. flutus;

*flutæ*: quod in summo supernantes sole torrefactæ curvare se posse, & in aquam mergere definitur, atque ita faciles captu fiunt. Er, si enumerare velim quām multi magnique auctores murænas ē freto Siculo nobilitarint, longum fiat. sed dicam quid Varro in libro qui inscribitur *Gallus de admirandis* dixerit his verbis: *In Sicilia quoque, inquit, Papirius manu capi murænas flutas, 5 quod he in summa aqua præ pinguedine flutentur.* Hæc Varro. Sed quis neget indomitam apud illos, &c, ut ait Cæcilius, vallatam gulam fuisse, qui ex tam longinquo mari instrumenta luxuriae compataarent? Nec rarus hic Romæ piscis, ut peregre accitus erat. auctor est Plinius C. Cæsarem dictatorem, cum triumphales cœnas populo daret, sex millia murænarum à C. Hirrio ad pondus accepisse. hujus Hirrii villam, quamvis non amplam aut latam, constat & propter vivaria quæ habuit 7 quadragies festertium venundatam.

\* *Papirius manu capi.* | Dele, Papirius, volentibus libris. & statim pro fluenter uidem fluenter, item, fluenter. Plinius de testudinibus: *Ut solis vapore, siccato cortice, non queant mergi, invisaque fluenter.* Idem.

5 *Quod ha in summa aqua præ pinguedine fluenter.* | Lego fluenter, ex veteris codicis vestigiis. Meurs.

6 *Propter vivaria.* | Pincianus notat Ma-

crobium, ut qui in mendosum Plini codicem incidenter, legerique pro pisces piscinas, & scribi debuisse, propter pisces, quæ habent quadrages, ex Varrone lib. 3. cap. 17. de Re Rust. Vide Pincianum in Plini lib. ix. cap. lv. Pont.

7 *Quadragies festertium.* | Corrigendum *Sestertia.* Adhibe sis patrem lib. 4. Pcc. Ver. cap. 4. Gronov.

## C A P. XII.

### De acipensere, mullo, scaro, lupo.

NEC acipenser, quem magia prodigis nutrunt, illius sæculi delicias evasit. & ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen hujus piscis fuisse, accipite ut meminerit ejus Plautus in fabula, quæ inscribitur Baccharia, ex persona parasiti:

*Quis est mortalis tanta fortuna affectus umquam,*

*Quam ego nunc sum, cuius hoc ventri portatur pompa?*

*Vel nunc qui mibi in mari acipenser latuit antebac,*

*\* Cujus ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.*

& ne vilior sit testis poëta, accipite assertore Cicerone in quo honore

\* *Cujus ego latus in latebras reddam.* | Ita forte scripterit Plautus. suplicari tamen libet, in latebras condam. Idem Epidico: in latebras condas peccati penitissimo. Turnebum vero quem illatebras legere reperio & tueri, quomodo sequar? Pint.

\* *In latebras reddam meis dentibus & manibus.* | Emenido, dentibus & faucibus.

Sic infra loquitur ex hoc versu indubie Macrobii cap. 17. *Cum Antonius quicquid mari, aut terra, aut etiam celo gigneretur, ad satiandam inglaviem suam natura existimans, faucibus ac dentibus suis subderet, posset cui etiam legendum videri, dentibus & maxillis, vel (ut placet magno Scaligero) mandibulis.* Meurs.

fueris

rit hic pisces apud P. Scipionem Africanum illum & Numantinum: hæc sunt in dialogo de fato verba Ciceronis: *Nam cum esset apud se* <sup>3</sup> *ad Lavernium Scipio, unaque Pontius; allatus est forte Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur, sed est pisces, ut ferunt, in primis nobilis. cum autem Scipio unum & alterum ex his, qui eum salutatum venerant, invitasset, pluresque etiam invitaturus videretur: in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est.* Nec inficias eo temporibus Trajani hunc pisces in magno pretio non fuisse, teste Plinio Secundo: qui in naturali historia cum de hoc pisce loqueretur sic ait: *Nullo nunc in honore est, quod quidem miror; cum sit rarus inventu.* Sed non diu sterit hæc parsimonia. nam temporibus Severi principis, qui ostentabat duritiam morum, Sammonicus Serenus vir seculo suo doctus, cum ad principem suum scriberet faceretque de hoc pisce sermonem, verba Plinii quæ superius posui præmisit, & ita subjecit: <sup>4</sup> *Plinius, ut scitis, ad usque Trajani imperatoris venit atatem. nec dubium est quod ait nullo honore hunc pisces temporibus suis fuisse, verum ab eo dici. apud antiquos autem in precio fuisse ego testimonii palam faciam, vel ego magis, quod gratiam ejus video ad epulas quasi postliminio redisse. quippe qui dignatione vestra cum intersum convivio sacro animadvertis hunc pisces à coronatis ministris cum tibicine introferri. Sed quod ait Plinius de acipenseris squamis, id verum esse maximus rerum naturalium indagator Nigidius Figulus ostendit, in cuius libro de animalibus quarto ita positum est: Cur alii pisces squama secunda, acipenser adversa sit. hæc Sammonicus: qui turpitudinem convivii principis sui laudando notat, prodens venerationem qua pisces habebatur, ut à coronatis inferretur cum tibicinis cantu, quasi quedam non deliciarum sed numinis pompa. Sed, ut minus miremur acipenserem gravi precio taxari solitum; Asinius Celer vir consularis, ut idem Sammonicus refert, <sup>5</sup> nullum unum septem millibus numimum mercatus est. in qua re luxuriam illius seculi eo magis licet aestimare, quod Plinius Secundus temporibus suis negat facile nullum reperatum qui duas pondo libras excederet. at nunc & majoris ponderis*

<sup>3</sup> *Ad Lavernium.* | [Joh. Passeratus legit Laurentum. Vide præfat. ejus in lib. 3. Propertii.] *Pont.*

<sup>4</sup> *Plinius, ut scitis, ad usque Trajani imperatoris atatem.* | Notar. Scaliger ad Eusebium, Sammonicum hic confundere Plinium juniores cum majore. Vide ejus Addenda ad Animadvers. pag. 190. | Vide item quæ haber Herinol. Barbarus ad Præfationem Plinii, quæ præfixa est Naturali historia oppido notanda.] *Pont.*

<sup>5</sup> *Nullum unum septem millibus.* | Mavilius cum Juvenale & Tertulliano Cl. V.

Francis. Junius, 6. mil. Porro hæc ista occasio Catoniani dicitur, *Pluris Roma pisces venire quam bovem,* quo & ganeum trahit adagium eruditiss. Had. Junius; *omnes enim amantur,* quod esset, ut idem, ficto verbo, *veritatis hodie littorissemus,* ut ego, *hodie amanemus.* *Amanare enim apud Diomedem est;* & Cyprianus dixit, *oculos amanare.* Sed Glossarii auctor sententia nostræ fundus est, *amanata,* inquit, *ei ait te;* *amanare itaque arietem.* Tacitus, *Noctu die que fluxi & amanassitorum personantes.* Pont.

passim videmus, & pretia hæc infana nescimus. Nec contenta illa ingluvies fuit maris sui copiis, nam <sup>6</sup> Ostatius præfectoris classis sciens scarum adeo Italicas littoribus ignotum, ut nec nomen Latinum ejus piscis habeamus, incredibilem scarorum multititudinem vivariis navibus hue advectam, inter Hostiam & Campaniæ littus in mare sparsit; miroque ac novo exemplo pisces in mari tamquam in terra fruges aliquas seminavit, idemque, tamquam summa in hoc utilitatis publicæ verteretur. quinquennio dedit operam ut, si quis <sup>7</sup> inter alios pisces scarum forte cepisset, incolumem confessim & inviolatum mari redderet.

Quid stupemus captivam illius seculi gulam servisse mari, cum in magno vel dicam maximo apud prodigos honore fuerit etiam Tiberinus lupus, & omnino omnes ex hoc amni pisces? quod e quidem cur ita illis visum sit ignoro. suisle autem etiam M. Varro ostendit; qui, enuinerans quæ in quibus Italiae partibus optima ad victimum gignantur, pisci Tiberino palmam tribuit his verbis in libro rerum humanarum undecimo: <sup>8</sup> Ad victimum optimam fert ager Campanus frumentum, Falernus vinum, Cassinas oleum, Tusculanus sicum, mel Tarentinus, pescem Tiberis. Hæc Varro de omnibus scilicet hujus fluminis pescibus. sed inter eos, ut supra dixi, præcipuum locum lupus tenuit, & quidem is qui inter duos pontes captus est. id ostendunt cum multi alii, tum etiam C. Tihius vir ætatis Lucilianæ in oratione qua legem Fanniam suasit. cuius verba ideo pono, quia non solum de lupo inter duos pontes capto erunt testimonio, sed etiam mores, quibus plerique tunc vivebant, facile publicabunt, describens enim homines prodigos in forum ad judicandum æbrios commeantes, quæque soleant inter se sermocinari, sic ait: Ludunt alea, studiose unguentis delibunt, scorisstipari. ubi horæ decem sunt; jubent puerum vocari ut comitium eat percunctatum quid in foro gestum sit, qui suaserint, qui dissuaserint, quot eribus jusserint, quot vetterint. inde ad comitium vadunt, ne listem suam faciant: dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impletant <sup>9</sup> quippe qui vesicam plenam vini habeant. Veniunt in comitium tristes, jubent dicere. quorum negotium est, dicunt. julle & testos poscit. ipius iste ministrum. ubi redit; ait se omnia audivisse, tabulas poscit. literas inspicit. vix præ vino susinet palpebras. eundi in consili-

<sup>6</sup> Ostatius præfectoris classis. | Plinius lib. 9. cap. 17. habet Opisim Eliportum. Unde Gelenius fecit, Opisim è libertis epus. Idem.

<sup>7</sup> Inter alias pisces scarum. | Enniano elo- gio, cerebrum Iovis:

Scarum præteri, cerebrum Iovis pane fu- premi.

Neforis ad patriam hic capitur magnus- que bonisque. Idem.

<sup>8</sup> Ad victimum optimam fert ager Campanus frumentum. | Ex vestigiis scripture apud

Johan. Sarisberiemsem, fecerim: Optimam fert ager Campanus frumentum. Idem.

<sup>9</sup> Quippe qui vesicam plenam vini habeant. | Varrus ~~ad~~ roqueus nov: In quo nobiliss. est Philippeum quod accipimus, quem quid bibimus, cum alterum addamus in buxam, alterum in vesicam. Sed ibi legi malum, abduimus in buxam. Et usus tere pari forsan verbo cendere Caput Grammaticus; in pro- fundum nummi vel in arcum condamnit. Pone.

*um ibi hæc oratio: 10 Quid mihi negotii est cum istis nūgacibus: quam potius potamus mulsum mixtum vino Græco, edimus turdum pingueum, bonumque pīscem 11 lupum germanum, qui inter duos pontes captus fuit à hæc Titius. Sed & Lucilius, acer & violentus poëta, ostendit scire se hunc pīscem egregii saporis, qui inter duos pontes captus esset; eumque quasi ligurritorem catillonem appellat. scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur. proprie autem catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant. Lucilius versus hi sunt:*

*Fingere præterea afferrī quod quisque volebat,  
Illum summa ducebant atque altissimum lanx,  
12 Hunc pontes Tiberinos duo inter captus catillo.*

*10 Quid mihi negotii est cum istis nūgacibus: quam potius | Hinc illud in Copi, uti & observatum clariss. Scalig.*

*Quid juvat astri defissum pulvere abesse,*

*Quam patius bibulo decubuisse thoro? Id.*

*11 Lupum Germanum. | Germanum fortassis ideo, ut ymōs ostendar, & eum,*

qui inter duos pontes captus. Catillones deinde quid sint, observavit quoque Glossarius; λίχρος inquir. Gal. sua, ligurius, Catillo. & alibi, liguria, λίχρος. Idem.

*12 Hunc pontes Tiberinos dno. | Legendum me monuit Fr. Douz, Tiberiu' duo. Et docebū propediem ad Luciliū ipsum. Id.*

### C A P. X III.

#### *De legibus latis contra luxuriam veterum Romanorū.*

**L**ongum fiat, si enumerare velim quot instrumenta gulæ inter illos vel ingenio cogitata sint, vel studio confecta. & hæc nimis rūm cause fuerunt propter quas tot numero leges de cœnis & sumptibus ad populum ferebantur: & imperari cœpit ut patētibus januis pranitaretur & cœnitaretur: sic oculis civium testibus factis luxurie modus fieret. Prima autem omnium de cœnis lex ad populum Orchia pervenit. quam tulit C. Orchius tribunus plebis de senatus sententia, tertio anno quam Cato censor fuerat, cuius verba quia prolixa sunt prætereo. summa autem ejus præscribebat nūmerum convivarum. & hæc est lex Orchia, de qua Cato in orationibus suis vociferabatur quod plures quam præscripto ejus cavebantur ad cœnam vocarentur. cumquæ auctoritatem novæ legis aucta necessitas imploraret: post annum vicesimum secundum legis Orchiae Fannia lex lata est, anno post Romam conditam, secundunt Gellii opinionem, <sup>1</sup> quingentesimo octogesimo octavo. De hac lege Sammonicus Serenus ita refert: *Lex <sup>2</sup> Fannia, sanctissimæ*

<sup>1</sup> Sic oculis civium testibus factis luxuria modus fieret. | Et hæc Syllogeum causa apud Lacedemonios. Justinus lib. 3. convivari omnes publice iussū, ne cuius divitiae vel luxuria in occulto essent. Plutarchus clariss: ἀπόθετος την τρέψει την θέλησιν απόλαυσην την πλεονεκτίαν την ευστοιχίαν την ποντικότηταν.

<sup>2</sup> Quingentesimo octogesimo octavo. | Lege quingentesimo nonagesimo secundo. Pigius.

<sup>3</sup> Fannia, sanctissimi Augusti. | Hoc omnium antiquiorum scriptura, quam putavimus retinendam, cum seriores Augustum pene semper dignati fuerint hoc titulo, vel Sacrosanti aut sacratissimi, ut saepe Firmicus: Gronov.

Augusti, ingenti omnium ordinum consensu pervenit ad populum. neque eam praetores aut tribuni, ut plerasque alias sed ex omni bonorum consilio & sententia ipsi consules pertulerunt, cum res publica ex luxuria conviviorum majora quam credi potest detrimenta pataretur. siquidem eo res redierat, ut gula illecta plerisque ingenuis pueris pudicitiam & libertatem juam venditarent: plerisque ex plebe Romana vino madidi in comitium venirent, & ebrii de reipublice salute consulerent, haec Sammonicus. Fanniae autem legis severitas in eo superabat Orchiam legem, quod in superiore numerus tantummodo coenantium cohiebatur, licebatque secundum eam unicuique bona sua inter paucos consumere. Fannia autem sumptibus modum fecit assibus centum. Unde à Lucilio poëta festivitatis suæ more centuss vocatur. Fanniam legem post annos decem & octo lex Didia consecuta est. ejus ferendæ duplex causa fuit: prima & potissima, ut universa Italia non sola urbs lege sumptuaria tenetur, Italicas æstimantibus Fanniam legem non in se, sed in solos urbanos civis esse conscriptam. deinde, ut non soli qui prandia coenasse majore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocitati essent atque omnino interfuerint, poenis legis tenerentur. Post Didiam Licinia lex lata est à P. Licinio Crasso Divite. cuius ferundæ probandæque tantum studium ab optimatibus impensum est, ut consulto senatus juberetur ut ea tantummodo prædictigata, priusquam trinundino confirmaretur, ita ab omnibus observaretur, quasi jam populi sententia comprobata. lex vero haec paucis mutatis in plerique cum Fannia congruit. in ea enim ferenda quæsita novæ legis auctoritas exolescente metu legis antiquioris, ita hercules ut de ipsis duodecim tabulis factum est: quartum ubi contemni antiquitas cœpit, eadem illa quæ illis legibus cavebantur in alia latorum nomina transierunt. Sed legis Liciniae summa ut calendis, nonis, nundinis Romanis, cuique in dies singulos triginta duntaxat aliæ edundi cauta consumere liceret: cæteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponenteretur quam carnis aride pondo tria & fallamentorum pondo libra, & quod ex terra, vite, arboreve sit natum. Video quid remordeat. ergo indicium sobrii sæculi est, ubi tali præscripto legum cōrcetur expensa coenarum. non ita est. nam leges sumptuariæ à singulis ferebantur, quæ totius civitatis vitia corrigerent, at nisi pessimis effusimisque moribus viveretur, profecto opus ferundis legibus non fuisset. Vetus verbum est; *leges, inquit, bona ex malis moribus procreantur.* Has sequitur lex Cornelia & ipsa sumptuaria, quam tulit Cornelius Sulla dictator, in qua non conviviorum magnificentia prohibita est, nec gulæ modus factus; verum minora precia rebus imposita: & quibus rebus, dii boni! quamque exquisitis & pene incognitis generibus deliciarum! \* quos illic pilces quasque offulas no-

\* Quos illic pilces quasque offulas nominat. ||| vos quis proficit sine offulis: vitare? Pont. Egit hic Claudi Caesaris verbum: Rugg.

minat! & tamen precia illis minora constituit. ausim dicere, ut vilitas edulium animos hominum ad parandas opsoniorum copias incitaret; & Gulæ servire, etiam qui parvis essent facultatibus, possent. Dicam plane quod sentio Apprime luxuriosus mihi videtur & prodigius, cui hæc tanta in epulis vel gratuita ponantur. Itaque tanto hoc sèculum ad omnem continentiam promptius, ut pleraque earum rerum que Sullana lege ut vulgo nota comprehenduntur, nemo nostrum vel fando compererit. Sulla mortuo Lepidus consul legem tulit & ipse cibarium. Cato enim sumptuarias leges cibarias appellat. Dein paucis interjectis annis alia lex pervenit ad populum, ferente Antio Restione. quam legem, quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuriae & vitiorum firma concordia nullo abrogante irritam fecit. Illud tamen memorabile de Restione latore ipsius legis fertur; eum quoad vixit foris postea non cœnasse, ne teitis fieret contemptæ legis quam ipse bono publico pertulisset. His legibus annumerarem editum de sumptibus ab Antonio proposum, qui postea trium vir fuit: ni indignum crederem inter cohibentes sumptum Antonio locum facere: cujus expensæ in coenam solitæ conferri sola unionis à Cleopatra uxore consumpti aestimatione superate sunt. nam cum Antonius, quicquid mari aut terræ aut etiam cœlo gigneretur, ad satiandam ingluviem suam natum existimans, faucibus ac dentibus suis subderet; eaque re captus de Romano imperio facere vellet Aegyptum regnum: Cleopatra uxor, quæ vinci à Romanis nec luxuria dignaretur sponsoine provocavit insulmre se posse in unam coenam seftertium centies. id mirum Antonio visum. nec moratus, sponsoine contendit<sup>5</sup> dignus sculna Munacio Plancu, qui tam honesti certaminis arbiter electus est. altera die Cleopatra persentes Antonium pollicibilem sane coenam paravit, sed quam non miraretur Antonius: quippe qui omnia<sup>6</sup> quæ apponebantur ex cotidianis opibus agnoscere, tunc arridens regina phialam poposcit, cui aceti nonnulli acris infudit, atque illuc unionem demptum ex aure altera festinabat.

<sup>5</sup> Dignus sculna Munacio Plancu. N. Censo legendum, Munacius Plancus. Is enim sculna sive sequester fuit, non Antonius. Qui nec potuit. Faciendum quoque punctum post, contendit. Quomodo fere apud Johan. Sarisberiensem. Pont.

Dignus sculna Munatio Plancu. | V. c. & Salisberiensis lib. 8. c. 7. culna Numatius Plancus. Emendo, dictus sculna Munatius Plancus. Apud veteres Latinos Sculna idem qui Sequester. Vide Agell. lib. 20. cap. 11. Meurs. Sic se emendare ait Fulvius in Apertice ad Ciaconii Triclinium pag. 87.

Forte tamen: Digno sculna Mun. Plancu. Gron.

<sup>6</sup> Quippe qui omnia quæ apponebantur ex cotidianis opibus agnoscere. | Ita etiam est in v. c. Lego, ex cotidianis dupibus a. Meurs.

<sup>7</sup> Quæ apponebantur ex cotidianis opibus. | Omnino & elegantissime opibus. Sunt autem ex delicie, quas quisque ex suo fundo aut agro depromit. Martialis lib. 7.

— Et varia, quæ habet baculus, opes. Item Lucretius lib. 5.

Non magnis opibus jucunda corpora habebant. Pont.

demisit; eumque mature dissolutum, <sup>8</sup> uti natura est ejus lapidis, absorbuit. &, quamvis eo facto, sponsione viciisset (quippe cum ipsa margarita centies festerium sine contentione evaluisse) manum tamen & ad alterius unionis aurem similiter admovit, nisi Munacius Plancus iudex severissimus superatum Antonium mature pronunciasset. ipse autem unio cuius fuerit magnitudinis inde colligi poterit; quod qui superfuit, postea victa regina, & capta Aegypto, Romam delatus reflectaque est; & factae ex una margarita duæ, impositæque simulachro Veneris, ut monstruosæ magnitudinis, in templo quod Pantheum dicitur.

<sup>8</sup> Ut natura est ejus lapidis absorbit. |  
Hoc Cleopatrae facinus imitatus magnifice  
Cesar Caligula. Suetonius, Ut pretiosissimas  
margaritas aucto liquefactas sorberet: Cen-

vis ex auro panes & offonia apponere: Ant  
fragi hominem esse oportere distans, ans Cas-  
rem. Idem.

## C A P X I V.

## De nucum generibus.

**A**Dhuc dicente Furio secundæ mensæ illata bellaria novo ser-  
moni principium dederunt. Symmachus enim attractans ma-  
nu nuces, Velleum, inquit, ex te audire, Servi, tanta nucibus no-  
mina quæ causa vel origo variaverit, aut unde tot mala cum hac  
una appellatione vocitentur; fiant tamen seorsum diversa tam vo-  
cabulo quam sapore. ac prius de nucibus absolvas volo, quæ tibi  
memoria crebræ lectionis occurrunt. Et Servius: Nux ista juglans  
secundum nonnullorum opinionem à juvando, & à glande dicta  
existimatur. Gavius vero Bassus in libro de significatione verborum  
hoc refert: Juglans arbor proinde dicta est ac Jovis glans. nam quia  
id arboris genus nuces habet, quæ sunt saviore sapore quam glans est:  
hunc fructum antequis illi, quis egregium glandique similem, ipsamque  
arborem deo dignam existimabant, Jovis glandem appellaverunt, quæ  
nunc literis interlissis juglans nominatur. Cloatius autem verus in li-  
bro à Græcis tractorum ita memorat: Juglans, di prætermissum  
est, quasi di juglans, id est, διὸς Κάλανθος, sicut Theophratus ait: Ιδη  
δὲ τὴν οὐρανὸν ἀπὸ τοῦ μελισσῶν καὶ φύτων, τερέβινθος, τείνθη, φιλύρη,  
μηρόπη, κυδεα, ἢ καὶ διὸς Κάλανθος. hanc Græci etiam battilicam vo-  
cant.

Nux hæc Avellana seu Prænestina, quæ est eadem, ex arbore  
est quæ dicitur corylos. de qua Vergilius dicit: corylum sere. est au-  
tem natio hominum juxta agrum Prænestinum; qui Caritani vo-  
cantur ἄνθρωποι ηγετῶν. cuius rei meminit Varro in Logistorico,  
qui inscribitur, Marius de fortuna. inde scilicet Prænestinæ nuces.  
Est & illud apud Nævium in fabula Ariolo:

<sup>8</sup> Gavius vero Bassus in libro. | V. c. Cajus. Sed etiam heic Galini legi debet. Mense  
Quæ

- <sup>2</sup> *Quis heri apud te? Prænestini & Lanuvini hospites.*
- <sup>3</sup> *Suopte utrosque decuit acceptos cibo,*
- <sup>3</sup> *Alteris inanem bulbam madidam dari,*
- <sup>4</sup> *Alteris nuces<sup>5</sup> in proclivi profundere.*

Hanc autem nucem Græci Ponticam vocant, dum unaquæque natio indit huic nuci nomen ex loco in quo hæscitur copiosior. Nux castanea, de qua Vergilius, *Castaneasq. e nuces*, vocatur & heracleotica. nam <sup>6</sup> vir doctus Oppius in libro quem fecit de silvestribus arboribus sic ait: *Heracleotica b.e.c nux, quam quidam castaneam vocant, itemque Pontica nux, atque etiam que dicuntur basilicæ juglandes, germina atque flores agunt similiter iſdeni temporib[us] quibus Græcæ nuces.*

Nunc dicendum est quæ sit Græca nux: ac simul hoc dicens amygdalam de lance tulit & ostendit. Nux Græca hæc est, quæ & amygdale dicitur. sed & Thasia eadem nux vocatur. tellis est

- <sup>2</sup> *Quis heri apud te? | Reformatio:*
- Heri.*
- Quis apud te? Prænestini, &c.*

*Tum bulbam madidam.* Salmahus ad Hist. Aug. pag. 187.

<sup>3</sup> *Alteris inanem bulbam madidam dari.* | *Madidam dare, laudat ad Festum Scalliger.* Bulbos capit, de quis ita Apicius *Aqua decquant bulbos, qui Veneris usum querunt.* Adagio quoque apud Athenaeum est, incerti auctoris, hac mente: lib. 2. 25.

*Culūr in Ces. Boſlēc a. v. un. nūg īyng;*  
*Nūl tibi profuerit bulbus, nūl nervus adeſſa.*

Quod aspergit indubie Juvenal. illo vers.  
- si tibi fidera effire.

*Nil faciet longimensura incognita nervi.* Pont.  
*Alteris inanem bulbam madidam dari.* | *Annotavit Scrivetus noster ad marginem libri sui, legendum videri, Alteris inanem vulvum madidatam dari; & versi sequenti: loco profundere, profundier.* Priorem emanationem firmabat loco Plinii Nat. histot. lib. 11. cap. 37. *vulva ejetlo portu melior, primipara suis opima.* itenque hoc Martialis in Xenii epig. 6.

*Tē fortasse magis capiet de virgine porcā,*  
*Mi materna gravi de sue vulva placet.*  
ut ita has delicias respicere Nævius videatur, *inanem vulvum* vocando. *Madidatam* autem vocat, quia sumen hoc, addito gari liquamine muriave, suffebatur. *Martialis* lib. 10. Epig. 48.

*Et madidum hymni de sale sumen erit.* Id.

<sup>4</sup> *Alteris nuces in proclivi profundare.* | *Canarabrigiensis scriptus: in perlvis. Divinabam: in perlvis. Laberius. Quo qui-*

*dem me à matronali pudore proluvium meretricis progrederi cogit.* Ayde us, *unguento fragrantissimo, proluvium Venoris suscitaram.* Et Arnobius, *proluvium intellitorum dixit.* Porro nuces, utpote pīneas, fūcre à Venerem, ex Celso & aliis clarum est. *Nihil, inquit, ex his assumere qua contrahere semen videntur, ut bulli, nuclei pīnō, &c.* Et D. Hieronymus adversus Jovinianum: *Non potest implere opera nuptiarum nisi maiusum & carnes & nucleus sumseritis.* Ubi tamen nūc eius uberioris sensus est. Omne enim medium nucleus erat veteribus. Celsus, quæna dixi, aliquoties similiter frequentaverat: at hodie truncati reperies corrugato. *Internuclei vero sive nuclei germanum esse,* meliorum aliquid codicum opera monstrasse sperabo. *Pont.*

<sup>5</sup> *In proclivi profundere.* | *Scripta lectio,* ut monstravimus ante, talis fuit in perlvis. Nos supra divinavimus. Scrivetus postmodum elicit; in præbiti. *Videndum. Festus in voce præbia.* Idem.

<sup>6</sup> *Vir doctus Oppius.* | Meminit Oppius Suetonius libro de illustribus Grammaticis. Cognomen ejus *Cares* facit. Meminit quoque Oppilius cuiusdam codem libello c. 6. Tu comparabis. *Idem.*

*Nam vir doctus Oppius in libro quem fecit de silvestribus arboribus.* | *Lego, vir doctus Oppius.* Est autem Aurelius Opilius, è cuius libris de Silvestribus Arboribus verba producit Festus in Fmitis: cui etiam his reddes hoc nomen, in *Ordinarium bonum, & Ratiuum quadrantem.* Utrobique habet Oppius: Malc. quod monitus à me mutato: *Mens.*

<sup>7</sup> *Itemque pontica mox.* | *Emedio Pontica nux;* ut etiam erat in v. c. *Idem.*

<sup>8</sup> Cloatius in ordinatorum Græcorum lib. 4. cum sic ait: *Nux Græca amygdale.* Atta vero in supplicatione, *Nucem Græcam*, ait, favumque adde quantum liberet. Nucem molluscam, licet hyemis nobis tempus invideat, tamen quia de nucibus loquimur indictam non relinquamus. Plauqüs in Calceolo sic ejus meminit: *Molluscum nucem super ejus dixit impendere tegulas*, ecce Plautus nominat quidem, sed quid sit nux mollusca non exprimit. est autem perficuum quod vulgo vocatur: & mollusca nux dicitur. scilicet quod ceteris omnibus nucibus mollior sit. hujus rei <sup>9</sup> idoneus assertor est Suevius vir longe doctissimus, in idyllio quod inscribitur moretum, nam cum loquitur de hortulano faciente moretum inter cætera qua se mitit, & hoc pomum mitti ait his verbis:

<sup>10</sup> *Admisse tu Acca basiliæ hæc nunc partim,  
Partim Persica: quod nomen sic denique fertur,  
Propterea quod, quis quondam cum rege potenti  
Nomine Alexandro Magno fera prælia bello  
In Persas retulere.* <sup>11</sup> *Juo post inde revertent  
Hoc genus arboris <sup>12</sup> in prælatissimis finibus Grajicis  
Differuere, novos fructus mortalibus dantes.  
Mollusca hæc nux est, ne quis forte inscius erret.*

**Nux** Terentia dicitur, quæ ita mollis est, ut vix attrectata frangatur. de qua in libro Favorini sic reperitur: *Itemque quidam Tarentinas oves vel nuoes dicunt quæ sunt Terentine à tereno, quod est Sabinorum lingua molle.* unde Terentios quoque dictos putat Varro ad *Libonem primo*. quam in culpam etiam Horatius potest videri incidere qui ait:

¶ *molle Tarentum.*

**Nux pinea** hos nobis, qui oppositi sunt, nucleos dedit, <sup>13</sup> Plautus in Cittellaria :

<sup>8</sup> Cloatius in Ordinatorum Græcorum lib. 4. | Hoc & sequenti Capite, itemque lib. 3. cap. 6. p.o Ordinatorum Græcorum, potius Originationum Græcarum legendum Scrutatio videtur. Cloatius enim Verus Libro à Graci Tractorum, hoc eodem capite citatur. Pont.

<sup>9</sup> Idoneus assertor est Suevius. | Male aliis laudatum reperio. Succinum. Tranquillus vindendus libro de illustribus Grammaticis, cap. 5. ubi tamen Savius est. Pont.

<sup>10</sup> *Admisse tu Acca.* | Non tenerarium id ait Turnebus Advers. 11. c. 1. Nam & Maro Rneidos 2.

*Tunc sic exstipans Accam ex aequalibus  
nam*  
*Allogitur*

Pont. Addehidus Salustius ad Solinum pag. 598.

<sup>11</sup> *Suo post inde reverensi.* | reveris arredit Anglicani scriptura, primo inde nn. Id.

<sup>12</sup> *In prælatissimis finibus Grajicis Differuere.* Verus idem veteri forma, deferuere. Antiqui enim, deferui, defersum efficerant, cuius vicem hodie, defesi, defissum frequenteratur. Tibullus :

*Nam veneris, seni spes habet defortus in  
agris,  
Seni vetus in trivio, florea ferta lapis.* Id.

<sup>13</sup> *Plautus in Cittellaria.* | In hoc omnes, quos editos vidi, sunt constantes. At ego nihil ineptius, nihil infulsus fingi posse aio hac allegatione Plautina? Quid enim à Macrobi dicitur, cui lux per eam fit? Omnia quia nucleus vocabulum ibi positum est, ideo scholasticus imperitus id annotavit ex memoria, cui locus Plautinus inhærebat. Miror potuisse hic viros doctos filere, & magis etiam eos, qui tanquam genuina haec tractare potuerunt. Grec.

<sup>14</sup> Quis

<sup>14</sup> *Qui è nuce nucleus esse vult, frangit nucem.*

<sup>14</sup> *Qui è nuce nucleus esse vult, frangit nucem.* Ludat ex Cistellaria Macrobius, at Circulione legitur. Ex nota in re trita & vulgata rem novam; Anglicanus noster non esse referebat, sed dicere, ut manifesto fuisse credam:

*Qui è nuce nucleum icere vult, frangat nucem.*

Certe convenienter & honeste sic frequenter habebatur; & redondans haec dictio eidem Plauto etiam Truculento. Editur scen. Am omnis ars.

*Sin iecit rete pisces, ne effigiam eavet.*  
Scribendum aio: *Sin iecit rete pisces, ne eff. Let similiter interpretetur, hixit sine attraxit. Nec aliter Vidularia: In ut pescatur fascina iei uolum.* Idem.

## C A P. X.

### *De generibus malorum, & pirorum.*

**E**T, quia mala videmus admissa bellariis, post nuces de malorum generibus differendum est. Sunt de agricultura scriptores qui nuces & mala sic dividunt, ut nuces dicant omne pomum quod foris duro tegatur, & intus habeat quod esui est; Malum vero, quod foris habeat quod esui & durum intus includat. secundum hanc definitionem Persicum, quod Suevius poëta superior inter nuces numerat, magis erit inter mala numerandum.

His præmissis, malorum enumeranda sunt genera, quæ Cloatus in ordinatorum Graecorum libro quarto ita diligenter enumerat: *Sunt autem genera malorum; Amerinum, coronyum, citreum, coccymelum, conditum, cunctum, musteum, Mattianum, orbiculatum, ogranum, præcox, panuceum, Punicum, Persicum, quirianum, profumum, rubrum, scandianum, silvestre, struthium, Scantianum, Tibur, Verianum.* Vides Persicum à Cloatio inter mala numeratum quod quod nomen originis sive tenuit, licet jam judum nostri soli gerumen sit. Quod autem ait idem Cloatus, *citreum, & ipsum Persicum malum est secundum Vergilium,*

*Felicis mali quo non præstantius ullum.*

& reliqua. Et ut nemo dubitet haec de citreo dixisse Vergilium; accipite quæ Oppius in libro de silveltribus arboribus dicat: *Citreæ item malus & Persica: altera generatur in Italia, & in Media altera.* & paulo post de citreo loquens ait: *Est autem odoratissimum, ex quo interjectum vesti tineas necat. fertur etiam venenis contrarium; quod tritum cum vino purgatione virium suarum bibentes servat, generantur autem in Perside omni tempore malacitreæ,*

<sup>1</sup> *Et, quia mala videmus admissa bellarii.* Legendum, admisfa. Pont.

Columella lib. 5. cap. 10. Menr.

<sup>2</sup> *Scandianum.* Emendo, Scandianum,

<sup>3</sup> Accipite quæ Oppius in libro heic Opilius legendum. Idem.

*alia enim præcipuntur, & alia interim maturescunt. Vides hic & citreum nominari, & omnia signa ponit, quæ de eo Vergilius dixit; licet nomen citri ille non dixerit. nam & Homerus, qui citreum δύο appellat, ostendit esse odoratum ponum,*

Θύρον δι' οὐρῶν καλὸν ὄδωστη.

&, s quod ait Oppius inter vestem poni citreum, idem significat Homerus cum dicit:

Εἴματα δ' αὐριέπειρα θυάτια σημαντά

hinc & Nævius poëta in bello Punico ait *citrosam vestem.*

Pira hæc quæ videmus varietas nominum numerosa discernit. nam idem Cloatius sic eorum vocabula describit: *Anicianum, curbitrum, cirritum, cervisca calculosum, crustuminum, decimanum, Græculum, Lollianum, Lanuvinum, laureum, lateresianum, murapium, Milesium, mureum.* <sup>6</sup> *Nævianum, orbiculatum, præcianum, rubile, Signinum, Fullianum, Titianum,* <sup>9</sup> *Turrinianum,* <sup>10</sup> *cimodium, præcox, volenum, mespillum, serum, sementivum serum, Sexitanum serum, Tarentinum serum, Valerianum serum.*

<sup>4</sup> *Alia interim maturescunt.* | *Præfero scriptiōnēm Anglicā;* alia interim procreantur. | *Pauladius:* *Quod ego in Sardinia, & in territorio Neapolitano in fundis nostris compere (quibus solū & cælum tepidum est, & humer exundans) per gradus quosdam sibi semper foma succederet, cum maturis se acerba substituant, acerborum vero statēm florentia consequantur.* Pont.

<sup>5</sup> *Quod ait Oppius inter vestem poni citreum.* | *Ilerum Opilius scribe. Meurs.*

<sup>6</sup> *Decimanum.* | *Leg. Decumanum.* Pont.

<sup>7</sup> *Milesium, mureum.* | *Vetus, mureum, quod placet.* Plinius: *Dixit volema Virgi-*

*lius à Catone sumpta, qui & sementina & mufeta nominat. Mustea vero, ut idem annotat, dicta à celeritate mirescendi.* Idem.

<sup>8</sup> *Navianum, ac paulo ante crustuminum.* | *Hæc fragilia Celso.* Ex pomu, inquit, *cerasum, morum, sorbum.* *Pirus fragile, quale crustuminum vel Nævianum.* Idem.

<sup>9</sup> *Turrinianum.* | *Columella Turrinianum. Meurs.*

<sup>10</sup> *Timefum.* | *Leg. cimosum, & denique mespillum serum.* sine commate intermedio. Idem.

CAR.

## CAP. XVI.

*De ficuum, olearum, uovarumque generibus.*

**A**dmonent nos & fici aridæ, ut enumeremus genera ficorum eodem Cloatio nos de his, ut de aliis, instruente. sic enim diversas ficos diligentiae suæ more dinumerat: <sup>1</sup> Africa, albula, <sup>2</sup> barundinea, <sup>3</sup> asinæstra, atra, palusca, <sup>4</sup> bifera, <sup>5</sup> carica, <sup>6</sup> caldica, alba nigra, Chia alba nigra, Calpurniana alba nigra, <sup>7</sup> curbitiva, durisoria, Herculanea, <sup>8</sup> Liviana, <sup>9</sup> ludia, leptoludia, <sup>10</sup> Marsica, Numidica, pulla Pompeiana, præcox, <sup>11</sup> Tellana atra. Scilicet endum quod ficus alba ex fælicibus sit arboribus; contra nigra ex infælicibus. docent nos utrumque pontifices, ait enim Veranius de verbis pontificalibus: *Falices arbores puerantur esse, quercus, aesculus, illex, suber, fagus, corylus, sorbus, fucus alba, pirus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus.* <sup>12</sup> Tarquinius

<sup>1</sup> Africa. | Legendum Africana. Plinius lib. 15. cap. 18. Africana diserte nominat: *De Africanis, inquietis, quas multe præferunt cunctis, magna questio: cum id genus in Africam nuper tranferret.* Et statim inde addit à Catone appellatam Africanam. Pont.

<sup>2</sup> Harundinea. | An verisimile omisssam hic Macrobio chelidoniam (quæ Latinis sit dñeum harundinea; Plinius lib. 15. cap. 18. chelidoniam vocat) & harundineam non hrandineam voluisse dicere? Nam & idem Plinius eodem loco diserte: *cum marsicis, & quas harundinum folis macula variat.* Id.

Harundinea. | Lego, harundinea. Ea est quam Chelidoniam vocat Columella lib. 10. Purpureaque Chelidonia, pingueisque Marisca. Meurs.

<sup>3</sup> Asinæstra, atra. | Editio Lugdunensis non habet hoc loco atra, forse quia sequitur statim, Tellana, atra. Alii libri constanter agnoscunt. Quocirca laborare potius putemus quam abundare. Et fuerit fors, atra. Plinius mihi tibicen lib. 15. cap. 29. Est & Herculanea, & albicerata, & atra alba. Pont.

<sup>4</sup> Bifera. | Emendo bifera; ex Columella. Meurs.

<sup>5</sup> Carica caldica. | Legendum Carica, Chalcidica. Caricarum multa apud Columellam & Palladijum mentio; videnturque ita dictæ à Caria regione; sic uiri Chalcidica à Chalcide, Chia à Chio. De quibus singulis etiam Plinius. Pont.

<sup>6</sup> Caldica alba nigra. | Lego, Chalcidica a. n. Meurs.

<sup>7</sup> Cucurbitiva. | Cucurbitiva sive cucurbitina à forma dictæ; ut supra malum cucurbitivum. Pont.

<sup>8</sup> Liviana, ludia, leptoludia, Pompeiana. | Legendum, Liviana, Lydia, leptolydia, Pompeiana. Apud Plinium prima & ultima vox haud plene expressa. Ubi legitur cap. 18. lib. 5. *Sunt & autorum nomina illa, Lydia, Pemptia. Legerim Liviana, Pompeiana.* Idem.

<sup>9</sup> Ludia, leptoludia. | Scribo, Lydia, Leptolydia. Meurs.

<sup>10</sup> Marsica. | Sic & vinum Marsicum. Sunt enim Marsi Italiz populi, Picentibus & Samnitibus finitimi. Pont.

Marsica. | Lego, Marsica. Meurs.

<sup>11</sup> Tellana atra. | Idem Plinius, ut jam laudavi, diparat. Tellana, atra. Pont.

<sup>12</sup> Tarquinius autem Priscus. | Libro sequenti, qui est tertius, cap. 7. hic idem, ut videtur, non Tarquinius, sed Tarquitius dicitur; citaturque ibi liber ejus transcriptus ex Ostentario Thysio, quod hic Ostentarium artorium nominatur. Meminit quoque ejus inter Historicos Latinos, accuratissimum clarissimumque Gerh. Johannes Voßius; legendumque utrobius existimat, Tarquitius. Eum vide eo in opere, quod jam nuperinde de illudem historicis elaboravit multo elegantissimum. Vide & Petrum Pithœum Subsecivorum lib. 1. cap. 20. Qui de Tarquitio omnium primus conjecturam inicit. Idem.

autem

autem Priscus in ostentario arborario sic ait: *Arbores que inferuntur deorum avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant.*<sup>13</sup> alternum sanguinem, filicem, ficum atram, queque baccam nigram nigroque fructus ferunt, itemque acrifolium, pīrum silvaticum, ruscum, rubum, sentesque, quisbus portenta prodigiaque mala comburi jubere oportet. Quid? quod ficum tanquam non pomum secerni à pomis apud idoneos reperimus? Afranius in Sella: *Pomum, bolus, ficum, uva.* sed & Cicero Oeconomico libro tertio: *Neque sese vitem, neque que sara est diligenter colit; oleum, ficos, poma, non habet.*<sup>14</sup> Nec hoc ignorandum est ficum solam ex omnibus arboribus non florere, Lacte proprie ficorum. Grossi appellantur fici, qui non maturescunt, hos Græci dicunt ὄλυδες. Mattius: *In multis tot. ficorum non videbitis grossum.* & paulo post ait: *Sumas ab alio lacte diffilos grossos.* & Postumius Albinus annali primo de Bruto: <sup>15</sup> *Ea causa se se stultum brutumque faciebat; grossulos ex melle edebat.*

Olearum genera hæc enumerantur, Africana, Albigerus, Aquilia, Alexandrina, Ægyptia, <sup>16</sup> culminea, conditiva, Liciniana, Orchas, oleaster, <sup>17</sup> paulia; Paulia, radius, Sallentina, Sergiana, Termutia. sicut uvarum ista sunt genera; Aminea, scilicet à regione: nam Aminei fuerunt <sup>18</sup> ubi nunc Falernum est: asinusca, atrusca, albi-

<sup>13</sup> *Alternum sanguinem.* | Perperam alternum, alaternum, ut habet Plinius lib. 16. cap. 26. *Alaterna, cui folia inter ilicem & olivam.* *Sanguinem autem à Sangue* dicitur, qua cornu feminina, *sive arbor est,* cujus cortex ad sanguinis similitudinem rubet. *Hinc fructus sanguinei, item virga sanguinea* apud Plinium. Meminit & Modestinus D. lib. 48. Tit. 9. l. 9. *Pania parvæ* more majoranae hac instituta est, si parvæ virgæ sanguineis verberatas, deinde callio insuatur. Idem.

*Alternum sanguinem.* | *Lego, Alaternum, salicem.* Alateroi meminit Plinius lib. 16. cap. 26. Et Columella lib. 7 cap. 6. Mens.

<sup>14</sup> Nec hoc ignorandum est, ficum solam ex omnibus arboribus non florere, Lacte proprie ficorum grossi appellantur fici, qui non maturescunt: hos Græci dicunt ὄλυδες. | Totum locum ita distingue ac lege: *Nec ignorandum est ficum solam ex omnibus arboribus non florere.* Lacte proprie ficorum grossi appellantur. Fici, qui non maturescunt, hos Græci dicunt ὄλυδες. Retinendum autem Lacte casu nominandi. Plautus: *Neque aqua aqua, neque latte latte est usquam similius.* Et aliis quoque alibi ita usurparum id vocabuli. | Casaubonus Epistola ad Carolum Labbæsum videatur notare Macrobiūm, quasi illæ senscribuntur scriptorū lacte

sive lac esse proprium ficorum, cum nihil hic tale habeat Macrobius; qui grossos propriæ appellari lacte ficorum non docet. Quam autem vel ille vel Labbaeus fecuti editionem Macrobiī sint, ut tam præscriptum absolum clariss. ille Casaubonus in animum suum super Macrobio conceperit, communisci nequo: Cum Macrobius non dicat *lac,* seu proprium ficorum esse lac, sed lac ficorum seu lacteos ficos proprie appellari grossos assertit, quod est verisimum, & ostendit id maximorum quæ sequuntur auctorum testimoniis. En quas in pedicas abduxit etiam summos viros levis, sed erronea quam modo sustulimus, distinctione: tum & vox proprio ita sumpta quasi non *proprie* sed *prōpriam* esset exaratum, quod nullis in libris comparet. | Idem.

<sup>15</sup> *Ea causa se se stultum brutumque faciebat.* | Id est, se talen simulabat. Idem.

<sup>16</sup> *Culminea, conditiva.* | Colmeneana agnoscit Cato, & alii rei rustice Scriptores. Item Albicerum paulo suppetius, pro Albigerus. Mortuit Scrivarius. Idem.

<sup>17</sup> *Panja, Paulia.* | *Lego, Panja, Philippia.* ita dicta à Papho unde allata. Vide Iudorum lib. 17. cap. 7. Mens.

<sup>18</sup> *Ubi nunc Falerum est.* | Scriptus dicitur, Salernum, Pont.

verus,

verus, <sup>19</sup> albena, apiana, apicia, bumamma, aut, ut Græci dicunt,  
 βίουαδθ, duracina, labrusca, melampithia, maronia, mareotis, <sup>20</sup>  
 numentana, precia, prannia, pfithia, pilleolata, Rhodia, stephanitis,  
<sup>21</sup> venucula, variola, lagea. Inter hec Prætextatus: Vellem Ser-  
 vium nostrum diutius audire. sed hora nos quietis admonet, <sup>22</sup>  
 ut exorto jubare <sup>23</sup> eloquio Symmachi domi sue fruamur. <sup>24</sup> atque  
 ita facta discessio est.

<sup>19</sup> *Albena apiana.* | Scribo, *Albena,*  
*Appiana.* Idem.

<sup>20</sup> *Numentana.* | *Nomentana.* Idem.

<sup>21</sup> *Venucula.* | *Venuculo.* Idem.

<sup>22</sup> Ut exorto jubare eloquio Symmachi  
 domi sue fruamur. | Nugæ verborum. Cum  
 Scripto rescribendum: Ut exorto jubare elo-  
 quo Symmachi danisque fruamur. Non e-  
 enim apud Symmachum sequens aut illa ha-  
 rum habita dissertatio, sed apud Vettium  
 Prætextarum. Liquet vel ex iis quæ supple-  
 vimus initio sequentia libri. Allusit autem  
 ad dona quæ morti mos Saturnalibus. Post.

<sup>23</sup> *Eloquio Symmachi.* | Nec turber quem,  
 quod non Symmachus sequenti statim libro,

sed Prætextatus eloquij partes sustineat. Fit  
 autem id idèo quod libri quinque reliqui,  
 unius convertitus, id est, secundi dici sermo  
 sint. Quatuor corum, id est, Tertius,  
 Quartus, Quintus & Sextus ante canationem  
 de Marone pertractant. Septimus tan-  
 dem ipius convivii confessum & sermonem  
 concinet, arque ibi Symmachus dicendi vi-  
 ces, quas hic epularis & varius ad eum ser-  
 mo perduxerat, assumit. Hoc annotandum  
 censub, quia non satis hec haec tenus, immo  
 omnino non spectata sunt. *Idem.*

<sup>24</sup> *Augea ita facta discessio est.* | Iltis addic-  
 que noctivimus sub finem Scrl. *Idem.*

A U R E

AURELII MACROBII  
 AMBROSII THEODOSII  
 V. C. & Inlustris  
*Conviviorum Secundi Diei*  
 SATURNALIORUM

---

LIBER TERTIUS.

---

C A P. I.

*Quam accurate Vergilius expresserit diversos ritus sacrificandi.*

**C**ongregatis in tempore constituto in domo Vettii, qui venire debuerant, <sup>1</sup> ante cœnandum cœpit Euangelus Vertium taliter compellare: Dixisti, inquit, mi Vetti, inter omnia quibus t̄eminet laus Maronis hoc te lectorem affiduum admirari, quia doctissime jus Pontificium, tanquam hoc professus, in multa & varia operis sui parte servavit. Et si tantæ dissertationis sermo non cederet, <sup>2</sup> promisisti fore ut Vergilius noster Pontifex maximus videretur. Nunc igitur comple promissum, vel sermonem à memoria tua credam cessisse, vel potius præfulem nostrum Vergiliūm Pontificem ignorasse. Tunc Prætextatus decenti rubore perfusus; non, inquit, ô Euangele, propter verba tua magis vana quam vera, sed propter totius cohortis reverentiam, quem scio avide istud audire, ostendam nec me sermonis oblitum, nec sacrorum Vergilium imperitum. Hoc autem

<sup>1</sup> Congregatis in tempore constituto | Omnia hec adiungit, Tu genitor cape Sacra manus, ex veteri codem eruimus, genuina germana Macrobiī nostri. *Pont.*

<sup>2</sup> Ante cœnandum | Ita omnino legendum, non inter cœnandum. Nam cum (ut liquet ex fine libri 2. antecedentis) exorto Sole ut congregarentur constitutum esset, id

temporis adusque cœntam silentio transmissum verisimile haud est. Itaque pro, *inter*, <sup>3</sup> ante reponendum curavimus. *Idem.*

<sup>3</sup> Promisisti fore | Supra pag. 267. Et si tantæ, inquit, dissertationis sermo concesserit, promisito fore ut Vergilius noster pontifex maximus afferatur. *Idem.*

reputo

reputo principaliter præmittendum, quo ad hoc quis diis superis rem sacram recte perficiat, <sup>4</sup> prius cum rite purificari oportere. Et hoc Vergilius prius plane demonstrat, quum Æneam Pontificem introducit <sup>5</sup> patri suo sic loquentem :

*Tu genitor cape sacra manu patriosque Penates :  
Me bello è tanto digressum & cæde recenti,  
Atrectare nefas ; donec me flumine vivo  
Abluero.*

post Caietæ quoque nutricis sepulturam, quo potissimum navigans appellitur. quam ad eam partem,  
*per quam fluvio Tiberinus ameno*

*In mare prorumpit,*  
ut confestini in ipso Italiæ limine fluviali unda ablutus posset quam purissime Jovem

Pbrygiamque ex ordine matrem  
invocare. quid ? quod Euandrum aditurus per Tiberim navigat, quod eum esset reperturus Hericuli lacra celebrantem, ut purificatus facris possit hospitalibus interesse ; Hic & Juno ipsa conqueritur non magis quod Æneam contigisset contra suum velle in Italiam pervenire, quam quod <sup>7</sup> optato potiretur *Tibridis alveo* : quia sciret eum hoc amne purificatum posse sacra etiam sibi rite perficere. nam ne supplicari quidem sibi ab eo veller. Nunc quoniam purificationem ad lacra superiorum pertinentem deorum in Vergiliana observatione monstravimus, videamus utrum & circa inferorum deorum cultum

<sup>4</sup> *Prius cum rite purificari oportere* | Martialis ad Domitianum : Meminerit non nisi religionis purificatione lustratus, accedere ad templo dekere. Glossarium: *ǣrīcūs*, purgo, purifico. Idem.

Vergilius prius plane demonstrat | Existimo in eo latere *ǣmōnōn*, quale solet Virgilio dare Macrobius pro artificio, quod in eo demostriat. Forte: *Virgilius prius*. Infra c. 5. *Adeo omnem pietatem in sacrificiis, qua Dñs extribenda sunt posuit*. Gron.

<sup>5</sup> *Patri suo sic loquentem* | Quod in veteris licet libris est; *Violatum cum se nescit* Æneas multa cæde pollutum, air. Sentui solum turbando est. In Scripto quodammodo quoque compensi, sed confusum & lacerum. Pons.

<sup>6</sup> *Tu genitor cape Sacra manus patriosque penates* | Respexit Seneca libro de Beneficiis 3. *Cum complexas sacra ac penates religiosus senex vadenter non simplici sarcina premere*. Idem.

<sup>7</sup> *Patiretur Tibridis alveo* | Vocem, alveum contrahere potis solenne. An & ita Papinius in Propemptico Metii Celeris versus? *Juvenis dubio committitur alto Metius*. Nam fieri recte dici possit, *dubio also*, hic tamen quomodo recte dicatur? Dixerat enim id jam ante. An itaque verum fuerit, *dubio*

committitur alveo. & firmiter non leviter, quod subdit; atq[ue] anima partem super aquora nostra majorem transferre parat. Propertia: *Portabat sanctos alvenses isto viro*. Sed nihil in verbis istis Papinius verius recepta lectio. Committitur dubio alto sive dubio mari Metius, paratque non, ut ille, dimidium, sed partem majorem animi poete transferre super æquora. Quid clarius dici, quid simplicius potuit? In illo autem Martonis in Catalect.

*Flavum prope Tibrim olentes nauticum  
Vocare.*

An faciliendum? Alveumque propter Tibrim obiectos nauticum Vocare. Alveum Tibrim, ut, rete jaculum, Marmora monumenta, & talia. Videatur illud de Tibri intelligendum & vero jara alveoso & ab aquis sterili. Docent vel illa sequentia:

*Ubi appulsa rates  
Stant in vadis cano retent sordido,  
Macraque luctantes aqua.*

Item lapis vetus: CUR. ALBEL TIBERIS.  
ET. CLOACARUM. URBIS. Idem.

PROG

proprietatem moris idem Poëta servaverit. Constat dis superis sa-  
cra facturum corporis ablutione purgari. cum vero inferis litandum  
est; satis actum videtur si adspersio sola contingat. de sacris igitur  
superiorum ait Aeneas :

*donec me flumine vivo*

*Abluero.*

at Dido <sup>8</sup>cum sacra dis inferis instituit ait;

*Annam cara mihi matrix huc sifte sororem :*

*Dic corpus properet fluvali spargere lympha.*

& alibi:

*Sparserat & latices simulos fontis Avernus.*

necnon cum Misenum sepulturæ mandari refert:

*Idem ter socios pura circumculit unda*

*Spargens rore levi.*

sic & cum facit Aeneam apud inferos ramum Proserpinæ consecratu-  
rum ita infert:

*Occupat Aeneas aditum, corpusque recenti*

*Sparget aqua.*

<sup>8</sup> Cum Sacra Diis inferis instituit] Erat in calamo exarato: inferis statuit. Et ea vox propria sacrorum est. Maro: Craterosque duos statuam tibi pinguis olivi. Respergit quod Suetonium credam Augusto, sub finem: Quem veller incidi in anis rabilis, quia ante

Mausoleum statuerentur. Ubi tamen insolen-  
tia dictionis suspecta accutissimo Casabubo-  
no, quasi plis potius conveniat verbum, sta-  
tuuerentur. Ego non sollicitem. Et accedit illud Tertulliani ex Scropidaci c. 10. Nec imagi-  
nem tuam auream, quam statuisti, edas bimus. Id

## C A P. I L

*Quam propriæ Vergilius usus sit verbis ad sacra pertinentibus.*

V Erborum autem proprietas tam poëtæ huic familiaris est; ut talis observatio in Vergilio laus esse jam definat. nullis ramen magis propriæ usus est, quam sacris vel sacrificialibus verbis. & primum illud non omiserim, in quo plerique falluntur:

*extaque falsos*

*Porriciam in fluctus.*

non, int quidam, *projiciam*; aestimantes dixisse Vergilium projicientia exta, <sup>1</sup> qui adjectit, *in fluctus*. sed non ita est. nam & ex disciplina haruspicum & ex præcepto pontificum verbum hoc solemne sacrificantibus est: sicut Veranius ex primo libro Pictoris ita dissertationem hujus verbi exsecutus est, <sup>2</sup> *Exta porriciunto, diis danto in altaria a-*  
*ramve focumve, eove quo exta dari debebunt.* Porrificere ergo non *projicere*, proprium sacrificii verbum est; & quia dixit Veranius, *in*  
*aram focumve eove quo exta dari debebunt*; nunc pro ara & foco ma-  
re accipiendum est, cum sacrificium diis maris dicatur. ait enim;

<sup>1</sup> Qui adjectit, in fluctus! Retraxerim ex proxima dictione, literaliā, Quid adjectit. <sup>2</sup> Ex porriciantib, diis danto] Ita refinxi-  
mus ex Scripto, in quo: porriciantib distanto.  
Pent.

Di

*Di quibus imperium est pelagi, quorum aquora curro,  
Vobis letus ego hoc carentem in litore taurum  
Constituam ante aras voti reus, extaque salbos  
Porrisciam in fluctus, & vina liquentia fundam.*

*ex his docetur in mare rite potuisse porrisci extra, non, prosci.*  
*Constituam ante aras voti reus.*

Hec vox propria sacrorum est; ut reus vocetur qui suscepto voto se numinibus obligat; <sup>3</sup> damnatus autem, qui promissa vota non solvit. Sed de hoc non opus est à me plura proferri, cum vir doctissimus Eustathius paulo ante hanc partem plenius exsecutus sit.

Est profundam scientiam hujus poëte in uno sàpere reperire verbo, quod fortuito dictum vulgus putaret. multifariam enim legitimus quod litare sola non possit oratio, nisi & is qui deos precatur etiam aram manibus apprehendat. inde Varo divinarum libro quinto dicit aras primum alas dictas; quod esset necessarium à sacrificiabantibus eas teneri. ansis autem teneri solere vasa quis dubitet? commutatione ergo literarum aras dici coptas, ut Valesios & Fusios dictos prius nunc Valerios & Furios dici. hæc omnia illo versu poëta excutus est:

*Talibus orantem dictis arasque tenentem  
Audit omnispotens,*

nonne eo additum credideris non quia orabat tantum, sed quia & aras tenebat auditum? nec non cum ait,

*Talibus orabat dictis, arasque tenebat.*

item:

*Tango aras, medios ignes ac numina testor.*

candem vim nominis ex apprehensione significat.

Idem poëta tam scientia profundus quam amoenus ingenio nonnulla de veteribus verbis quæ ad proprietatem sacrorum noverat pertinere ita interpretatus est, ut mutato verbi sono integer intellectus maneret. nam primo pontifici juris libro apud Pictorem verbum hoc positum est, *vitulari*, de cuius verbi significatu Titius ita retulit. *Vitulari* est voce *letari*. Varro etiam in libro quindecimo rerum divinarum ita refert; quod pontifex in sacris quibusdam *vitulari* soleat, quod Græci *maravilij* uicant. Has tot interpretationis ambages quam paucis verbis & docta eloquentia Maronis expressit:

*Lætumque choro pœna canentes.*

nam si *vitulari* est voce *letari*, quod est *maravilij*, nonne in cantu

<sup>3</sup> Damnatus autem, qui promissa vota non solvit. Multis disputat Jof. Castalio J.C. Observatione Decade 3. cap. 9. hic legi debere, sublatâ negatione, qui promissa vota jam solvit. At Macrobius intelligit potius eum propriè *voti damnatum* appellari, qui promissum votum cum non solvit, *is damnatus* siue *damnatus* habeatur ut solvat. Itaque praedit obligatio, quam qui præstiterit, *votus reus* dicitur, qui autem reus voti non toluit is

damnatus voti est, ad id solvendum. Idem.

\* *Dotta eloquenter Maronis!* An hic agitur de eloquentia poëta? Nupc quoque Stephanum audimus. Antiqui *elegans*, qui judicium meum accipiunt. Ea enim consistit in delectu proprioru[m] cuique rei verborum, quam in illo Vettius jam ostendit. Infra cap. 11. *Poeta enim aque in rebus doctrina & in verbis sedator elegans*. Cap. 4. vocat non incuriosam fulibilitatem. Gron.

læti ~~tristis~~<sup>et</sup> enarratio verbi perfecta servata est? & ut huic vocabulo diutius immoremur, <sup>8</sup> Hyllus libro, quem de dis compositum, ait Vitulam vocari deam, quæ lætitiae præest. Piso ait vitulam victoriæ nominari, cuius rei argumentum profert; quod postridie Nonas Julias re bene gesta, cum pridie populus à Tuscis in fugam versus sit, unde *Populis fugia* vocantur, post victoriæ certis sacrificiis fiat vitulatio. quidam nomen ejus anima versum putant quod potens sit vitæ tolerandæ. ideo huic deæ pro frugibus fieri sacra dicuntur, quia frugibus vita humana toleratur. unde hoc esse animadvertisimus quod ait Vergilius;

*Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito;  
ut vitula dixerit pro vitulatione. quod nomen esse sacrificii ob lætitiam facti superius expressissimum. Meminerimus tamen sic legendum per ablativum;*

*Cum faciam vitula pro frugibus.*

id est, cum faciam rem divinam, non ove, non capra, sed vitula; tamquam dicat, cum vitulam pro frugibus sacrificavero, quod eit, cum vitula rem divinam fecero. Pontificem Ænean vel ex nomine referendorum laborum ejus ostendit. pontificibus enim permissa eit potestas memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi; & hos annales appellant equidem maximos, quasi à pontificibus maximis factos. unde ex persona Æneæ ait;

*Et vacat annales tantorum audire laborum.*

<sup>8</sup> Hyllus libro quem de dis | Rescriperat Scriverius ad oram libri sui, *Hymnus*. Qui & aliquoties à Macrobio in testimonium adducitur. Quamvis eodem notante, Hyllus inter Romana etiam nomina reperiatur in Inscripti-

tionibus, & apud Martialem. *Pont.*

<sup>6</sup> Cum faciam vitulæ pro frugibus | Juvenalis interpres vetus Sat. 9. aliter citat: *Cum faciam vitulum p. f.* Hoc monere volui Meurs.

### C A P. III.

*De sacro, profano, sancto, & religioso; quid ea sint, & quam diligenter horum verborum proprietates expresserit Maro.*

**E**T quia inter decreta pontificum hoc maxime queritur: quid *sacrum*, quid *sanctum*, quid *religiosum*: querendum utrum his secundum definitionem suam Vergilius usus sit, & singulis vocabuli sui proprietatem suo more servarit.

*Sacrum* est, ut Trebatius libro primo de religionibus refert, quicquid est quod deorum habetur. Hujus definitionis poëta memor, ubi *sacrum* nominavit, admonitionem deorum pæne semper adjecit:

<sup>1</sup> Quid sacrum, quid sanctum | Inserit altero statim loco. Plautus etiam dixit: *Anglicanus, Quid sacrum, quid profanum.* <sup>2</sup> Quid *sacrum*, quid *profanum* tales: pars Quod germanissimum est. & agitur de eo penditur. *Pont.*

*Sacra Dioneæ matri divisque ferobam.*

item :

*Sacra Fovi Stygio quæ rite inceptra paravi.*

item : *Tibi enim tibi maxima Juno*

*Mactat sacra ferens.*

*Profanum omnes pñne consentiunt id esse, quod extra fanaticam causam sit, quasi porro à fano & à religione secretum, cuius significatus exemplum exēcutus est cum de luco & aditu inferorum sacro utroque loqueretur :*

*Procul ô procul este profani,*

*Conclamat vates, toroque abfistie luco.*

Eo accedit quod Trebatius *profanum* id proprie dici ait, *quod ex religioso vel facto in hominum usum proprietatemque conversum est;* quod apertissime poëta servavit cum ait :

*Faune precor miserere, inquit, tuque optima ferrum*

*Terra tene; colus vestros si semper honores;*

*Quos contra Æneadæ bello fecere profanos.*

dixerat enim,

*Sed stirpem Teucris nullo discrimine sacrum*

*Sustulerant.*

unde ostendit proprie *profanum*, quod ex *sacro* promiscuum humanis actibus commodatum est.

*Sanctum* est, ut idem Trebatius libro decimo religionum refert, *sacerdum idem quod sacrum idemque quod religiosum;* *sacerdum altud, hoc est, nec sacrum nec religiosum est.* *Quod ad secundam speciem pertinet,*

*Sancta ad vos anima atque istius infusa culpa*

*Descendam.*

non enim *sacro* aut *religioso* ejus anima tenebatur, quam *sanctam*, hoc est, incorruptam, voluit ostendere. ut in illo quoque :

*Tuque ô sanctissima conjux*

*Felix morte tua.*

In quo castitatis honorem incorruptæ uxoris amplexus est, unde & *sancæ leges*; quæ non debeant pñne sanctione corrupti. Quod autem ad priorem speciei definitionem de *sancto* attinet; id est, ut non aliud sit quam *sacrum* aut *religiosum* ;

*Ecce levis summo de vertice visus Iuli*

*Fundere lumen apex,*

Et paulo post :

*Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem*

*Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.*

hic enim *santos* ac si *sacros* accipiemus, quia *divinitus* contigerant item :

*Tuque ô sanctissima vates*

*Præcia venturi :*

non aliud nisi *sacram* vocat, quam videbat & deo plenam & sacerdotem. T Superest

Supereft ut quid sit religiosum cum Vergilio communicemus.  
<sup>2</sup> Servius Sulpicius religionem esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota ac seposita à nobis sit; <sup>3</sup> quasi à relinquento dicta, <sup>4</sup> ut à carendo ceremonia. hoc Vergilius servans ait:

*Est ingens gelidum lucus prope Cæretis amnum  
Religione patrum late sacer.*

& adjecit, quo proprietatem religionis exprimeret:

*Undique colles  
Inclusere cavis, & nigra nemus abiete cingunt.*

quæ res utique faciebat lucum à populi communione secretum; &, ut relictum locum ostenderet non sola adeundi difficultate, adjecit & sanctitatem.

*Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos  
Agrorum pecorisque deo.*

Secundum Pompeium Festum religiosi sunt, qui facienda & vitanda discernunt. hinc Maro ait:

*Rivos deducere nulla*

*Religio vetuit.*

Quod autem ait, *deducere*: nihil aliud est quam detergere. nam festis diebus rivos veteres folidatos detergere licet, novos fodere non licet.

<sup>5</sup> transcurso & hoc notandum est, quod & ipse velut præteriens sub uhius verbi significatio[n]e projicit. cavitur enim in jure pontificio, ut, quoniam oves duabus ex causis lavari solent, aut ut curetur scabies, aut ut lana purgetur, festis diebus purgandæ lanæ gratia oves layare non liceat; liceat autem si curatione scabies abluenda sit. idem hoc quoque inter concessa numeravit;

*Balantumque greges fluvio mersare.*  
 quod si hucusque dixisset; licita & vetita confuderat: sed adjicendo, *salubris, causam concessæ ablutionis expressit.*

<sup>2</sup> Servius Sulpicius religionem esse dictam tradidit. | Gellius lib. 4. cap. 9. Mæsurum Sabinum hujus sententiae laudat auctorem. Necessario th alterutro mendum. Mewsi.

<sup>3</sup> Quasi à relinquento dicta religio | A relegendo videatur deducere versus hic vetus: Re-

legentem esse oportet, religiosum nefas. Pont. <sup>4</sup> Ut à carendo ceremonia | Ceremonia vocem ab oppido Cere fluxisse videtur innuere Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. §. 10. Qui videndus. Idem.

## C A P. I V.

*Quid delubrum, quid dii Penates. Et quod ne in his quide n Vergilius à sua recesserit diligencia.*

**N** Omina etiam sacrorum locorum sub congrua proprietate proferre pontificalis observatio est. Ergo delubrum quid pontifices proprie vocent, & qualiter hoc nomine Vergilius usus sit, requiremus. Varro libro octavo rerum divinarum, *Delubrum aut alios astimare, in quo præter aedem sit area assumpta deum causa, ut est in circulo Flaminio Jovis Statoris; alios in quo loco dei simulacrum dedicatum est.* & adjectit: *sicut locum in quo figerent candelam candelabrum appellatur: ita in quo deum ponerent nominatum delubrum.* His à Varrone præscriptis intelligere possumus id potissimum eo probatum, quod ex sua consuetudine in ultimo posuit, ut à dei dedicato simulachro delubrum cœperit nuncupari. Vergilius tamen utramque rationem diligenter est exsecutus. ut enim à postrema incipiamus; obseruavit delubrum nominatus aut proprie deorum nomina aut ea quea diis accommodarentur inserere.

*At gemini lapsu delubra ad summa dracones.*

*Effugient.*

&, ut mox simulachrum nominaret, subtexuit:

*Sævæque petunt Tritonidos arcem,*

*Sub pedibusque deæ clypeique sub orbe teguntura  
item:*

*Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esse*

*Ille dies.*

illam vero opinionem de area, quam Varro prædixerat, non omisit:

*Principio delubra adeunt, pacemque per aras*

*Exquirunt.*

& mox:

*Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras.*

quid enim est spatiatur, quam spatio lati itineris obambulat? quod adjiciendo, *ante aras,* ostendit aream assumptam deorum causa. ita suo more velut aliud agendo implet arcana.

Dè diis quoque Romanorum propriis, id est, Penatibus, adspersa est huic operi non incuriosa subtilitas. Nigidius enim de diis libro nonodecimo requirit num dii Penates sint Trojanorum Apollo & Neptunus, qui muros eis fecisse dicuntur; & num eos in Italiam Aeneas advexerit. Cornelius quoque Labeo de diis Penatibus eadem existimat. hanc opinionem sequitur Maro cum dicit,

<sup>1</sup> In quo deum ponerent nominatum deus. | Zizor, Αριστοφ., item, Ιδηγη, delubrum | Glostarium, delubrum, ιδηγη, Pont.

*Sic fatus meritos aris maſtabat honores :  
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.*

Varro humanarum secundo Dardanum refert deos Penates ex Samothrace in Phrygiam & Aenean ex Troia in Italiam detulisse. Qui sint autem dii Penates in libro, quidem memorato Varro non exprimit: sed, qui diligentius eruunt veritatem, Penates esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus: esse autem medium æthera Jovem, Junonem vero imum aëra cum terra, & Minervam summum ætheris cacumen. & argumento utuntur, quod Tarquinius Demarati Corinthii filius, Samothracicis religionibus mystice imbutus, uno templo ac sub eodem recto, numina memorata conjunxit. Caius Hemina dicit, Samothracas deos eosdemque Romanorum Penates proprie dici *D̄s μεγάλος, D̄s γένεσ, D̄s δυωτής*. Noster hæc sciens ait.

*Cum sociis natoque, penatibus & magnis d̄s.  
quod exprimit D̄s μεγάλος. Sed & omnia hæc nomina cum in uno de supradictis numinibus servat, doctrinam proculdubio suam de omni hac opinione confirmat. cum enim ait :*

*Junonis magna primum prece numen adora;  
τὸν μεγάλον nominavit:*

*Affit leticie Bacchus dator, & bona Juno;  
τὸν γένεσιν; dominamque potentem, τὸν δυωτήδ. Eodem nomine appellavit & Vestam, quam de numero Penatum aut certe comitem eorum esse manifestum est: adeo ut & consules, praetores seu dictatores, cum adeunt magistratum, Lavinii rem divinam faciant Penatibus pariter & Vestæ. Sed & Vergilius, ubi ex persona Hectoris dixit,*

*Sacra suoque tibi commendat Troja Penates:  
mox subjecit:*

*Sic ait & manibus vittas Vestamque potentem,  
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.  
addidit Higinus in libro, quem de diis Penatibus scripsit, vocari eos  
D̄s μεγάλος, sed nec hoc Vergilius ignoratum reliquit:*

*Dis patris servato domum, servate nepotem.  
& alibi,*

*patrisque Penates.*

<sup>3</sup> *Penates proprie dici D̄s μεγάλος | Petron. Dii majores sunt qui me resistuerunt in inter-  
vnam . Idem.*

## C A P. V.

*Quanta fuerit Vergilius cura in exprimendis diversis hostiarum generibus: & cur Mezenium contemptorem dixerit deorum.*

**N**ECE minus de sacrificiorum usu quam de deorum scientia diligenteriam suam pandit. Cum enim Trebatius libro primo de religionibus doceat hostiarum genera esse duo; unum in quo voluntas dei per exta disquiritur, alterum in quo sola anima deo sacratur, unde etiam Haruspices animales has hostias vocant, utrumque hostiarum genus in carmine suo Vergilius ostendit. & primo quidem illud quo voluntas numinum per exta monstratur.

*Mactat lectas de more bidentes,  
& mox;*

*Pecudumque reclusis*

*Pectoribus inhiens spirantis consulit exta.*

alterum illud, in quo hostia animalis dicitur quod ejus tantum anima sacratur, ostendit, cum facit Entellum victorem Eryci mactare taurum. nam, ut exploreret animalis hostiae causas, ipso usus est nomine:

*Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis.*

& ut nuncupata vota signaret, ait, persolvo: quod de voto proprie dicitur, utque ostenderet persolutum diis signavit, dicens:

*Sternitur, exanimisque tremens procumbit buni bos.*

Videndum etiam ne & illam hostiam ostendar animalem;

*Sanguine placatis ventos & virgine cesa,*

*Cum primum Ilissacum Danai venisset ad oras:*

*Sanguine querendi reditus, animaque litandum*

*Argolisca.*

nam & animam, id est, hostiae nomen posuit, & litare, quod significat sacrificio facto placasse numen.

In his ipsis hostiis vel animalibus vel consultatoriis quedam sunt, quae hostiae injuges vocantur, id est, quae nunquam dominare aut jugo subditae sunt. harum quoque noster poeta sic meminit;

*Nunc grege de niveo septem mactare juvencos*

*Præstiterat, totidem lectas de more bidentes.*

&, ut injuges evidenter exprimeret, adjecit;

*& intacta totidem cervice juvencos.*

Eximii quoque in sacrificiis vocabulum non poetum dicitur, sed sacerdotale nomen est. Veranius enim in pontificalibus questionibus docet eximias dictas hostias quae ad sacrificium destinatae eximuntur e grege; vel quod eximia specie quasi offerenda numinibus elegantur. hinc ait;

*Quatuor eximios præstanti corpore tauros.*

ubi quod eximuntur eximios, quod eliguntur præstanti corpore dicendo

cendo monstravit. Ambarvalis hostia est, ut ait Pompeius Festus, quæ rei divinæ causa circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt. hujus sacrificii mentionem in Bucolicis habet, ubi de apotheosi Daphnidis loquitur:

*Hæc tibi semper erunt & cum solemnia vota  
Reddemus nymphis, & cum lustrabimus agros.*

ubi *lustrare* significat circumire. hinc enim videlicet & nomen hostiæ acquisitionis est ab ambiendis arvis. sed & in Georgicorum libro primo:

*Terque novas circum felix eat hostia fruges.*

Observatum est à sacrificantibus ut si <sup>1</sup> hostia, quæ ad aras duceretur, fuisset vehementius reluctata, ostendissetque se invitam altari bus admoveri, amoveretur: quia invito deo offerri eam putabant. Quæ autem stetisset oblata, hanc volenti numini dari æstimabant hinc noster:

*Et ductus cornu, stabit sacer hircus ad aras.*

& alibi:

*Et statuam ante aras aurata fronte juvencum.*

Ad eo autem omnem pietatem in sacrificiis, quæ dis exhibenda sunt, ponit; ut propter contrariam causam Mezentium vocaverit contemptorem deorum. neque enim, ut Alpero videtur, ideo contemptor divum dictus est, quod sine respectu deorum in homines impius fuerit. alioquin multo magis hoc de Busiride dixisset; quem longe crudeliorem *Illaudatum* vocasse contentus est. Sed veram hujus contumacissimi nominis causam, in primo libro Originum Catonis diligens lector inveniet, ait enim Mezentium Rutulis imperasse ut sibi offerrent quas dñs primitias offerebant, & Latinos omnes similis impensis metu ita vocasse: JUPITER. SI. TIBI. MAGIS. CORDI. EST. NOS. EA. TIBI. DARE. POTIUS. QUAM. MEZENTIO. UTEI. NOS. VICTORES. FACIAS. Ergo quod divinos honores sibi exegerat, merito dictus est à Vergilio contemptor deorum. hinc pia illa insultatio sacerdotis;

*Hæc sunt spolia & de rege superbo.*

*Primitie.*

ut nomine contumacia, cuius poenas luit, raptas de eo noraret exprias.

<sup>1</sup> *Hostia quæ ad aras duceretur | Ducere solennis ea in re dictio. & reddenda Juvenali Satyra 12. Niveam regina ducimus agnam,*

*ex Scripto nostro. Vulgo cedimus. At illud interpres quoque vetus agnoscit. Pons.*

## CAP. VI.

*Mirandam fuisse Vergilii cum circa Romana, tum circa externa etiam sacra doctrinam: quod ex Apollinis Delis & Herculis villassis sacris ostenditur.*

**M**irandam est hujus poëte & circa nostra & circa externa sacra doctrinam. neque enim de nihilo est quod cum Delon venit Aeneas, nulla ab eo cœsa est hostia; cum protisceretur, Apollini & Neptuno res facta divina est. constat enim, sicut Cloatius Verus ordinatorum libro secunda docet, esse Deli aram; apud quam hostia non ceditur, sed tantum sollemini deum prece venerantur. verba Cloatii haec sunt: *Deli ara est Apollinis Teynōtē, in qua nullum animal sacrificatur: quam Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt.* Hanc ergo esse quæ adoratur ab Aenca Teynōtē aram poëta demonstrat. siquidem templum ingressus ponit ex hullo acto sacrificio statim inchoat precem; &c, ut Teynōtē expressius nominaretur:

*Da Pater augurium.*

at vero cum taurum mox immolat Apollini & Neptuno, apud aliam utique aram factum intelligimus. & bene supra tantummodo patrem, quod ibi proprium est, & infra, quod commune est, Apollinem nominat.<sup>3</sup> meminit hujus aræ & Cato de liberis educandis in haec verba; *Nuterix bœo omnia faciebat in verbenis ac tubis sine hostia, ut Deli ad Apollinis Genitivi aram.* Eodem versu non omittendum puto cur *saxo vetusto* dixerit exstructum templum. Velius Longus, *Immunitio est*, inquit, *epitheti. vult enim dicere vetustatem tempis.* hunc multi ali commentatores fecuti sunt. sed frigidum est, ædificii æratem notare. Epaphus autem, vir plurimæ lectionis, libro septuaginta ait Delphis quodam tempore evenisse ut templum religiosum ante & intactum spoliatum incensumque sit: & adjicit, multas circa Corinthum urbes insulasque proximas terræmoru haustas; Delon neque ante neque postea hoc incommodo vexatam, sed semper eodem manere saxo. Thucydides etiam historiarum libro tertio idem docet. non mirum ergo si præsidio religionis tutam insulam semper ostendens ad reverentiam sibi locorum accessisse dicit continuam taxi ejusdem, id est, insulæ firmitatem. Ut servavit Apollinis genitoris

<sup>3</sup> *Deli ara est Apollinis γαῖτοποι!* Meminit Laertius Diogenes lib. 8. *Βερμὸς αρρωστηταὶ μένον τὸ Δίλω τὸ Απόλλωνος τὸ γαῖτοποι,* ὃ εἰνὶ ὅμοιον τὸ καρπίνιον, σιὰ τὸ πυργὸν καὶ κερδάτην, καὶ τὰ πόταρα μέρα τὸ δεῦρον αὐτῷ ἀγέντες, ἵσπεῖν τὸ μαύρον. *Ἄσθραστο μέδο* (*Pythagoram*) *Apollinis Genitris aram in Delo,* qua retro corneam est posita, quoniam farra, hordeum, placentasque solas circa ignem apponere illic maris est, viatimes ve-

ro nullas. Flaccus quoque alludit: *Phabi Genitoris ab arara Vetus ait. Pont.*

<sup>2</sup> *Meminit hujus aræ & Cato de liberis educandis | Ita etiam v. c. Lego, Meminit hujus & Varro Cato d. l. e. Caro, sive de liberis educandis, noscimus Varronis liber. Librarii indocti male hic convenire utraque ista nomina existimantes, alterum insignitam fraude ejeerunt. Mens.*

proprietatem vocando patrem: idem curavit Herculem vocando vi-  
storem.

*Hec, inquit, limina victor  
Alcides subiit.*

Varro divinarum libro quarto victorem Herculem putat dictum, quod omne genus animalium vicerit. Romæ autem Victoris Herculis ædes duæ sunt; una ad portam trigeminam, altera in foro boario. Hujus <sup>3</sup> commenti causam <sup>4</sup> Mafurius Sabinus Memoria- lium libro secundo aliter exponit. Marcus, inquit, Octavius Heren- nius prima adolescentia tibicen, postquam <sup>5</sup> artis distisus sua est, in- stituit mercaturam; Et bene re gesta <sup>6</sup> decimam Herculis profanavit. postea cum navigans hoc idem ageret, à prædonibus circumvenitus for- tissime repugnavit, & victor recessit. hunc in somnis Hercules docuit sua opera servatum. cui Octavius impetrato à magistratibus loco ædem sacravit & signum; Victoremque Isteris incisis appellavit. dedit ergo opitheton deo, quo & argumentum veterum victoriarum Herculis & commemoratio nuæ historiae, quæ recentis Romano sacro causam dedit, contigeretur. Nec frustra in eodem loco dixit;

*Et domus Herculei custos Pinaria sacri.*

quidam enim aram maximam cum vicino conflagraret incendio liber- ratam à Pinariis ferunt; & ideo sacri custodem domum Pinariam dixisse Vergilius. Appio Claudio premo corripit fabra serui probabis prodiderunt. <sup>7</sup> Sed Verarius Pontificalis in eo libro quem fecit de supplicationibus ita ait: Pinariis qui novissimi comes prandio venissent, cum iam manus pransores levarente præcepisse Herculem, ne quid postea ipsi aut progenies sporum ex decima gustarent sacranda sibi, sed ministrandi tantummo- da causa non ad epulas convenienter. quasi ministrantes ergo sacri cu- stodes vocari: ut ipse Vergilius alibi;

*At Trivio custos jamdudum in montibus Opis,*

<sup>3</sup> [Commenti] Cognovimus legit Cl. Sal- matus in Exercit. Plinianis. Pont.

<sup>4</sup> Mafurius Sabinus | Mafurius, ex Per- fio, Mafuri rubrica. Neravimus superius p. 638. & probavimus ex interprete vetere. cui addas velim ex Athieno: Oi ἡ τοῦ δεκάτου δῆμον ἐπιδημοτερεστὸν εἰννοοῦσες οἵτε Μαλέας Θεοὶ πάντας ἔχοντες, καὶ πάντας προσεῖταις οἱ προσείταις θεούς, id est, Illi autem depropositi qui accesserant ad convivium bi erant; Mafurius legum inter- pres, quique non leviter onus disciplinali articulat. Rerum in Argumento Operis. Pone.

<sup>5</sup> Artis distisus sua | Respus: Distisus & peritissum dicebant, quod nunc distisum & per- itissum. Idem.

<sup>6</sup> Decimam Herculis profanavit | Profanar-

in his Mafuriis verbis non *βασιλεὺς* est, ut su- pra in Trebatii, sed *τιμητέον*. Varro *fanare* dixit lib. 5. Verba eius, quæ huic loco unice illustrando sunt, sic habent: *Hinc profanatum est quod ante fanum, id est, conjunctum fano Hinc profanatum quod in sacrario pollutum.* Atque inde Herouli decuma data ab eo est, quod sacrificio quo fanatur, id est, ut fani lege sū id dicatur. Pollorum (malum, lego sit, Id dicitur pollutum) quod à porridente est fictum. Cum enim ex mercibus libamenta porridentur sunt Herculi in atra, tum pollutum est: ut cum profanatum dicatur, id est, proinde ut se fani fa- ciant. Idem.

<sup>7</sup> Sed Verarius pontificalis | Ita etiam v. c. Lego tamen Verarius, cuius multa mentio Fefio, & ipsi huic Macrobius. Menfis.

id est ministra; Nisi forte custodem dixit eam, quæ se prohibuerit & custodierit à sacris; ut ipse alibi;

*Et custos furum atque avium cum falce saligna  
Helleponiaci servet rugula Priapi.*

Hic utique custodem prohibitorem avium furumque significat.

*Hec ubi dicta, dapes jubet & sublata reponit*

*Pocula; gramineoque viros locat ipso sedili.*

non vacat quod dixit sedili. nam propria observatio est in Herculis sacris epulari sedentes. & Cornelius Balbus *xvi* libro octavodecimo ait apud aram maximam observatum ne lectisternium fiat. Custoditur in eodem loco ut omnes aperto capite sacra faciant. hoc sit ne quis in æde dei habitum ejus imiteretur. nam ipse ibi operto est capite. Varro ait Græcum hunc esse morem: quia sive ipse, sive qui ab eo relictæ aram maximam statuerunt, Græco ritu sacrificaverunt. <sup>8</sup> hoc amplius addit Gavius Bassus. idcirco enim hoc fieri dicit; quia ara maxima ante adventum Æneæ in Italia constituta est, <sup>9</sup> qua hunc ritum velandi capit is invenit.

<sup>8</sup> Hoc amplius addit Gavius Bassus. | Scribo Gabius Bassus. Idem. | Lego ut est in v. c. qui h. r. de quo ritu plenus in Variarum libris. Idem.

<sup>9</sup> Quia hunc ritum velandi capit is invenit. |

## C A P. VII.

Ea etiam quæ negligenter in Vergilio transmittuntur à legentium vulgo, non carere sensuum profunditate. Et homines sacros-cur occidere licuerit.

EA quoque, quæ incuriose transmittuntur à legentium plebe, non carent profunditate. nam cum loquereretur de filio Pollionis, idque ad principem suum spectaret: adjecit;

*Ipsæ sed in præsis aries jam suave rubenti.*

*Murice, jam croceo mutabit vellera tuto.*

Traditur autem in libro Etruscorum, si hoc animal insolito colore fuerit induitum, portendi imperatori omnium rerum felicitatem. <sup>1</sup> est super hoc liber Tarquiti transcriptus ex ostentario Thusco,

<sup>1</sup> Portendi imperatori omnian rerum felicitatem. | V. c. auctior, Omniaum rerum cum felicitate largitatem. Optime: declarant sequent illa Tarquiti verba: Principi ordinis & generis & summa cum felicitate largitatem auget. Meurs.

<sup>2</sup> Est super hoc liber Tarquiti transcriptus ex ostentario Thusco. | In veteri recte Tarquini. Quo & illa Laclantii spectaverint: At Tarquinii Prisci librorum nullus, quæ sciatis ex agerib[us]. Supra lib. 2. cap. 16.

ostentariū arborarium Tarquinii Prisci laudatur. Qui an idem sit cum hoc Tarquio, & an ibi etiam reponi Tarquinius debat, ad eum locum dixisse nonnulli ac quasvis superiori memini, ibi videndum. Nolim enim adversari elegantissimo Piraeo, qui ex Plinio & Marcellino Tarquiti hoc loco retinendum censuit, & altero illo, id est secundo libro refingendum. Tu videbis Advers. lib. 1, cap. postremo. Post.

ibi

*abi reperitur: Purpureo aureo e colore ovis ariesve si adsperrgatur s  
principi ordinis & generis summa cum felicitate largitatem auger,  
genus progeniem propagat in claritate, letioremque efficit. Hujus-  
modi igitur statum Imperatori intransitu vaticinatur.*

Verbis etiam singulis de sacro ritu quam ex alto petita significet,  
vel hinc licebit advertere:

*Injecere manum Parce tuisque saecularunt  
Evandri.*

nam quicquid destinatum est dis, sacrum vocatur. pervenire autem ad deos non potest anima nisi libera ab onere corporis fuerit: quod nisi morte fieri non potest. ita ergo opportune <sup>3</sup> sacram Halesum facit, quia erat oppositus. & hic proprietatem & humani & divini juris secutus est. nam ex manus injectione pene mancipium designavit, & sacrationis vocabulo observantiam divini juris implevit. Hoc loco non alienum videtur de conditione eorum hominum referre, quos leges sacros esse certis diis jubent: quia non ignoro quibusdam mirum videri quod cum cetera sacra violari nefas sit + hominem sacrum jus fuerit occidi. cibus rei causa haec est. Veteres nullum animal sacrum in finibus suis esse patiebantur, sed abigebant ad fines deorum quibus sacrum esset: animas vero sacratorum hominum, quos Graeci ζωδιας vocant, dis debitas aestimabant. Quemadmodum igitur quod sacrum ad deos ipsos mitti non poterat à se tamen dimittere non dubitabant; sic animas quas sacras in coelum mitti posse arbitrati sunt viduatas corpore quam primum illo ire voluerunt. Disputat de hoc more etiam Trebatius religionum libro nono. cuius exemplum ne sim prolixus omisi. cui cordi est legere, satis habeat & auctorem & voluminis ordinem esse monstratum.

*3. Sacratum Halesum facit quia erat oppo-  
sus | Fortassis eadem hac ratione, sacrum  
appellat imperatorem Claudium Seneca Tra-  
gicus, cum jam Agrippinae occultis artibus,  
res ejus & vita in extrema starent tegula.  
Verius est 153. Octavia.*

*Ausa in omnino est bofis imperio sacri.  
Ita enim diserte extat in Codice veteri &  
scripto, quo ego apud Britannos nuper usus.  
Vulgo est, Orbis imperio sacri. At bofis  
peregrinitatem Claudi notaverit. Erat enim,  
ut ait Ille, Lugduni natur, Gallus Germanus.  
Cogitatis tamen vos curiosi. Idem.*

*4. Hominem sacrum ius fuerit occidi |  
Lex Tribunicia: SI. QUIS. IMP. QUI.  
PLEBISSCITO. SACER. SIT. OCCIDOR-  
IT! PARICIDA. NE. SIT. Vide Fe-  
stum in Sacer mons: & in Ver sacrum. Bu-  
daeus in Commentario Lingue Graecæ:  
Anathemata dicti sacri homines, quoniam cap-  
ta diis inferis dicata sunt & devota. Vide an  
huc spectet illud Pauli ad Romanos cap. 9,  
Vers. 3. optantia pro fratribus fieri anathe-  
ma. Idem.*

C A P.

## C A P. VIII.

*Quæ male enuntiando apud Vergilium corrumpantur. Et quod ea nec ratione apud hunc poëtam careant quæ fortuita esse vidensur: cum aliis quibusdam.*

**N**Onnullorum, quæ scientissime prolata sunt, male enuntiando corrumpimus dignitatem. ut quidam legunt;

*Discedo, ac ducente dea flammam inter & hostes  
Expedior:*

cum ille doctissime dixerit; *ducente deo, non, dea,* nam & apud Calvum Asterianus affirmat legendum,

*Pollentemque deum Venerem,*

non, *deam.* Signum etiam ejus est Cypri barbatum corpore, sed veste muliebri cum sceptro ac statura virili. & putant eandem matrem ac feminam esse. Aristophanes eam *'Αρεγέτην.* Lævinus etiam sic ait: *Venerem igitur alnum adorans, frue femina, frue mas est, ita uia alma noctiluca est.* Philochorus quoque in Atthide eandem affirmit esse lunam; & ei sacrificium facere viros cum veste muliebri. mulieres cum virili: <sup>3</sup> quod eadem & mas estimatur & feminæ.

Hoc quoque de prudentia religionis à Vergilio dictum est:

*Decidit exanimis vitamque reliquit in astris  
Aeris.*

Higinus enim de proprietatibus deorum, cum de astris ac stellis loqueretur, ait oportere his volucres immolari. nocte ergo Vergilius dixit apud ea numina animam volucris remansisse, quibus ad titan-

<sup>1</sup> *Lævinus etiam sic ait | Forte legendum Lævinus, cuius librum Sordidorum Veteris, citat Agellius lib. 20. cap. 11. Meurs.*

<sup>2</sup> *Uti alma noctiluca est | Glossarius. Noctiluca Eng. noctiluca. Scribendum fors Noctiluca. Sed in Johan. Sarisberiensis lib. 2. cap. 17. reperio Glossarii lectionem: Quale est quod noctilucam quandam vel Herodiadem, vel praesidem, noctis dominam concilia & conventus de nocte effervescere convocare. Si refinemus noctiluca, scribetur rectius, ut monuit Francis. Douza, Noctiluca. Logus Sarisberiensis videtur desumptus ex scriptore aliquo veteri. Ubi refindendum obiter, Herodiadem, pro Herodiadem. Heroides, nōcivis. Papinius: Quæ veteres Letias, Graecissimæ Heroidas aquæ, Alias non sollicitaverim. Pote.*

<sup>3</sup> *Quod eadem & mas estimatur & fa-*

mind | Et hoc est quod Partchi eam Lunam coluerunt non sexu soluus, sed nomine quoque masculo. Ælius Spartianus in Caracallo: Et quoniam Dei Lunæ seimus mentem, scindum doctissimis quibusque id memoria traditum: atque ita nunc quoque à Carrenis præcipue haberi, ut qui Lunam feminino nomine ac sexu putaveris nunc spandam, is addictus mulieribus semper inserviat: at vero qui matrem Deum esse credideris, id dominaret usori neque illas mulieres patiatur insidias. Unde quamvis Græci vel Ægyptii eo genere, quo feminato hominem, etiam Lunam deam dicant, mystice tamen deum dicunt. Clarissimus Calaubonus in Notis suis ad eum locum varietatis hujus, quod Luna virili ac formineo genere effervescere, causam ex linguis atque idiomate Orientalium repetendati demonstrat. Quem omnino vide. Idem.

dum

dum data est. Nec nomen apud se, quod fortuitum esse poterat, vacare permittit:

*Matrisque vocavit*

*Nomine Casmille mutata parte Camillam.*

nam Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo & ait, dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium; quo vocabulo significant præministrum deorum, unde Vergilius ait Metabum *Camillam* appellasse filiam Dianæ scilicet præministram. nam & Pacuvius cum de Medea loqueretur; *Celitum Camilla exspectata adveni.* *Salve hospita.* Romani quoque pueros & puellas nobiles & investes s Camillos & Camillas appellant, flaminicatum & flaminum præministros. Hanc quoque observationem ejus non convenit præterire.

*Mos erat, inquit, Hesperio in Latio, quem protinus urbes*

*Albane coluere sacrum, nunc maxima rerum*

*Roma colit.*

Varro de moribus morem esse dicit in judicio animi, quem sequi debet consuetudo. <sup>6</sup> Julius Festus de verborum significationibus libro tertiodecimo: *Mos est, inquit, institutum patrum, perinens ad religiones ceremoniasque majorum.* ergo Vergilius utrumque auctorem securus. & primo quidem Varronem; quoniam ille dixerat morem præcedere, sequi consuetudinem, postquam dixit; *Mos erat: subjunxit,*

*quem protinus urbes*

*Albane coluere, &c,*

*Nunc maxima rerum*

*Roma colit:*

quod perseverantiam consuetudinis monstrat. & quoniam Festus pertinere ad ceremonias ait; hoc idem docuit Maro adjiciendo, *sacrum,*

*Quem protinus urbes*

*Albane coluere sacrum.*

mos ergo præcessit & cultus moris securus est, quod est consuetudo. Et hic definitionem Varronis implevit. adjiciendo deinde, *sacrum,* ostendit morem ceremonias esse dicatum, quod Festus asseruit idem observavit & in duodecimo libro cum ait:

4. *Ait dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium;* In eadem voce Varro lib. 6. *Verbum Gracum, arbitror quod apud Callimachum in poematis ejus inveni.* Porro interpres Apollonii; *Kd'smuνος Ερμῆς εἶναι τὸ ισαρχὸν Διονυσίῳ.* Idem.

5. *Camillos & camillas appellant flaminicatum & flaminum præministros;* Iterum Varro: *Camillam qui glossemata interpretationes dixerunt administraram.* Et statim, *Dicitur in nuptiis Casmillus, qui cum erum fore, in quo quid sit in ministerio plerique extrinsicus videntur.* Sed bene emendatum

Scaliger: *extrinsicus neficiunt.* Et forte insuper faciendum: *in quo quid infit sepieterris.* Porro de Macrobii hot loco & *Casmillie* quid senserit Turnebus operæ est videre in Adversaria libris. *Idem.*

6. *Julius Festus* | Indicatur jam alii, re-scribendum videri, *Pompilius Festus.* At libris auctoribus destitutus quis mutet? *Idem.*

*Julius Festus de verborum significationibus libro xiiii.* | Scribo xi. Librarii nimium quantum supini in unitatis notâ scribenda. De Julio Festo, mendam esse bene olim no-tavisi vir magnus. *Mewrs.*

*Morem*

*Morem ritusque sacrorum  
Adjiciam.*

in quo ostendit aperte morem esse ritus sacrorum. Sed historie quoque fidem in his versibus secutus est,

*Mos erat Hesperio in Latio,*

& reliqua. servavit enim regnorum successionem. quippe primi regnaverunt Latini, deinde Albani, & inde Romani. Ideo *Mos erat*, primum dixit, *Hesperio in Latio*: & postea,  
*quem protinus urbes*

*Albanæ coluere sacrum:*

deinde subjecit:

*Nunc maxima rerum  
Roma colit.*

### C A P. IX.

*De carmine quo evocari solebant dii tutelares, & aut urbes aut exercitus devoveri.*

**E**xcessere omnes adytis arisque relictis  
*Di, quibus imperium hoc steterat.*

Et de vetustissimo Romanorum more & de occultissimis sacris vox ista prolata est. constat enim omnes urbes in alicujus dei esse tutela, moremque Romanorum arcanum & multis ignotum fuisse, ut, cum ob siderent urbem hostium eamque jam capi posse confiderent; certo carmine evocarent tutelares deos: quod aut aliter urbem capi posse non crederent, aut si posset nefas estimarent deos habere captivos. nam propterea ipsi Romani & deum, in cuius tutela urbs Roma est, ut ipsius urbis Latinum nomen ignotum esse voluerunt, sed dei quidem nomen nonnullis antiquorum licet inter se dissidentium libris insitum: & ideo vetusta persequentibus quicquid de hoc putatur innotuit. alii enim Jovem crediderunt, alii Lunam: sunt qui Angeronam quæ digito ad os admoto silentium denuntiat. atque autem, quorum fides mihi videtur firmior, Opem Consiviam esse

1. *Deo b. bere captivos* | Arnobius: *Ista non prima & maxima contumelia est, habitationibus Deo babere distrixi:?* Cyprianus de I dolor. Vanitate: *Cum bono latius maneat, qui intra unam adictam vim tanta Majestatis includat?* Pont.

2. *Sunt qui Angeronam* | Varie super hac Dea opiniones. Clarissimus Scaliger ad Varronem, amat rescribere, *Angenora, quia cohibet os, & Dea sit ἡχεμνίας, unde Sophocles, οἵ τις ἔχειται μάνις τοῦτο γέλαστη φέγγει.* Vernus vero ideo Angeronomam dici censet quod angores ac animorum

*solicitudines propitiata depellat.* Masurius propterea ore obligato in Volupiæ ara collocatam docet, quod qui dolores suos anxietate diffimulat, perveniat patientie beneficio ad maximam voluptatem. Julius autem Modestus Festi fere rationem adserit, quem adi. Glossarius denique nulli horum consentit, sed consilii atque opportunitatum Deam facit. *Angerona, inquit, η θεός τῆς βαλῆς η καρέζη.* Quod Conso tribuit in Consulto Festus. *Consi, inquit, quem Deum consilii putas bant.* Idem.

dixerunt

dixerunt. Ipsius verò urbis nomen etiam doctissimis ignotum est, cauentibus Romanis ne, quod sàpe adversus urbes hostium fecisse se noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur, si tutelæ suæ nomen divulgarerur. Sed videndum ne quod nonnulli male aestimaverint nos quoque confundar, opinantes uno carmine & evocari ex urbe aliqua deos & ipsam devotam fieri civitatem. nam reperi in libro quinto rerum reconditarum<sup>3</sup> Sammonici Sereni utrumque carmen, quod ille se in cujusdam Furii verulissimo libro reperisse professus est. est autem carmen hujusmodi, quo di evocantur cum oppugnatione civitas cingitur: SI. DEUS. SI. DEA. EST. CUI. POPOLUS. CIVITAS. QUE. KARTHAGINIENSIS. EST. IN. TUTTELA. TE. QUE. MAXIME. ILLE. QUI. URBIS. HUJUS. FOPOLI. QUE. TUTELAM. RECEPISTI. PRECOR. VENEROR. QUE. VENIAM. QUE. A. VOBIS. PETO. UT. VOS. POPOLUM. CIVITATEM. QUE. KARTHAGINIENSEM. DESERATIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBEM. QUE. EORUM. RELINQUATIS. ABSQUE. HIS. ABEATIS. EI. QUE. POPOLO. CIVITATI. QUE. METUM. FORMIDINEM. OBLIVIONEM. INJICIATIS. PRODITI. QUE. ROMAM. AD. ME. MEOS. QUE. VENIATIS. NOSTRA. QUE. VOBIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBS. ACCEPTIOR. PROBATIOR. QUE. SIT. MIHI. QUE. POPOLO. QUE. ROMANO. MILITIBUS. QUE. MEIS. PRÆPOSITI. SITIS. UT. SCIAMUS. INTELLIGAMUS. QUE. SI. ITA. FECERITIS. VOVEO. VOBIS. TEMPLA. LUDOS. QUE. FACTURUM. In eadem verba hostias fieri oportet, auctoritatemque videri extorum ut ea promittant futura. urbes vero exercitusque sic devoteventur jam numinibus evocatis. sed dictatores imperatoresque soli possunt devovere his verbis: DIS. PATER. VE JOVIS. MANES. SIVE. VOS. QUO. ALIO. NOMINE. FAS. EST. NOMINARE. UT. OMNES. ILLAM. URBEM. KARTHAGINEM. EXERCITUM. QUE. QUEM. EGO. ME. SENTIO. DICERE. FUGA. FORMIDINE. TERRORE. QUE. COMPLEATIS. QUI. I. QUE. ADVERSUM. LEGIONES. EXERCITUM. QUE. NOSTRUM. ARMA. TELA. QUE. FERENT. UTI. VOS. EUM. EXERCITUM. EOS. HOSTES. EOS. QUE. HOMINES. URBES. AGROS. QUE. EORUM. ET. QUI. IN. HIS. LOCIS. REGIONIBUS. QUE. AGRIS. URBIBUS. VT. HABITANT. ABDUCATIS. LUMINE. SUPERO. PRIVETIS. EXERCITUM. QUE. HOSTIUM. URBES. AGROS. QUE. EORUM. QUOS. ME. SENTIO. DICERE. UTI. VOS. EAS. URBES. AGROS. QUE. CAPITA. ÆSTATES. QUB. EORUM. DEVOTAS. CONSECRATAS. QUE. HABEATIS. ILLIS. LEGIBUS. QIBUS. QUANDO. QUE.

3. Sammonici Sereni utrumque carmen | in canis, inter quos Sammonicus Serenus cuius Etiam Arnobius lib. 6. Sammonicum nomi- | libri plurimi ad doctrinam extant. Ex quibus nat. Spartanus tamen Sammonicum in vita | verbis observa etatem quia vixerit. Merv. Caracallæ: Occisi sunt & in balneis laurei, &

SUNT.

SUNT MAXIME. HOSTES. DEVOTI. EOS. QUE. EGO. VICARIOS. PRO. ME FIDE. MAGISTRATU. QUE. MEO. PRO. POPOLO. ROMANO. EXERCITIBUS. LEGIONIBUS. QUE. NOSTRIS. DO. DEVOVEO. UT. ME. MEAM. QUE. FIDEM. IMPERIUM. QUE. LEGIONES. EXERCITUM. QUE. NOSTRUM. QUI. IN. HIS. REBUS. GERUNDIS. SUNT. BENE. SALVOS. SIRITIS. ESSE. SI. HÆC. ITA. FAXITIS. UT. EGO. SCIAM. SENTIAM. INTELLIGAM. QUE. TUNC. QUISQUIS. HOC. VOTUM. FAXIT. UBI. UBI. FAXIT. RECTE. FACTUM. ESTO. OVIBUS. ATRIS. TRIBUS. TELLUS. MATER. TE. QUE. JUPITER. OBTESTOR. Cum Tellurem dicit: manibus terram tangit. cum Jovem dicit: manus ad coelum tollit. cum votum recipere dicit: manibus pectus tangit. In antiquitatibus autem hæc oppida inveni devota, Tonios, Fregellas, Gabios, Veios, Fidenas, hæc intra Italiam, præterea Karthaginem & Corinthum. sed & multos exercitus oppidaque hostium Gallorum, Hispanorum, Afrorum, Maurorum, aliarumque gentium, quas prisci loquuntur annales. Hinc ergo est quod propter ejusmodi evocationem numinum discessionemque ait Vergilius :

*\* Excessere omnes adytis, arisque relictis  
Dii*

Et ut tutelares designaret \* adjecit;

*Quibus impersum hoc steterat*

utque præter evocationem etiam vim devotionis ostenderet, in qua præcipue Jupiter, ut diximus, invocatur, ait

*Ferus omnia Jupiter Argos*

*Transfult.*

Videturne vobis probatum sine divini & humani juris scientia non posse profunditatem Maronis intelligi?

4. *Excessere omnes adytis* | Quid etiam hic | secunda Meditationum historicarum, qui ex ex Æschylus interprete, observet Turnebus | SS. Scripturis non dissimilata adducit de evocavendum Adversariorum 14, cap. 15. Adiunctione deorum deaunque ex urbibus obitem Philip. Camcrarium lib. 1. cap. 10. Parte I. fessis. Pont.

## C A P. X.

*Cur Vergilius tertio Aeneidos fecerit Jovi immolari taurum: Et quibus deis tauri immolari soleant.*

**H**IC, cum omnes concordi testimonio doctrinam & poëtæ & enarrantis æquarent; exclamat Evangelus diu se succubuisse patientiæ, nec ultra dissimulandum: quin in medium detegat inscientiæ Vergilianæ vulnus. <sup>1</sup> Et nos, inquit, manum ferulae aliquando subduximus, & nos cepimus Pontificii juris auditum: & ex his quæ

<sup>2</sup> Et nos, inquit, manum aliquando ferula subducimus & nos cepimus pontificii juris auditum | D. Hieronymus ad Dominianem: Et nos didicimus literas, & nos sepe manum ferula subducimus. Sidonius Apollinaris lib. 2. Epist. ad Hesperium futum: Nam cum videamus in hujusmodi disciplinam juniorum ingens

succeſſere, propter quam nos quoque subducimus ferula manum, copiosissimum fructum nostræ laboris adipiscimur. Aspergere omnes Juvenalem Sat. 1. Et nos ergo manum ferula subducimus. Juvenalis, ni fallor, illud Timocles apud Athenæum: πλαγας λεβεν επιχαιρετη γρεσον οδύγο. At Juvenalis quia nobis

nobis nota sunt Maronem hujus disciplinam juris nescisse constabit. quando enim diceret,

*Cælicolum regi mactabam in litore taurum,*  
si sciret taurō immolari huic deo vetitum : aut si comprehendisset quod Atteius Capito comprehendit ? cuius verba ex libro primo de jure sacrificiorum hæc sunt :

*Itaque Jovi taurō, verre, ariete immolari non licet.*

Labeo vero sexagesimo & octavo libro intulit nisi Neptuno, Apollini & Marti taurum non immolari. ecce pontifex tuus quid apud quas aras mactetur ignorat : cum vel æditiis hæc nota sint, & veterum non tacuerit industria. Ad hæc prætextatus renidens : *Quibus deorum tauro immoletur, si vis cum Vergilio communicare, ipse te docebit;*

*Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.* vides in opere poëtæ verba Labeonis & igitur ut hoc doce, ita illud argute. nam ostendit ideo non litatum, ideo securum

*Horrendum dictu[m] visu mirabile monstrum.*

ergo respiciens ad futura hostiam contrariam fecit. sed & noverat hunc errorem non esse inexpiablem. Atteius enim Capito, quem in acie contra Maronem locasti, adjecit hæc verba : *Si quis forte taurō Jovi fecerit, piaculum dabo.* committitur ergo res non quidem impianda, insolita tamen . & committitur non ignorantia, sed ut locum monstro faceret securum.

tam commode incidit, non differam hac occasione vadimonium ; sed paucula in eo post eruditæ & serios censores, vel ingenio vel libro indice observata, propalabo. Exstat Sat. 2. *Nemo repente fuit turpissimus, Sed antiquissimum & ideo verissimum est, quod ego in scripto meo veteri inveniebam : Nemo repente venit turpissimus.* Propertius : *Nun raveni hec nullis venient ingrata legenti : item, Sen tristis venias seu contra Latas amicis.* Deinde Sazyra 6. haerent omnino ista : *Quadam parva quidem, sed non toleranda maritis.*

Nisi ex eodem expediamus : *Quadam parva loquer. Et solent sic poete. Tibullus, Magna loquar ; sed magnifice, &c. Sed leve id tamen. Illud vero gravius paulo ibidem statim :*

— Nec illud

*Quod prima pro nocte datur, cum lance beata Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.* Intelligit, ut ait vetus Glossarius, solidos ita signatos, qui pro virginitate deposita, novas iugantes offerebantur. Bene quidem ille. At

vetus noster non *scriptum illud auro agnoscit*, verum ut ego conjecto valde signanter dictum poëte, suspicari dat : *Scutilo radiat Germanicus auro.* Nam scutlo reservat. Est autem scutilum, quod fere ut aranearum relä, variegatum est. Plinius : *Quanta arte celant pedicas, scutilato reso griffantes.* Hinc ad veteres translatum est. Idem Juvenalis : *Reticulansque comis avarum ingentibus implor, Cernula indutus scutilata ans galbana rosa.* Valerius denique Martialis loco, quem jam refinimus, quam simillime dixit :

*Sic implet gabatas paropisodisque*

*Et leves scutulas cavasque lances.*

Ubi & scutulas, (licet alio sensu) & lances similiiter junxit. Quod vel unicum conjecturam nostram firmet. quam tamen prestatre non auffim, licet & Festo dictum inveniam ; *scutillus homo pro macilento.* Sed plura sunt que in hunc poëtam annotavimus, alibi commodius dicenda. Nunc *uniusmodi* or *Maxegesii. Pont.*

\* *Si vis cum Vergilio communicare | Pro, si à Virgilio discere cupias. Idem.*

## C A P. XI.

**Quod Vergilius illo versu primi Georgicon, Cui tu lacte favos & miti dilue Baccho, significavit, Cereri mulso libandum esse. Tum quicunque modo & in primo & in octavo libro Aeneidos in mensam libari faciat, quem in aram tantum esset libandum.**

**S**Ubjecit Euangelus: Si eventu excusantur illicita: dic queso, quod erat monstrum secuturum, & cum Cereri libari vino juberet, quod omnibus sacris vetatur?

*Cui tu lacte favos & miti dilue Bacbo.*

Vinum autem Cereri non libari debuit illum vel Plautus docere: qui in Aulularia ait:

*Cererin' mi Strobile bi sunt facturi nuptias?*

*Quis? quia temeti nibil allatum intelligo.*

at hic vester flamen & pontifex & omnia tam quid immoletur quam quid libetur ignorat. & ne non ubique in libando pari errore sit devius, in octavo ait:

*In mensam lati libant, divosque precantur:*

cum non in mensam sed in aram secundum morem libare debuerint.

Ut prius tibi, Prætextatus inquit, de posteriore quæstione respondam, fateor te non immerito de usurpata in mensam libatione quæfisse; ampliusque speciem difficultatis auxeras, si magis Didonem in mensam similiter libantem notasses:

*Dixit, & in mensam laticum libavit honorem.*

nam & Tertius, cum de ritu sacrorum multa differeret, ait sibi hunc locum in quæstione venisse: nec tamen hæfitationem suam requisita ratione dissolvit. ego autem quod mihi magistra lectione compertum est publicabo. In Papiriano enim jure evidenter relatum est, aræ vicem præstare posse mensam dicatam: ut in templo, inquit, Junonis Populoniæ augusta mensa est. namque in fanis alia vasorum sunt & sacræ supellectilis, alia ornamentorum. que vasorum sunt instrumenti instar habent, quibus sacrificia conficiuntur, quarum rerum principem locum obtinet mensa, in qua epule libationesque & stipes reponuntur. ornamenta vero sunt, clypeis, coronæ & cujuscemodi donaria. neque enim donaria dedicantur eo tempore, quo delubra sacrantur, at vero mensa aræque eodem die quo aedes ipsæ dedicari solent.<sup>1</sup> unde mensa hoc ritu dedicata in templo aræ usum & religionem obtinet pulvinaris. Ergo apud Evandrum quidem fit justa libatio; quippe apud eam mensam,<sup>2</sup> quæ cum ara maxima more utique religionis fuerat dedicata. & in luco sacrato, & inter ipsa sacra in quibus epulabantur. in convivio vero Didonis, quod tantum

<sup>1</sup> Unde mensa hoc ritu dedicata | Apud Petron. est. O Enotica mensam veterem posuit in medio altari, quam viriis implavit carboribus, Pont.

<sup>2</sup> Quæcum ara maxima more utique religius fuerat dedicata | Formula dedicatiois aræ fere talis est: QUANTO. TIBI. HODIE. HANC. ARAM. DABO. DEDIL.

regium constat non etiam sacrum fuisse, apud humanam mensam, in triclinio non in templo, quia non erat religiosa sed usurpata libatio, solam fecit libasse reginam; in cuius persona nulla observationis necessitas, & multa ad usurpandum in potestate permisso. At vero hic — Omnes.

*In mensam leti libant, divosque precantur.*  
quia quod recte fieri noverat ab omnibus simul in templo epulantibus & uni sacræ assidentibus menœ factum esse memoravit de illo autem versu;

*Cui tu laete favos & miti dilue Baccho,*  
paucis quod male accusatur absolvam. poëta enim æque in rebus doctrinæ & in verbis sectator elegantiae sciens Cereri mulso libari adjecit, *miti Baccho favos dilue:* scilicet mitescere vinum dicens, cum mulsum coepit fieri. nam ita hic mite vinum dixit, ut alibi ait dominum:

*& durum Bacchi domitura saporem.*  
notum autem esse non diffitebere, quod <sup>3</sup> a. d. diem duodecimum Calendas Januarias Herculi & Cereri faciunt sue prægnate, Panibus mulso.

CABOQUE. HIS. LEGIBUS. HISQUE REGIONIBUS. DABO. DEDICABOQUE. QUAS. HIC. HODIE. PALAM. DIXERO. UTI. INFERUM. SOLUM. HUJUSQUE. ARÆ. TITULORUMQUE. EST. SIQUIS. TERGERE. ORNARE. REFICERE. VOLLET. QUOD. BENEFICIL. CAUSA. FIAT. JUS. FASQUE. ESTO. cetera vide in Notis ad Festi Seccas. *Idem.*

<sup>3</sup> Ad diem duodecimum Calendas Januarias Herculi & Cereri faciunt sue prægnate, Panibus mulso! In Camerarii & vetuste cufo est Penariolum mulso, nec aliter fuit in Scripto

nostro. Falsum tamen: & certum mihi rescribere: *panibus, mulso.* Probaverat Mardonem per, *muem Bacchum, mulsum* intellexisse. restabat itaque ut & Cereri mulso libatum antiquitus ostenderet. Cur autem *panibus* factum Feftus quodammodo aperit: *Panibus,* inquit, *redimebant caput* *equi immolati Idibus Octobribus in campo Martio,* quia sacrificium fetus ab fragore eventum. Hæc exaravsem, cum video firmatam conjecturam eam Gryphiano calculo, qui plane, quomodo conjecimus, edidit. *Idem.*

## C A P. XII.

*Herculi cur Salios assignarit Vergilius: curque bos populeis ramis coronatos induxerit.*

**O**pportune mehercule, Prætextate, fecisti Herculis mentionem, in cuius sacra hic vester gemino errore commisit:

*Tum Salii ad cantus incensa altaria circum  
Populeis affunt evincti tempora ramis.*

Nam & Salios Herculi dedit, quos tantum Marti dicavit antiquitas; & populeas coronas nominat, cum ad aram maximam sola lauro capita & alia fronde non vinciant. videmus & in capite prætoris urbani lauream coronam, cum rem divinam Herculi facit. testatur etiam Terentius Varro in ea satira, quæ inscribitur *ad xagarys maiores*

iores solitos decimam Herculii vovere, nec decem dies intermittere, quin pollucerent ac populum *στύλον* cum corona laurea dimitterent cubitum. Hiccine est, Vetus ait, error geminus? at ego in neutrō dico errasse Vergilium, nam ut primum de frondis genere dicamus; constat quidem nunc lauro sacrificantes apud aram maximam coronari. sed multo post Romanam conditam hæc consuetudo sumpfit exordium. postquam in Aventino laureatum cœpit virere, quam rem docet Varro humarum libro secundo. E monte ergo proximo decerpta laurus sumebatur operantibus, quam vicina offerebat occasio. unde recte Maro noster ad ea tempora respexit, quibus Evander ante urbem conditam apud aram in xiānam līcra celebrabat, & utebatur populo utique Alcidæ grauiuma. Salios autem Herculii ubertate doctrinæ alioris assignat: quia is deus & apud ponti ices idem qui & Mars habetur. & sane ita Menippea Varronis affirmat, quæ inscribitur, ΑΛΟΓΟΝΤΟ Ήγειρης, in qua cum de Hercule multa loqueretur, eundem esse ac Martem probavit. Chaldae quoque stellam Herculis vocant, quam reliqui omnes Martis appellant. est præterea Octavii Herennii liber, qui inscribitur de sacris saliaribus Tiburtium; in quo salios Herculii institutos operari diebus certis & auspicio docet. item Antonius Gniphō vir doctus, cuius scholam Cicero post laborem fori frequentabat, salios Herculii datos probat in eo volumine quo disputat quid sit *festa*: quod est ottium minusculum in sacrario. quo verbo etiam Ennius usus est. Idoneis, ut credo, auctoribus certisque rationibus, error qui putabatur, uterque defensus est. Si qua sunt alia quæ nos commovent, in medium proferamus: ut ipsa collatio nostrum, non Maronis absolvat erorem.

Tunc Euangelus: Numquam ne tibi Prætextate venit in mentem toto, ut aiunt, cœlo errasse Vergilium, cum Dido sua rem divinam pro nuptiis ficeret?

*Mæstatis enim, inquit, lectas de more bidentes  
Legifera Cereri, Phœbique, patrique Lyæo.*

& quasi expergefactus adjicit:

*Funis ante omnes, <sup>1</sup> cui vincla jugalia curæ.*

Tunc Servius respondere rogatus ait. <sup>2</sup> Leges Ceres dicitur invenisse nam & Sacra ipsius <sup>3</sup> Themisferia vocantur. Sed hoc ideo singitur, quia ante inventum frumentum à Cerere, paßim homines sine lege

<sup>1</sup> *Cui vincla jugalia curæ* | Quæ deinde sequuntur ad finem usque libri hujus, ex eodem Cantabrigiensi explevimus. Servius vero uti ista dicendi partes dat, ita apud eundem quoque ad Maronem, eadem fer. invenies. Paucula tamen meliora hic quam ibi reperies, uti istud: *Sic propitiis supplicamus*: nam ibi est: *Sic precibus invocamus*. Porro, *Themisferia* adscriptum expressum, quæ Servio & alijs *Themisphoria*. Arnob.

*Vadis enim consideremus mysteria & illa divina, quæ Themisphoria nominantur à Graci: quibus gente ab Attica sancta illa perigilia conseruata sunt. Pont.*

<sup>2</sup> *Leges Ceres dicitur invenisse* | Tribuit item politicum munus Cereri Homerus in ejus Hymno: *χαῖρε δέ τι καὶ τὸν θεόν* τούτου. Pont.

<sup>3</sup> *Themisferia* | Ex loco Arnobii jam citato repudiendum: *Themisphoria*. Id.

vagabantur. <sup>4</sup> quæ feritas interrupta est invento usu frumentorum; itaque ex agrorum divisione inventa sunt jura. Phœbus vero præst auspicis. Lyæus vero, id est, Liber, urbibus liberatis est Deus, unde Marsias ejus minister in civitatibus libertatis est indicium. Communis hoc habet sensus; quod Dido sacrificabat numinibus quæ urbi præsunt, quasi nuptura pro reipublice utilitate. Demum Junoni, cui curæ sunt nuptiae. Est etiam sensus altior: Nam <sup>5</sup> facturi aliquid ante adversos placamus deos, & sic propitiis supplicamus, ut, *Nigram hyemis pecudem, Zephyris felicibus albam.* Igitur ante placat Cererem nuptura, quæ propter raptum filie nuptias execratur; & Apollinem, qui expers uxor is est; & Liberum, qui nisi raptam uxorem habere non potuit. Et sic Junonem conciliavit noster Servius. Cum autem his dictis omnes aplausissent, placuit eis audire Eusebium, quo noster Vergilius tanquam rhetor effulxit.

<sup>4</sup> Quæ feritas interrupta est invento usu frumentorum | Erant enim id sevi homines *βαλανοφόροι*. Unde & vetus illud natum, *ἄλογοι βίσται, ἄλλη διάτα.* Idem.

<sup>5</sup> Facturi aliquid ante adversos placamus Deos & sic propitiis supplicamus | Respexit etiam magnus Hippocrates libro de insomniis: *καὶ τοῦς θεοὺς οὐρανῶν (ζεὺς) ὅτι μὲν τοῦτον ἀγαδύειν, ἀλλα, διὰ σφραγίδα, διὰ*

*κτησία, Ἀθηνῶν κτησία, Ἐρυκῆ, Ἀπόλλωνι;*  
*ὅτι δὲ τέσσερας θεοῖς οὐτερεγγίσανται καὶ γῆ, καὶ θεραπεύπομεν γένους τὰ γαλακτώπα πάντα. Et diis supplicare oportet;*  
*in secundis rebus, Soli, Iovi cœlesti, Iovi paf-*  
*fessori, Minervam opulentam, Mercurio, Apollini:*  
*In contrariis, diis depellentibus & terra & ho-*  
*roibus, quo male, ac gravia omnia avertant.*  
 Idem.

---

## AURELII

---

AURELII MACROBII  
AMBROSII THEODOSII  
V. C. & Inlustris  
*'Conviviorum Quarti Diei*  
SATURNALIORUM

---

LIBER QUARTUS.

---

C A P. L

*De affectu movendo ex habitu personæ.*

**T**UNC Eusebius taliter exorsus est: Rhetores omnes orationibus patheticis studere palam est, quales multas non erit difficile in Vergilio reperire. Nam Aeneam apud inferos Didoni fugienti loquentem inducit.

*Invitus Regina tuo de littore cessi.*

*Sed me jussa Deum*

*Imperiis egere suis.*

*Siste gradum teque aſpedu ne ſubtrahē noſtre.*

Subjungit:

<sup>3</sup> *Nec magis incepto vultum sermone moverunt;*

*Quam si dura filex, aut ſtet Marpesia cautes.*

*Tandem corripuit ſeſe, atque inimica refugit.*

item pathos est & in hoc versu;

*Obſtupuit ſteſeruntque come & vox faucibus haſit.*

ſed & tora Daretis fatigatio habitu depingitur:

*Aſt illum fidi aequales genua egra trahentem*

*Quaſſantemque utroque caput, crassumque cruorem*

*Ore ejectantem.*

<sup>1</sup> *Conviviorum quarti diei.* | Imo *Secundi* adhuc, quod monuimus sub finem libri II. & probamus porto sub finem VL Pons.

<sup>2</sup> *Ianc Eusebius* | Libri hujus initium, cum hactenus familiariter editionibus omnibus exularerit, quale excudi curavimus, in Anglicano

five Veteri deprehendimus. Tantum pro orationibus patheticis studere est, ſententia & re exigente refinximus exprefſimque, ſtudere palam eft. Idem.

<sup>3</sup> *Nec magis incepto* | Hucusque ex Ms. Ad oram quod posuimus, adiisque *invitus regina*, memoria noſtre aſpedu ſeſe, ſubtrahē noſtre sociorum

sociorum quoque ejus trepidationem breviter ostendit :

*Galeamque ensimque vocati*

*Accipiunt.*

quasi non sponte accepturi munus, quod erat damnum verecundiae :  
ex eodem genere est illud :

*Totoque loquentis ab ore*

*Scintillæ absunt, oculis micat acribus ignis.*

Est & in descriptione languoris habitus, ut est tota descriptio pestilentiæ apud Thucydidem. & :

*Labitur infelix studiorum atque immemor berbe*

*Victor equus.* & :

*Demissæ aures, incertus ibidem*

*Sudor, & ille quidem morituris frigidus.*

Est inter pathe & pudor, ut circa

*Deiphobum pavitatem & dira tegentem*

*Supplicia.*

& luctus habitu proditur : ut in Euryali matre ;

*Expulsi manibus radis ; revolutaque pensa ;*

*Evolat infelix.*

& Latinus, quia miratur,

*Defixa obtutu tenet ora.*

& Venus, quia rogatura erat,

*Tristior & lacrymis oculos suffusa nitens.*

& Sibylla quia insanit ;

*Subito non vultus, non color unus,*

*Non compæ manere come.*

## C A P. II.

*Pathos tenore ipso orationis quomodo exprimatur.*

Nunc videamus pathos quod tenore orationis exprimitur. Ac primum queramus quid de tali oratione rhetorica arte praecipiat. oportet enim ut oratio pathetica aut ad indignationem aut ad misericordiam dirigatur ; que à Græcis οὐλοὶ δεῖπνοι appellantur. horum alterum accusatori necessarium est, alterum reo. & necesse est initium abruptum habeat : <sup>1</sup> quoniam <sup>2</sup> satis indig-

<sup>1</sup> Quoniam satis indignanti leniter incipere non convenit | Quid est satis indignanti ? An satis indig. & de Junone capiendum, cuius ictus subnectitur ? Hoc stirpem invisam, & fatus contraria nostris Fata Phrygum. Sed hoc nisi sit omnino legendum credam : satis agentis, quia & Scriptus, satis indignanti, pertinaciter præferebat. Agellius lib. 9. Instruebatque acies à consilibus de vi ac multitudine hostium satis agentibus. Mihi certe id blanditur. Et quis ignorat Agellium Macrobiani oris quasi normam ? Post.

<sup>2</sup> Satis indignanti | Est idem quod valde

indignant. Sic enim posteriores hac vocula usi. Noster VI. 2. Sed quatenus totum locum autoribusque ponere satis longum est. VII. 12. Dicas queso, cur edulia satis calida facilius comprimitur ore, quam manu sustinemus. Apuleius II. Met. Oppido puer & satis peregrinus es. Huic dari solet abruptum principium ob quemcumque irascenti, non solum propter facta. Satis agentis vix convenit, nisi penitus desperanti. Et sane vulgatum non tentandum persuadere debuit commentatori codex MS. qui illud pertinaciter præferebat. Gronov.

nanti leniter incipere non convenit, ideo apud Vergilium sic incipit Juno :

*Quid me alta silentia cogis  
Rumpere? & alibi:  
Mene incepto defluisse viciam?*

& alibi:

*Heu stirpem invisam & fatis contraria nostris  
Fata Phrygum, & Dido:  
Moriemur inulta?  
Sed moriamur, ait. & eadem:  
Pro Jupiter ait*

*Hic ait. & Priamus:*

*At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis.*

Nec initium solum tale esse debet, sed omnis si fieri potest oratio videri pathetica; & brevibus sententiis sed crebris figurarum mutationibus deber velut inter aestus iracundiae, fluctuare. una ergo nobis Vergiliana oratio pro exemplo sit :

*Heu stirpem invisam.*

initium ab ecphoresi, deinde sequuntur breves quæstiunculae :

*Num Sigas occubere campis;*

*Num capi potuere capi? num incensa cremavit*

*Troja viros?*

deinde sequitur hyperbole ;

*Medias acies, medios querper ignes*

*Invenere viam. deinde ironia:*

*At credo mea numina tandem*

*Fessa jacente, odiss aut exsaturata quievi.*

deinde ausus suos inefficaces queritur :

*Per undas*

*Ansa sequi & profugis toto me opponere poneo.*

secunda post hæc hyperbole ;

*Absumpta in Teucros vires cælique marisque.*

inde disperse querelæ :

*Quid Syrtes aut Scylla mibi, quid vasta Charybdis*

*Profuit?*

jungitur deinde argumentum à minore, ut pathos augeatur :

*Mars perdere gentes*

*Immanem Lapitum valuit.*

Minor scilicet persona. ideo illud sequitur ;

*Ast ego magna Jovis conjunx.*

deinde cum causas quoque contulisset, quanto impetu dea dixit ?

*Infelix que memet in omnia verti.*

nec dixit, non possum perdere Aeneam, sed, vincor ab Aenea. deinde confirmat se ad nocendum; &, quod proprium est irascens, et si desperet perfici posse, tamen impedire contenta est :

*Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.*

*Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,*

*At trahere atque moras tantis licet addere rebus.*

*At licet amborum populos exscindere regum.*

post hæc in novissimo, quod irati libenter faciunt, maledicunt;

*Sanguine Trojano & Rutulo dotabere virgo.*

& protinus argumentum à simili conveniens ex præcedentibus:

*Nec face tantum*

*Cyssæis pregnas ignes enixa jugales.*

§ Vides quam sæpe orationem mutaverit ac frequentibus figuris variaverit: quia ira quæ brevis furor est, non potest unum continuare sensum in loquendo. Nec desunt apud eundem orationes misericordiam commoventes. Turnus ad Juturnam:

*An miseri fratri letum ut crudele videres?*

& idem cum auget invidiam occisorum pro se amicorum,

*Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem*

*Murranum.*

& idem, cum miserabilem fortunam suam ficeret ut victo sibi parceretur:

*Vicisti, & victum tendere palmas*

*Ausonius videre:*

id est, quos minime vellem. & aliorum preces orantium vitam:

*Per te, per qui te talem genuere parentes.*

& similia.

\* Vides quam sæpe orationem mutatur ab | præcedentibus. Festus, procedere dicebant inter frequentibus figuris variaverit | Absque libro | dum pro succedere. Pont. fuisse non offendit. Sed erat in illo.

### C A P. III.

\* *Pathos ab ætate, à fortuna, debilitate, loco, tempore.*

**N**unc dicamus de habitu pathus, quod est vel in ætate, vel in debilitate, & cæteris quæ sequuntur. eleganter hoc servavit, ut ex omni ætate pathos misericordiae moveretur. ab infantia:

*Infantumque anima flentes in limine primo.*

à pueritia:

*Infelix puer atque impar congressus Achilli.*

&: ————— *Parvumque patri vendebat Iulum.*

Ut non minus miserabile sit periculum in parvo quam in filio.

&: *Supereft conjunxne Creusa?*

*Ascaniusque puer?*

& alibi: ————— *& parvi casus Iuli.*

à juventa vero:

*Imposuisseque rogis juvenes ante ora parentium.*

&: *Pubentesque genæ & juveniles in corpore pallor.*

\* Ante ora parentium | Nec ille versus | comis, animo juvenali sinex. Justinus lib. 17. ab re, quem subseruant veteres: Puben- | Sed in hac æte virique animi juvenales erant. tique genæ, juveniles in corpore pallor. Ubi & ex MS. vulgo & ibi juveniles. Pont. MS. habebat, juveniles. Ausonius: Facit, | à se-

& senecta :

*Dauni miserere senecte.*

& : *Ducitur infelix aeo confectus Aletes.*

& : *Canicem multo deformat pulvere.*

Movit & à fortuna modo misericordiam, modo indignationem. misericordiam;

*Tot quondam populis terrisque superbum*

*Regnatores Asiae.*

& Sinon :

*Et nos aliquod nonenque decusque*

*Gessimus.*

& :

*Ausonijsque olim ditissimus arvis.*

indignationem vero ex verbis Didonis :

*Et nostris illuserit advena regnis?*

eleganter enim ex contemptu Æneæ auget injuriam suam.

& Amata ;

*Exsilibusne datur ducenda Lavinia Teucris?*

& Numanus,

*Bis capti Phryges.*

Movit pathos misericordiae & ex debilitate :

*Ex quo me divum pater atque hominum rex*

*Fulminis afflavit ventis, & congit igne.*

& alibi :

*Et truncas in honesto vobnere nares.*

& de Mezentio :

*Attollit in agrum*

*Se femur.* & :

*Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit.*

& : *Te decisum Laride dextera querit.*

& : *Aterque cruento*

*Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.*

Movit pathos misericordiae frequenter à loco :

*Cum vitam in silvis inter deserta ferarum*

*Lustra domosque traho.*

& :

*Libyæ deserta peragro.*

& :

*At nos hinc alii sistentes ibimus Afros,*

*Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.*

& illud egregie & breviter :

*Ter circum Iliacos rapaverat Hectora muros.*

*Iliacos, id est, patriæ muros, quos ipse defenderat, pro quibus efficaciter per decem annorum spatha pugnayerat.* & illud,

*Nos patriam fugimus.*

& :

*Littoracum patriæ lacrymans portusque relinquo.* & :

\* Illuserit advena regnis! Fortassis & ita reliquerat lib. 4. in alterius Aquarii Manilius :

Litoribusque novis per luxum illudere ponto. Non uulnigeratur, lindere. Innuit enim noxos

fabricaturum five euripos five lacus, quibus, spreto quasi oceano luxurabitur. Legi, ni fallor, apud Tacitum : Et quasi in summa

abundantia pecunia illudere: quod à Manilia- no hoc non admodum discedit aut diffidet. M.

Dulces

*Dulces moriens reminiscitur Argos.*

& :

*Ignarum Laurens habet ora Mimanta,*

*Lyrneſi domus alta, solo Laurento ſepulcrum,*

&, ut Agamemnonem indigne ostenderet occiſum, aſſumpſit locum :

*Prima inter limina dextra*

*Oppetiſt.*

& illud :

*Mænibus in patriis atque inter tuta domorum.*

Sacer vero locus præcipue pathos movet. Occiſum inducit **Orpheas**,  
& miserabiliorē interitum ejus à loco facit :

*Inter ſacra deum, nocturnique orgia Bacchi.*

& in eversione Trojæ ;

*Perque domos & religioſa deorum*

*Limina.*

Cassandra quoque raptum vel deminutionem quam miserabilem fecit sacer locus ?

*Ecce trabebatur à templo adyrisque Minerva.*

& alibi :

*Dive armipotentis ad aram*

*Proculbus.*

& Andromache, cum de Pyrrhi nece diceret, ut invidiam occidentis exprimeret :

*Excipit incautum patriasque obruncat ad aras.*

& Venus, quod Aeneas in mari vexatur ira Junonis, quam invidiosè queritur Neptuno de loco ?

*In regnū hoc aufa tuis?*

Fecit ſibi pathos & ex tempore :

*Priusquam*

*Pabula guſtaſſent Trojæ Xanthumque bibiffent;*

& Orpheus miferabilis ex longo dolore,

*Sepeem illum totos perbibente ex ordine meafes.*

& Palinurus :

*Vix lumine quarto*

*Proſpexi Italiam.*

& Achæmenides :

*Tertia jam luna ſe cornua lumine complente.*

*Septima post Trojæ excidium jam vertitur aſtas,*

& :

#### C A P. IV.

*Pathos à cauſa, modo, & materia.*

**F**requens apud illum pathos à cauſa. revera enim plerumque conficit cauſa, ut res aut atrox aut miferabilis videatur. ut Cicerō in Verrem : *Quo ob ſepulturam in carcere necatorum à parentibus rogaratur.* hiç enim non tam rogarī aut pecuniam exigere, quam ob hanc cauſam indignum erat. & Demoſthenes cum queritur quenam

dam à Midia circumventum ex causa auget invidiam. *Circusvenit-*  
*inquit, arbitrum qui inter me atque se integrè judicaverat. ergo*  
*& Vergilius egregie sepe ex hoc loco traxit affectum.* <sup>1</sup> *Occiditur,*  
*inquit, in acie Galesius.* hoc per se non est dignum misericordia bel-  
- li tempore: sed admovit causam;

*Dum paci medium se offert.*

**Idem** alio loco,

*Sternitur infelix.*

**deinde** subjicit causam miserabilem;

*alieno vulnere:*

id est, cum in alium telum esset emissum. & cum Palamedem in-  
 digne occisum vellet;

*Quem falsa sub proditione Pelasgi  
 Insontem infando indicio, quia bella vetabat,  
 Demisere neci.*

& Aeneas, ut ostenderet magnitudinem timoris sui, bene causam  
 posuit:

*Et pariter comitique onerisque timentem.*

quid Japix, ut contemptis artificiis inglorius, quemadmodum poëta  
 ait, viveret, qualis causa proponitur?

*Illi ut depositi proferret fasa parentis.*

ex eodem genere est:

*Fallit te incautum pietas tua.*

haec enim causa illum hostibus etiam sic miserabilem fecit. sed &  
 Aeneas cum hortatur ut sepeliantur occisi quam causam proponit?

*Qui sanguine nobis*

*Hanc pariam peperere suo.*

Nec non & indignario demonstratur à causa: ut illic;

*Multa gemens, ignominiam plagasque superbi*

*Victoris, tum quos amisit inultus amores.*

& illud à causa est ex affectu indignantis,

*An solos tangit Atridas*

*Iste dolor? solisque licet capere arma Mycenis?*

& illud: *At tu dictis Albane maneres.*

& illa omnia:

*Vendidit hic auro patriam.*

*Quique ob adulterium cæsi.*

*Nec partem posuere suiss.*

Ad pathos movendum nec duos illos prætermisit locos, quos the-  
 tores appellant à modo & à materia. modus est cum dico, accidit  
 manifeste vel occulte. Materia est cum dico, ferro an veneno. De-  
 mosthenes de modo invidiam Midizæ facit, se <sup>2</sup> pulsatum cothur-

<sup>1</sup> *Occiditur inquit in acie Galesius V. c. vers. 535. Gronay.*

*Galesius. Lego, Halesius. Virgilius Aeneid. 10. Meurs. Est apud Virgilius & Halesius* | *Non inveniebam in Veteri, cothurno. Et tamen talis quia requiri-  
 paci medium se offert, Galesius dicitur l. 7.*

no;

no; Cicero Verri, cum nudum quendam dicit ab eo statue impo-  
tum. Vergilius non minus evidenter;

*Altaria ad ipsa trementem*

*Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati.*

& : *capulo tenuis abdidit ensem.*

& illa omnia à modo sunt.

*Rostroqua immanis vultur adunco*

*Immortale jecur tondens. & reliqua. & :*

*Quos super acra filex jamjam lapsura cadentique*

*Imminet assimilis.*

Sed & misericordiam à modo sēpe commovet: ut de Orpheo;

*Latos juvenem sparsere per agros.*

& illud:

*Obruit austus aqua involvens navemque virosque.*

& : *Saxum ingens volvunt alii.*

& : *Mortua quis etiam jungebat corpora vivis.*

& in Georgicis:

*Nec via mortis erat simplex.*

& cætera in descriptione morbi. Sed & materia apud rhetores pathos movet; ut dum queritur Cicero flammarum ex lignis viridibus factam, atque ibi inclusum fumo necatum. hoc enim à materia est, quoniam hic usus est fumo materia ad occidendum, ut aliis gladio, aliis vīneno. & ideo acerrium pathos ex hoc motum est. idem facit & cum flagellis cæsum queritur civem Romanum, invenies idem apud Vergiliū:

*At pater omnipotens densa inter nubila telum*

*Contorsit. non illa facies nec fumea tredis.*

& reliqua. eleganter autem illius quidem materiam elut̄; ex hujus autem vera & vehementi materia expressit iracundiam. & singula quidem enumeravimus, ex quibus apud rhetoras pathos nascitur, quibus ostenditrus usum Maronem, sed inquit inquam Vergilius in una re ad augendum pathos ducit, pluribus locis conjunctis utitur: ut in Turno ab

<sup>3</sup> Aqua involvens navemque virosque. S6  
let enim in ejusmodi ferme locis, & ceteri ac  
notari ipsa potissimum res, ut tertio vide-  
licer discrimini, omnino relata. Obscr-  
avit quoque Plautus, Plautus:

C H. *Potestas tuor; navis si fracta est*  
*tibi.*

*Scelus tu, & scelote pars qua vexit bona.*  
Sed ejusdem Plauti in re simili locus Trinum-  
mo, manifeste non contaminatus solum, Scē-  
la, *Selfpotenti*, sed haec tamen quodammodo  
depositus. Verba sunt:

*Latus dubens latus ago, & grates gratias,*  
*habeo fædibim fæsi,*

*Quos penes mei potestas boni, misere fures &*  
*mala vita.*

Interpres *genuen et tollere copatur: Quos pe-*

*nis mei potestas, bonorumque foret & mea vita.*  
At quis non videt in *mei* & *mea vita* liquido idem iterari? Et taceo supervacuan talēm correctionem cum vulgatum ejusdem valoris five tensus sit. Nam *mis* gignendi caſu an-  
tique pro *mei* quidni feramus? Deinde qui-  
etum & in sua forma relinquendum illud,  
*mei potestas boni.* Nam *bonum* unitatis nu-  
mero pro peculio & rebus; Plauti genitum  
germanum esse probabimus aliquando, si Do-  
cus & Muse volent, in *Decimationum* libris.  
Alio itaque via ad medicinam grassandum;  
Versus, inquam, syllaba unica ad formam il-  
lam Maronis, five, quam protuli ē Rudente  
Plauti augendus, & cetera aperta exhibunt ac  
falsa. *Quos penes mei potestas boni, misere fures*  
*& mea vita.* Idem.

*Miserrere*

*Miserere parentis*

*Longevi.*

*Quem nunc mestum patria Ardea longe*

*Dividit.*

& circa Cassandram ex modo :

*Ecce trabeatur.*

*ex habitu corporis :*

*Passis Priameia virgo*

*Crinibus.*

*ex loco :*

*A templo a lysisque Minerva.*

& circa Agamemnonem à patria,

*Ipse Mycenaus.*

à fortuna :

*Magnorum duotor Achivum.*

à necessitudine :

*Conjugis infandum.*

à loco :

*Prima inter limina*

à causa :

*Subsedit adulteri.*

Tacite quoque & quasi per definitionem pathos movere solet, cum res quæ miserationem movet non dilucide dicitur, sed datur intelligi : ut cum Mezentius dicit,

*Nunc alte vulnus adactum.*

quid enim aliud ex hoc intelligendum est, quam hoc altum vulnus esse amittere filium ? & rursus idem ;

*Hec via sola fuit qua perdere posset.*

sed & hic scilicet accipendum est perire esse amittere filium. & Iu-  
turna cum queritur quod adjuvare fratrem prohibetur ;

*Immortalis ego.*

quid enim sequitur ? non est immortalitas in luctu vivere. Hæc,  
ut dixi, vim definitionis habent, & à poëta eleganter introducta sunt.

## C A P. V.

*Pathos à simili.*

**S**unt in arte Rhetorica ad pathos movendum etiam hi loci, qui dicuntur circa rem, & movendis affectibus peropportuni sunt. ex quibus primus est à simili. hujus species sunt tres, exemplum, parabola, imago, Græce παραβολή, παρειδολίη, εἰκὼν. ab exemplo, Vergilius :

*Si potuit manes accessere conjugis Orpheus*

*Ibreicia fretus cithara fidibusque canoris :*

*Si fratrem Pollux cœcna morte redemit.*

*Quid Theseus ? magnum*

*Quid memorem Alcidem ?*

*Antenor potuit medisis elapsus Achivis.*

hæc

hæc enim omnia misericordiam movent; quoniam indignum videtur negari sibi, quod aliis indulsum sit. deinde vide unde auget invidiam:

*Si potuit manes arcessere conjugis Orpheus.*

habes causam disparem manes illic conjugis, hic patris; illic arcessere, hic videre.

*Threicia fretus cithara.*

hic materiam ejus irrigit:

*Si fratrem Pollux alterna morte redemit;*

*Itque reditque viam totiens.*

hoc jam à modo. plus est enim saepe ire quam semel.

*Quid Theseus? magnum*

*Quid memorem Alciden?*

hic propter egregias personas non habuit quod minueret, atque auget; verum quod in illis elucebat, hoc sibi jactat cum his esse commune:

*Et mi genus ab Iove summo.*

simile est & illud ab indignatione; Quid enim? ait Juno:

*Pallasne exurere classem*

*Argivum?*

jam hoc plus est, classem victricem quam reliquias fugientium. Deinde causam minuit;

*Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei.*

quam minuit, ut noxam diceret, quod levis culpæ nomen est; & unius, quod facile possit ignosci; & furentis; ut nec culpa sit. & alibi:

*Mars perdere gentem*

*Immanem Lapithum valuit.*

vides easdem observationes, gentem & immanem. deinde aliud exemplum:

*Concessit in aras*

*Ipse Deum antiquam genitor Calydonia Diana.*

antiquam; ut plus honoris accederet ex vetustate. deinde in utroque causam minuit:

*Quod Icelus aut Lapithis tantum aut Calydona merente?*  
à parabola vero, quoniam magis hoc poetæ convenit, se pessime pathos movere; cum aut miserabilem aut iracundum vellet inducere. miserabilem sic;

*Qualis populea mærens philomela sub umbra.*

*Qualis commotis excita sacris*

*Thyas.*

*Qualem virgineo demessum pollice florem.*

& aliæ plurimæ patheticæ parabolæ, in quibus miseratus est. quid de ira?

<sup>1</sup> HIC materiam ejus irrigit | Ita erat | in Scripto, & retinunt codices fere omnes, excepto uno, in quo perperam, miserici-

cordiam. Nam intelligit Threiciam citharam | & fides canoras, rem levem quæ ex orco ex-  
civit conjugis manes Orpheus. Post. | Hic materiam ejus irrigit | Legio, misericordiam ejus irrigit, ex vet. cod. Mens.

*Ac veluti pleno lupus infidacis ovis  
Dum fremit ad caulas. & :  
Mugitus veluti fugit cum saucius aram  
Taurus.*

& alia plura similia qui querit inveniet. Et imago quæ est à simili pars tertia, idonea est movendis affectibus. ea fit, cum aut forma corporis absentis describitur, aut omnino quæ nulla est fingitur. utrumque Vergilius eleganter fecit. illud prius circa Alcanium :

*O mihi sola mei super Abyanatis imago,  
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebas.*

tingit vero cum dicit :

*quam fama secuta est.*

*Candida succinctam latrantibus inguina monstros.*

sed prior forma dñs præstat, hæc dñs; id est, prior misericordiam commoveret, horrorem secunda. sicut alibi:

*Et scissa gaudens vadit Discordia palla,*

*Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.*

& omnia illa quæ de forma dixit. Sed & illud nimium pathetice :

*Furor impius intus*

*Sæva sedens super arma, cæcum vinctus aenis*

*Post tergum nodis fremit horridus ore cruento.*

\* Quod de forma dixit | In scripto erat | Verisimile est respicere descriptionem fame, famæ. Camerarii editio ad oram, fame. apud Maronem. Pont.

## C A P. VI.

### Pathos à majori & minori.

**D**lximus à simili : nunc dicamus à minore Pathos à poëta positum. Nempe cum aliquid proponitur quod per se magnum sit, deinde minus esse ostenditur quam illud quod volumus augeri, sine dubio infinita miseratio movetur. Ut est illud :

*O felix una ante alias Priameia virgo  
Hostilem ad tumulum Trojæ sub manus altis  
Jussa mori.*

primum quod ait felix ; comparationem sui fecit : deinde posuit à loco, Hostilem ad tumulum. & à modo, quod non minus acerbum est, Jussa mori. Sic ergo hæc accipienda sunt ; quamvis hostilem ad tumulum, quamvis jussa mori ; felicior tamen quam ego, quia sortitus non pertulit ullos. simile est & illud :

*O terque quaterque beati.*

& quod de Pasiphæ dicit :

*Prætides implerunt falsis mugitisibus agros.*

deinde ut minus hoc esse monstraret ;

*At non tam turpes pecudum tamen illa secuta est  
Concubitus.*

Quid

*Quid illud? nonne vehementer patheticum est à minore?*

*Hec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,*

*Hos mibi prædictit luctus, non dira Celano.*

*quid hic intelligimus, nisi omnia quæ passus erat minor illi visa  
quam patris mortem? A majore negaverunt quidam rem augeri  
posse. sed eleganter hoc circa Didonem Vergilius induxit:*

*Non aliter quam si immisis ruat hostibus omnis*

*Karthago, aut antiqua Tyros.*

*dixit enim non minorem luctum fuisse ex unius morte, quam si tota  
urbs, quod sine dubio esset maius, ruisset. & Homerus idem fecit:*

*οὐς εἰ δηπαυ*

*\*Inq. ὅφειται πνεῖ οὐκέποτε ιγρ' ἄχεσ.*

*Est apud Oratores & ille locus idoneus ad pathos movendum, qui  
dicitur, præter spem. hunc Vergilius frequenter exercuit:*

*'Nos tua progenies cæli quibus annuis arcem.*

*& cetera. & Dido:*

*Hunc ego si potui tantum sperare dolorem;*

*Et perferrere soror potero.*

*Aeneas de Evandro:*

*Et nunc ille quidem sp. multum caput inani  
Fors & vota facit.*

*Advena nostri,*

*Quod nunquam veriti sumus, ut posse for agellis.*

*Diceret, bac mea sunt: veteres migrate coloni.*

*Invenio tamen posse aliquem ex eo, quod jam speraverit, movere  
pathos, ut Evander;*

*Haud ignarus eram quantum nova gloria in armis,*

*Et prædulce decus.*

*Oratores διονομοῦσαι vocant, quotiens de similitudine passionis pa-  
thos nascitur, ut apud Vergilium;*

*Fuit & tibi talis*

*Anchises genitor.*

*Patriæ strinxit pietatis imago.*

*Subiit cari genitoris imago.*

*& Dido:*

*Me quoque per multos similis fortuna labores.*

*Est & ille locus ad permovendum pathos, in quo sermo dirigitur vel  
ad inanimalia vel ad mura. quo loco oratores frequenter utuntur.  
utrumque Vergilius bene pathetice tractavit: vel cum ait Dido:*

*Dulces exuviae dum fata deusque sinebant.*

*vel cum Turnus:*

*Tugue optima ferrum*

*& idem alibi:*

*Terra tene.*

*Nunc ô νυνquam frustrata vocatus.*

*Hasta meos.*

*\* Nunquam frustrata vocatus hasta meos | neci datum. Vulgatur tamen, meritorum.  
Sic, c. p. 1. Solinus; ob nescius profungi vocis, | Sed illud scriptum vidimus. Pont., Rhelbe*

Rhebe diu, res si qua diu mortalibus nulla est,  
Viximus.

Facit apud Oratores pathos etiam addubitatio, quam Græci ~~imperato~~  
vocant. est enim vel dolentis vel irascentis dubitare quid agas.

*En quid ago? rursumne procos irrata priores  
Experiari?*

& illud de Orpheo:

*Quid faceret? quo se rapia bis conjugi ferret?*

& de Niso:

*Quid faciat? qua vi juvenem, quibus audeat armis  
Eripere?*

& Anna perhovetetur:

*Quid primum deserta querar? comitemque sororem?*

Et attestatio rei visæ apud rhetores pathos movet: hoc Vergilius sic  
exsequitur,

*Ipse caput nivei fultum Pallantis & ora  
Ut vidit, levique patens in pectore vulnus.*

& illud; *Implevitque sinu sanguis.*

& ; *moriensque suo se in sanguine versat.*

& ; *Crudeliss nati monstrantem vulnera cernit.*

& ; *Ora virum tristi pendebant pallida tabo.*

& ; *Volvitur Euryalus leto, pulchosque per artus*

*Ita crux.*

*Vidi egomet duo de numero cum corpora nostra.*

Facit Hyperbole, id est, nimieras, pathos; per quam exprimitur ira  
vel misericordia, ira; ut cum forte dicitur: *milites ille perire debuerat.* quod est apud Vergilium;

*Omnis per morte animam sonorem ipse dedidisset.*  
misericordia, cum dicit;

*Daphni, tuum Pœnos etiam ingenuisse leontes  
Interitum.*

Nascitur præter hæc de nimierate vel amatorium vel alterius generis  
pathos.

*Si mihi non hec lux toto jam longior anno est.*

& illud scorium;

*Maria ante exutere Turno*

*Quam sacras dabitur pinus.*

& ; *Non si tellurem effundas in undas.*

Exclamatio, quæ apud Græcos *ἐκράνως* dicitur, movet pathos. hæc  
sit interdum ex persona poëtæ, nonnunquam ex ipsius quem inducit  
loquentem. ex persona quidem poëtæ est:

*Mineua ve miseræ nimium vicina Cremonæ.*

*In felix, uicunque ferens ea fata nepotes.*

*Crimen amor vestrum.*

\* *Mariensis suo se in sanguine persat.* Iohannenum inclusus Anglitamus noster: *Sed si in  
sanguine spissatur.* Idem.

& alia similia. ex persona vero alterius ;  
Di capiti ipsius generique reservent.

&amp;;

Di talia Grassis  
Instaurate, pio si penas ore reposco.

&amp;;

Di talem terris avertite pestem.

Contraria huic figuræ ~~similitudinis~~, quod est taciturnitas. nam ut illic aliqua exclamando dicimus ; ita hic aliqua tacendo subducimus, quæ tamen intelligere possit auditor. hoc autem præcipue irascentibus convenit. ut Neptunus ;

Quos ego. sed motos præstat componere fluctus.

& Mnestheus ; Nec vincere certo.

Quanquam ô. Sed superent, quibus hoc Neptune dedisti.

& Turnus ;

Quanquam ô si solita quicquam virtutis adesset.

& in Bucolicis ;

Novimus ē qui te transversa tuentibus hircis,

Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello.

Sed & miseratio ex hac figura mota est à Sinone ;

Donec Calbante ministro.

Sed quid ego autem nequicquam ingrata revolvo ?

Nascitur pathos & de repetitione, quam Græci ἐπαναρρέειν vocant, cum sententiae ab isdem nominibus incipiunt. hinc Vergilius ;

Eurydiken vox ipsi & frigida lingua

Ab misera Eurydiken anima fugiente vocabit.

Eurydiken tuto referebant flumine ripe.

& illud ;

Te dulcis conjunx, te solo in litore secum,

Te veniente die, te decadente canebat.

& illud ;

Te nemus Angitiæ, <sup>3</sup> vierea te Fucinius unda,

Te liquidi flevere lacus.

<sup>3</sup> Vitrea te Fucinus unda | Apuleius : videt fontem vitrea latice placidum. Et possint hujusmodi ad comparationem plurima advocari ; sed ego ambitiones illas libens evito : tantum quod tali contentione melius fieri posse putem, non reticebo. Et, recte si judico, tale est apud eundem Apulicum libro Miles. 1.

Et hand ita longe radices platani lenis fluviis in speciem placida palatis ignarus ibat, argento vel vitro annulus in colorem. En, inquam, explore latice fontis latice. Adsurgit & operatus.

Insumulat enim posterius membrum vitii vacietas lectioquum. Nam & laesa & laqueo

reperitur in Scriptis. Dpiende cum annulus fucritus latec argento vel vitro in colorem, quomodo latens locum hic habeat? Placuit Grutero, tacito adsergit. Sed cui bono tam insidiosa hic & sollicita surrectio? Omnino inveni aliquod hujus latice desiderari existimem, idque a vulgi ore remotius, fucritus que ni fallor: Latice fontis latice. Brattem laminam quandam tenuissimam ex Isidoro & aliis scimus. Hinc Brattem & bratensem quod politie & levigatura probe & decenter exasciatum sit, qualis in speciem vel hic amnis depingitur Apuleio. Nec aliter philosophus Seneca bratetalem felicitatem dixit, quis externo illo mundo & apparatu spectantium

<sup>3</sup> Epimelias

*Emptum,* quæ est objurgatio, habet & ipsa pathos; id est, cum  
objecta illeat verbis refutamus;

*Aeneas ignarus abeft, ignarus & abſit.*

Fascinat oculos. Et Prudentius fulgorem no- | & pluviam vulgo frequentauit. In Glossa-  
minavit bracellam. Sed Lucius bracellus & | ria denique veteri, Bracca pluvia, legend.  
bracellum maluit, quomodo a pluvia pluvias | pro Bracca, quod vulgatur. Idem;

XII AURELI

AURELII MACROBII  
 AMBROSII THEODOSII  
 V. C. & inlustris  
 SATURNALIORUM  
 LIBER QUINTUS.

---

## CAP. I.

*Si non alii, hoc verte preferendum esse Ciceroni Vergilium, quod ille in uno tantum, hic omnibus generibus excelluerit. De quaenar generibus dicendi, deque duplice stylo.*

**P**O ST hæc cum paulisper Eusebius quievisset ; omnes inter se confono murmure. Vergiliu n non minus oratorem quam poëram habendum pronuntiabant ; in quo & tanta orandi disciplina, & tam diligens observatio rhetorice artis ostenderetur. Et Avienus, Dicas mihi, inquit, volo, doctorum optime, si concedinus, sicuti necesse est, oratorem fuisse Vergilium, si quis nunc velit orandi artem consequi, utrum magis ex Vergilio an ex Cicerone proficiat ? Video quid agas, inquit Eusebius, quid intendas, quo me trahere coneris, eo scilicet quo minime volo, ad comparisonem Maronis & Tullii. verecunde enim interrogasti uter eorum prætantior, quandoquidem necessario is plurimum collaturus sit, qui ipse plurimum præstat. <sup>1</sup> sed istam mihi necessitatem altam & profundam remittas volo : quia non nostrum inter illos tantas componere lites. nec ausim in utramvis partem talis sententiae auctor videri. hoc solum audebo dixisse, quia facundia Mantuani maultiplex & multiformis est, & dicendi genus om-

<sup>1</sup> Sed istam mihi necessitatem altam & profundam remittas volo | Scriptura fere referebat, & profundam rem mittas volo. Sententiam meam non urgebo pertinaciter, quod tamen injecti suspicio, non filebo, compendio nimisura scribendi, elapsam fortassis legitimam lectionem, necessitatem alteram. Id certe à te non alienum, ut allusiferit obiter ad augurum disciplinam , qui alteram avem pro

non bona sive improspera usurpabat. Unde postmodum, ut Festus docet, Alter pro verso subinde dicebatur ac m.s. Quid ? non nonconvenienter hic & loco sic frequentatur, ubi Avienus Eusebio inopinam illam & odiosam contentionem oggerit atque expir super Marone videlicet ac Tullio ? Scripsit itaque Macrob. necessitatem alteram & profundam rem mittas volo. Pont.

ne complectitur. ecce enim in Cicerone vestro unus eloquentiae tenor est ille abundans & torrens & copiosus. oratorum autem non simplex nec una natura est; sed hic fluit & redundat; contra ille breviter & circumcisae dicere affectat; tenuis quidam & siccus & sobrius amat quandam dicendi frugalitatem; alias pingui & luculenta & florida oratione lafcivit. In qua tanta omnium dissimilitudine unus omnino Vergilius invenitur, qui eloquentiam ex omni genere conflaverit. Respondit Avienus: Apertius vellem me has diversitates sub personarum exemplis doceres. Quatuor sunt, inquit Eusebius, genera dicendi: copiosum; in quo Cicero dominatur: breve; in quo Sallustius regnat: siccum; quod Frontoni adscribitur: pingue & floridum; in quo Plinius secundus quondam, & nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur. Sed apud unum Maronem haec quatuor genera reperies. Vis audire illum tanta brevitate dicentem, ut artari magis & contrahi brevitas ipsa non possit?

*Et campos ubi Troja fuit.*

ecce paucissimis verbis maximam civitatem hausit & absorpsit: non reliquit illi nec ruinam. vis hoc ipsum copiosissime dicat?

*Venit summa dies & ineluctabile fatum*

*Dæ danidæ: fūmus Trœs, fuit Ilium, & ingens*

*Gloria Teucrorum. ferus omnia Jupiter Argos*

*Transstulit. incensu Danai dominantur in urbe.*

*O patria! ô duxum domus Ilium, & incluta bello*

*Menia Dardanidum!*

*Quis cladem illius noctis, quis funera fando*

*Explicet? aut posset lacrymis æquare dolorem?*

*Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.*

Quis fons, quis torrens, quod mare tot fluctibus, quot hic verbis inundavit? Cedo nunc siccum illud genus elocutionis:

*Turnus ut ante volans tardum præcesserat agmen*

*Viginti lectis equitum comitatus, & urbi*

*Improvisus adevit, maculis quem Thracius albis*

*Portat equis, cristaque tegit galea aurea rubra.*

hoc idem quo cultu, quam florida oratione, cum libuerit, profertur?

*Forse sacer Cybelæ Choreus olimque sacerdos*

*Insignis, longe Phrygiis fulgebat in armis,*

*Nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur. | Hic monumentum admodum luculentum idem Scriverius scheda quadam interpositâ contextu adjecerat, hæc non publicatum, noperque adeo in monte Casio effossum Romæ,*

*EUSEBIL.*

*Q. AURELIQ. SYMMACHO. U.C. QUÆST. PRÆT. PONTIFICAL. MAJORI. CORRECTORI LUCANIAE ET BRITTIORUM*

*COMITI. ORDINIS TERTII. PRO CONS. AFRICÆ PRÆT. URBI. COS. ORDINARIO. ORATORI DISERTISSIMO. Q. FAB. MEM. SYMMACHUS U. C. PATR. I. OPTIMO.*

Eusebius autem, qui hoc elogium Symmachus ponit, si idem videatur, qui hoc ipso loco tam prædictæ de eodem V.C. loquitur, ei eloquentie laudem in pingui ac florido dicendi genere attribueret. *Pons.*

X 3

*Spumantemque*

*Spatantemque agitabat equum; quem pellis aenis  
In plumam squamis auro conferta regebat.  
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro  
Spicula torquebat Lycio Corynia cornu,  
.Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum.*

sed haec quidem inter se separata sunt. Vis autem videre quemadmodum haec quatuor genera dicendi Vergilius ipse permiscebat, & faciat unum quoddam ex omni diversitate pulcherrimum temperamentum?

*Sepe etiam steriles incendere profuit agros,  
Atque levem stipulam crepitancibus urere flammis.  
Sive inde occultas vires & pabula terre  
Pinguis concipiunt; sive illis omne per ignem  
Excoquitur vitium; atque exsudat inutilis hamor:  
Seu plures calor ille vias & cœca relaxat  
Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas:  
Seu durat magis & venas adstringit biantes,  
Ne tenues pluviae rapidiore potentia Solis  
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*

Ecce dicendi genus quod nusquam alibi deprehendes, in quo nec præcepit brevitas, nec infrunita copia, nec jejuna siccitas, nec letitia pinguis.

Sunt præterea styli dicendi duo dispari moralitate diversi. unus est maturus & gravis; qualis Crasso assignatur, hoc Vergilius utitur, cum Latinus præcipit Turno;

*O præstans animi juvenis, quantum ipse feroci  
Virtute exsuperas, tanto me impensis eorum est  
Consulere.*

& reliqua.

alter huic contrarius, ardens, & erectus, & infensus; quali est usus Antonius. Nec hunc apud Vergilium frustra desideraveris.

*Haud talia dudum*

*Dieta dabas. morere; & fratrem ne defere frater.*

Videsne eloquentiam omni varietate distinctam? quam quidem mihi videtur Vergilius non sine quadam præfigo, quo se omnium profectibus præparabat, de industria sua permiscuisse; idque non mortali sed divino ingenio prævidisse; atque adeo non aliud ducem fecutus, quam ipsam rerum omnium matrem naturam, hanc prætexuit velut in musica concordiam sonorum. Quippe si mundum ipsum diligenter inspicias, magnam similitudinem divini illius, & hujus poetici operis invenies. Nam qualiter eloquentia Maronis ad omnium mores integræ est, nunc brevis, nunc copiosa, nunc siccata, nunc florida, nunc simul omnia, interdum lenis aut torrens: sic terra ipsa, hic lata segetibus & pratis, ibi silvis & rupibus hispida, hic siccata arenis, hic irrigua fontibus, pars vasto aperitur mari. Ignoscite, nec nimium me vocetis, qui naturæ rerum Vergilium comparavi. Intra ipsum enim mihi vitium est, si dicerem decem rhetorum, qui apud

apud Athenas Atticas floruerunt, stylos inter se diversos hunc unum permisuisse.

## C A P. II

*Quae Vergilius traxerit à Græcis: quodque tota Aeneis effigiea sit ad Exemplar Iliadis atque Odysseæ Homerice.*

Tunc Euangelus irridenti similis, Bene, inquit, opifici deo à rure Mantuano poëtam comparas; quem Græcos rhetoras, qnorū fecisti mentionem, nec omnino legile asseveraverim. unde enim Veneto, rusticis parentibus nato, inter sylvas & frutices educto, vel levis Græcarum notitia literarum?

Et Eustathius, Cave, inquit, Euangele, Græcorum quemquam vel de summis auctoribus tantam Græcæ doctrine haustile copiam credas, quantam sollertia Maronis vel assecuta est, vel in suo opere digessit. nam præter philosophiæ & astronomiæ amplam illam copiam, de qua supra differuimus, non parva sunt alia quæ traxit à Græcis, & carmini suo tanquam illic nata inseruit.

Et Prætextatus: Oratus sis, inquit, Eustathi, ut hæc quoque communicata nobiscum velis, quantum memoria repente incitata suffecerit. Omnes Prætextatum secuti ad differendum Eustathium provocaverunt. ille sic incipit: Dicturumne me putatis ea quæ vulgo nota sunt? quod Theocritum sibi fecerit pastoralis operis auctorem, ruralis Hesiodum? & quod in ipsis Georgicis tempestatis serenitatisque signa de Arati phænomenis traxerit; vel quod eversionem Trojæ, cum Sinone suo & equo ligneo ceterisque omnibus quæ librum secundum faciunt, à Pisandro pene ad verbum transcriperit? qui inter Græcos poëtas eminent opere, quod à nuptiis Jovis & Junonis incipiens, universas historias quæ mediis omnibus seculis usque ad ætatem ipsius Pisandri contigerunt, in unam seriem coactas redegerit, & unum ex diversis hiatibus temporum corpus effecerit? in quo opere inter historias ceteras interitus quoque Trojæ in hunc modum relatus est. Quæ fideliter Maro interpretando fabricatus est sibi Iliacæ urbis ruinam. Sed & hæc & talia ut pueris decan-

<sup>1</sup> Unde enim Veneto, rusticis parentibus nato | Legendum, unde enim Vergilio. Meurs.

Unde enim hisc Veneto | Virgilium Venetum vocat, ut alias eundem à mōs solemus Mantuanum dicere. Et addit, rusticis parentibus nato, inter sylvas & frutices & nato, ut ostendar ei nihilominus insignem Græcarum notitiam haud defuisse literarum. Nec mutari ullo pacto eam lectionem debere docebit præterea Servius in vita ejus, ubi inquit: Fuit Mantuanus, qua civitas est Veneta. Veneta autem qualis Italica sit regio, præter Livium, paucis indicat verbis Flores lib. 3.

cap. 3. ubi sit: Sed in Venetia quo fere tractu Italia mollissima est. Mollissimam nimicrum dicit, ut intelligatur agrum ibi, ut plorimum, esse depressum & pascuum, silvique ac fruticibus conficum. Unde eleganter Macrobij ex persona Euangeli irridentis rusticitatem Maroni hæc infert: Bene, inquit, opifici deo à rure Mantuano poëtam comparas; quæna Græco rhetores, qnorū fecisti mentionem, nec omnino legile asseveraverim. Unde enim Veneto, rusticis parentibus nato, inter sylvas & frutices educto vel levis Græcarum notitia literarum? Pont.

tara prætereo. Jam vero Aeneis ipsa, nonne ab Homero sibi mutuata est errorem prium ex Odyssea, deinde ex Iliade pugnas? quia operis ordinem necessario rerum ordo mutavit, cum apud Homerum prius Iliacum bellum gestum sit, deinde revertenti de Troja error contigerit Ulyssi: apud Maronem vero Aeneæ navigatio, bella quæ poterat in Italia sunt gesta, præcesserit. Rursus, Homerus in primo cum vellet iniquum Græcis Apollinem facere, causam itruxit de sacerdotis injuria. Hic ut Trojanis Junonem faceret infelitam, caularum sibi congeriem comparavit. Nec illud cum cura magna relatus sum, licet (ut exitimo) non omnibus observatum, quod cum primo versu promisuerat producturum fese de Trojæ littoribus Aeneam;

*Trojæ qui primus ab oris*

*Italiam fato profugus Lavinaque venit*

*Littora.*

Ubi ad januam narrandi venis, Aeneas classiæ non de Troja sed de Sicilia producit;

*Vix e conspectu Sicula telluris in alijum*

*Vela dabant latis.*

Quod tonitum Homericis filis texit. Ille enim vitans in poëmate historicorum similiudinem, quibus lex eit incipere ab initio rerum, & continuam narrationem ad finem usque perducere: ipse poëta discitat, & res ipsam mediò caput, & ad initium post reversus est. Tunc igitur non incipit ad Trojano littore describere, sed convivio navigantem de insula Calyponis, & ex persona sua postea ad Phœbas. Illic in convivio Alcinoi regis narrat ipse Odyssum de Troja ad Calypsonem usque pervenerit. Post Phœbas rursus Ulyssis navigationem describendo perducit, cuius navigationem usque ad Ithacam ex persona propria poëta describit. Quem secutus Maro, Aeneam de Sicilia producit; cuius navigationem describendo perducit ad Libyam. Illic in convivio Didonis narrat ipse Aeneas usque ad Siciliam de Troja navigationem suam: & addidit uno versu, quod coriose poëta descriperat;

*Hinc me disgressum vestris Deus appulit oris.*

Post Africam quoque rursus poëta ex persona sua iter classis usque ad ipsam describit Italiam;

*Interea medium Aeneas jam classe tenebat*

*Cetus iter.*

Quid quod & omne opus Vergilianum velut de quodam Homericoperis speculo formatum est? Nam & temperas mira imitatione descripta est. Versus utrusque qui volet conferat, ut Venus in Naufragia locum Alcinoi & lie succedit ipsa autem Dido refert speciem regis Alcinoi & nivium celebrantis. Scylla quoque & Charybdis, & Circe decenter attingitur; & pro Salis armentis Strophades insulae tinguntur. at pro cunctatione inferorum descensus ad eos cum comitatu sacerdotis inducitur. ibi Palinurus Elpenori, sed & in seculo Ajaci insula Dido, & Tiretæ contiliis Anchylæ monita respondent.

Jana

Jam prælia Iliadis & vulnerum non sine disciplinæ perfectione descriprio, & enumeratio auxiliorum duplex & fabricatio armorum & ludicri certaminis varietas iustumque inter reges & ruptum fœdus & speculatio nocturna & legatio reportans à Diomede repuliam Achillis exemplo, & super Pallante ut Patroclo lamentatio; & alteratio ut Achillis & Agamemnonis, ita Drancis & Turni (utробique enim alter suum, alter publicum commodum cogitabat,) pugna singularis Ænæ atque Turni, ut Achillis & Hectoris, & captivi inferiis deitinati ut illic Patrocli, hic Pallantis,

*Sulmone creatos*

*Quatuor hic juvenes; rorisdem quos educat Ufens*

*Viventes rapit inferias quos immoles umbræ.*

Quid? quod pro Lycaone Homero (qui inter fugientes deprehensus non mirum si ad preces confugerat, nec tamen Achilles propter occisi Patroclii dolorem pepercit) simili conditione Magus in medio tumultu subornatus est?

*Inde Mago procut infestam contenderat hastam.*

& cum ille genua amplectens supplex vitam perisset; respondit:

*Belli commercia Turnus*

*Sustulit ista prior jam tum Pallante perempto.*

sed & insultatio Achillis in ipsum Lycaonem jam peremptum in Tarquium à Marone transfertur. ille ait:

Ἐγταῦθοι των καίσοι μετ' ἐχθρὸν, εἰσ' αὐτελῆς  
Αἴματα λαλίχασσαντας αἰνάδες· οὐδὲ οὐ μέτρο  
Ενθαμένη λεχέσσαι γενόσται, αλλα Σερφανόρος  
Ωιον οὐγένεις εἶπεν ἀλλας εὐρία κόλπος, &c.

at hic veiter:

*Istic nunc metuende jace. & reliqua.*

### C A P. III.

*De diversis Vergilii locis ex Homero traductis.*

ET si vultis me & ipsos proferre versus ad verbum pene translateos, licet omnes præsens memoria non suggerat: tamen qui se dederint obvios annotabo.

Νέδηλον μέτοντο πίλασσι, τοξῷ δὲ σίδηνερ.  
totam rei quanto compendio lingua ditione explicavit? yester, licet periodo usus, idem tamen dixit:

*Adduxit longe, donec curvata coirent*

*Inter se capiebat, & mansibus jam tangeret æquis*

*Læva aciem ferri, dextro nervoque papillam.*

ille ait:

Θάλαττον γαλάων, διλλ' ἔργοδες ἡδεῖ δειλασσον.

Δι τὸ τε κωνστέλων νεφέλων έσος Κερυκίον.

Νῦν δέπερ γλαφυρῆς ἔχλυσεν ὃ πόνιΘεν οὐτῆς.

Nec jam amplius ulla

Apparet tellus, cælum undique εῖδι undique pontus.

Πορφύρεον δὲ ἀερα κῦμα σειράζει έρει ίσουν

Κυρτωδίην.

Curvata in montis faciem circumstetit unda;

& de terraro ille ait:

Τόσον έγρηθ' αἰδίων, οσον οὐεγώς εἰσ' ἀπὸ γαινεῖ.

Bis patet in præceps tantum, tenditque sub umbras,

Quantis ad æthereum cœli suspectus olympum.

Αυτῷ ἐπεὶ πόνιΘεν καὶ ἐμπόνιΘεν έξει θεον έργο.

Postquam exērcia jubes, οὐ amor compressus edendi.

Ως έρεις ἐνχθωμόθεν, τὰ δὲ έχλυτα μητέτε Zdis.

Tādī έπεργον μὴν ἔδωκε πατέρε, έπεργον δὲ αἰγάλευτον.

Νῦν μὲν οἱ ἀποικιῶται πόλεων τε μάχεται τε

Δᾶσα, σούν δὲ αἰγάλευτον μάχης Ήξαπολισθετη

Audiret, οὐ Phæbus voti succedere partem

Mente dedit, partem volucres dissipavit in auras.

Νῦν δὲ οἱ Alætæo βίην Τράπεζαν αναζει,

Kai πολὺς πολὺς, τοίκεν μετόπιν ημίσουται,

Hic domus. Eneæ cunctis dominabatur oris,

Et nati naturum, οὐ qui nascentur ab illis.

& alibi ille ait:

Kai εἰτε ΟδυσσεῖΘεν λύτο γένεται, καὶ φίλον οὔτοι.

Οχθός δὲ ἀερι εἴπει ωρές οὐ μεταλλήτερα θυμάν.

& alibi.

hic de duobus unum fabricatus est:

Extemplo Eneæ solvuntur frigore membra.

Πότνιον αἰδίων, ἐρυσίπολι, δία δέδων,

Ἄξον δὲ έγχθει ΔιονύσειΘεν, ιδὲ καὶ αὐτὸν

Περιβάτη δὲς περιει Σκαλῶν ωραπεριει πυλάων.

Armipotens præses belli Tristonia virgo,

Frangere manu telum Phrygii prædonis, οὐ ipsum

Pronum sterne solo, portisque effunde sub ipsi.

Ητε δένην μὲν περιπτα κορύσεται, αὐτῷ έπειται

Οὐεγρῷ εἰσειχει καὶ, καὶ ἐπὶ ζθοντι βαίνει.

Ingridaturque solo, οὐ caput inceps nubila condit.

ille de somno ait:

Kai την οὐδιμούΘεν οὐτε βλεφάρωσιν έπιπλε

ΝόγγούΘεν οὐδετε θανάτορα ἄγγεια οὐκάς.

hic potuit:

Dulcis οὐ alta quies placideque simillima morte.

Ἄλλον οὐρανον, καὶ δὲλ μέραν οὐρανον δύμεμα,

Ναὶ μὲν τόδε σκηνεγεν, τὸ μὲν εἰ ποτε φύλλα καὶ οὖς

Φύσει, έπειδη περιπτα τούτων εἰ οὐρανον λέλαιπν,

Oὐδὲ αὐτοκλίσον, τόδε γαρ εἰ ξελκός έλεγεν,

Φύλλα τε καὶ φοιόν, τοῦ μὲν τέ μιν οὐσιας αἰχμαλον

Ἐν παλάμψει φορέσσι μηδεπόλει, οἱ τε θύματα  
Περὶ διδοῖς εἰρίσσεται.

*Ut scepterum hoc (dextra scepterum nam forte gerebat)  
Numquam fronde levi fundet virgulta neque umbram,  
Cum semel in filvis imo de stirpe recisum  
Matre caret, posuitque comas & brachia ferro,  
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro  
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.*

Sed jam si videtur à collatione versuum translatorum facessò; ut nec uniformis narratio pariat ex satietate fastidium, & sermo ad alia non minus præsenti causæ apta vertatur. Perge quælo, inquit Avienus, omnia quæ Homero subtraxit investigare. Quid enim suavius quam duos præcipios vates audire idem loquentes? quia cum tria hæc ex æquo impossibilia judicentur vel Jovi fulmen vel Herculi clavam vel versum Homero subtrahere (quod, et si fieri possent, alium tamen nullum deceret vel fulmen præter Jovem jacere, vel certare præter Herculem robore, vel canere quod cecinit Homerus) hic opportune in opus suum quæ prior vates dixerat transferendo fecit ut sua esse credantur. ergo pro voto omnium feceris, si cum hoc coetu communicata velis quæcumque à vestro noster poëta mutuatus est. Cedo igitur, Eustathius ait, Vergilianum volumen: quia locos ejus singulos inspiciens Homericorum versuum promptius admonebor. camque Symmachus jussu famulus de bibliotheca petitum librum detulisset, temere volvit Eustathius ut versus, quos fors obtulisset, inspiceret. &, Videte, inquit, portum ad civitatem Didonis ex Ithaca migrantem:

*Est in secessu longo locus: insula portum  
Efficit objectu laterum; quibus omnis ab alto  
Frangitur inque finis scindit sese unda reductos.  
Hinc atque hinc vastæ rupes geminique minantur.  
In cælum scopuli; quorum sub verisce late  
Æquora tutæ silent. tum silvis scena coruscis  
Desuper borrentique atrum nemus imminet umbra,  
Fronte sub adversa scopulis pendencibus antrum,  
Intus aquæ dulces vivoquo sedâlia saxo,  
Nymbarum domus. hic fessas non vincula nave  
Ulla tenent: unco non alligat anchora morta.  
Φόρκυνθ. Νη τις δέτι λιμνῶ ἀλίσσο γέρνθι,  
Ἐν δίμητρι Ιδάκης, οὐδὲ τὴν αὐλῆτας ἐν αὐτῷ  
Ακταὶ περρέοντες λιμνῶ ποτιπεπηῆσαι.  
Διτ' αὐτοὺν σκεπόσσοις μαστίχας μέρα κῆμα*

\* Vel certare præter Herculem robore | Scri- | menta ut verba Firmiani sunt, Herculei ob vir-  
plus, elaterare præter Herculem, non at force; | tūtem clarissimus, cap. 9. lib. 1. Post.

Ἐκποδεῖν· ἔγινον δὲ ἀνευ δεροῦ μέντος  
Νῆσος ἐναλεμονος, δταν δέμης μέζην κοντας  
Αὐτὰρ οὐδὲ κρετός λιμένος ταυθυμίλλος ἐλάσιν.  
Ἄγρος δὲ αὐτῆς ἀνέψην ἐπίρεστον περιεπέδες  
Γέρων τυμφάσω, αἱ υπέδεις καλέονται.  
Ἐν δὲ κρηπῆσες τε καὶ αριθμοῖς Καστού  
Λαίνοι, Κρήτη δὲ ἔπειτα πλατείασις μέλαντι.

## C A P. IV.

*De iis que in primo Aeneidos sunt ex Homero traducta.*

ET cum rogasset Avienus ut non sparsim, sed ab initio per ordinem annotaret: ille manu retractis in calcem solii, sic exorsus est:

Æole, namque tibi divum pater atque hominum rex  
Et mulcere dedit fluctus & tollere vento.  
Κένον γδ ταύτην ἀνέμου ποίησε κρονίων,  
Αὐτὸν πανέμεναν οὐδὲ δρυμεν δι καὶ ἑδελίσση.  
Su et insibi his septem praestans corpore nymphæ,  
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deioperiam  
Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.  
Αλλ' οὐδὲ καὶ τοι Χαετῶν μίαν ὁπλοτερέσσαν  
Δάσσω ἐπιτίμεναν, καὶ σιντονοντας ἀκοίπει,  
Πανθέλια, οὐδὲ αἰτεῖ ιδεῖσαι ἡματα πάγια.

Tempesta Aenee Æolo concitante cum allocutione ducis res suas  
conclamantis de Ulyssis tempestate & allocutione descripta est; in  
qua Æoli locum Neptunus obtinuit. versus quoniam utrobique  
multi sunt, non inserui, qui voler legere, ex hoc versu habebit  
exordium.

Hec ubi dicta: caram conversa cuspide montem.  
& apud Homerum de primo Odyssæ:

Ως εἰπὼν σωμαχεν νεφέλας, ἐπάργετε δὲ πόντους,  
Χεροὶ τείναντες εἰλίν πάσσοις δὲ ὄργανοντες ἀελίας  
Πλανῶνται ἀνέμων.

Ut primum lux alma data est: exire, locosque  
Explorare novos, quas vento accesserit oras,  
Qui teneant (nam inculta videt) hominesne feræne  
Quærere constituit, sociisque exacta referre.

Αλλ' οὐδὲ δὴ τείτον ἡμαρτεῖ πλοβούμενος τέλεσ' οὐδένα  
Δι τοι ἔγινεν ἔρων ἔγχος ἐλών καὶ σάσταρον δέξιον,  
Καρπαλίμως φέρειν τοὺς ἀνίστον ἐς πελαστικῶν,  
Εἴ πως ἔργα ιδοίμεν βροτῶν, ἐνοπλού τε πυδολιδίων.  
Nulla tuarum audita mihi neque vix sororum,  
Ο quam te memorem virgo, namque haud tibi vulnus  
Mortalis, nec vox hominem sonat, οὐδεῖα certe  
An Phœbi soror, an nympharum sanguinis una.

Γερῆσι

Γεννήματα σε ἄσσαστα. Τόπος γύπης, ἢ βεργίτος ἀστοῦ.  
Ἐ μὲν περ τοὺς ἑαυτούς ἐστι, τοὶ δέρεσθαι ἔργοντας  
Ἀργείωνδί σε κέρατα Δίος κέρη μεταλλοίο  
Τίδος τε, μέγερδος τε, φυλώ τ' ἄγγελος ἐστος  
Δακαρία προσεκτος ab origine pergam,  
Et vacet annales nostrorum audire laborum:  
Ante diem clauso componet vesper olympos.

τίς κατ' ἐκπίνει

Πάντα γε μαθήσομενοι καὶ θυμπῶν ἀνθρώπων.  
Οὐδὲν εἰ παντάπτες γε καὶ ἔξετες οὐδεμίματα  
Ξερόντος δῆμος καῖσα πάθον κραχεῖ δίοι. ἀχαλοῖ,  
Ἄτε τοις οὐδενὶοι γρανίεντες αὔρατε λεπτοί,  
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu;  
Cernere ne quis eos neu quis contingere possit,  
Molirive mortam aur veniendi poscere causas.  
Καὶ τότε Οδυσσεὺς ἔρετο πόλιν δὲ Ἰμερα, αὐτῷ δὲ Αἴθιον  
Τολλιὰν ἡέρα καὶ τὸ φίλα Θρυσσόν Οδυσσεῖ,  
Πάντας φανίκων μεγαλύματα ἀποβολίσας  
Κερτομίσιος τ' ἐπεισει, καὶ ξερόντοις δῆμος εἴη.  
Quas in Eurotae ripis, aut per juga Cynethi  
Exceret Diana choros: quam mille fecutæ  
Hinc atque hinc glomerantur Oreades. illa pharetram  
Tert humero, gradiensque deas supereminet omnis,  
Atone tacitum pertentant gaudia pectus.  
Talis erat Dido, talem se lata ferebat.  
Ἡν δὲ Αἴτειος ἐστι καὶ ἕρεος ἀνθεμέρη  
Ἡ καὶ Τηνύγετον φειδικέτου, ἢ Ερυμανθού  
Ερεπομένη καθαρεῖσι, καὶ ακείης ἐλάφοισι,  
Ὕδε τοι ἀμα νύμφαι καέδει Δίος αἰγέροχοιο  
Ὑγενόμοι παιζονται, γένυντε δέ τε φρένα Λητῶ,  
Πασσαν δὲ ὑπερ πῆγα καρπόν ἔχει ἥδε μέτωπα,  
Ρεῖα δὲ αεργνώτη πελεται, κυλαῖ δέ τε πάσι,  
Δε πῆγα ἀμιτιπόλοισι μετέπεπτε παρθένος ἀδυτοῖς.  
Restituit Eneas claraque in luce refluit,  
Qs humerosque deo similis. namque ipsa decoram  
Cesariem nato genitrix lumenque juventate  
Purpureum τοι latus oculis afflaret honores:  
Quale manus addunt eboris decus, aut ubi flavo  
Argentum Pariusve lapis circundatur auro.  
Aut τέρα κακκεραλῆς χεῦν πολὺ καλλος Αἴθινη,  
Μετίζοντε τ' εἰπειν τοι πάσοντα καδένε καρπίοις  
Σύλλας πηκ κόκκας ὑπαντινώ ἀνθει δύοισι.  
Δε δὲ δέ τοι χρυσοῦ πελχαδίστης αἴρεις  
Ιδεις, ὃν Ηφαιστος δέσαεν καὶ Παλλὰς Αἴθινη  
Γέχυλης παντοῖων, καλείεται δέ ἔργα τελεῖεν,  
Δε μέρι πολλοῖς καὶ κεραλῇ τε καὶ ἄκραις.  
Coram quem queritis adiun  
tus Eneas Libycis ereptus ab undis.

Ergo

Ἐκτοδει· ἔπειδεν δὲ ἄρευ δέσποιο μάνιος  
Νῆες ἐνσελμοι, δταν δέριοι μέρην κοντας  
Αὐτῷ δὲ πρεστὸς λιμένος τανθρυλλος ἐλαῖη.  
Αγχόει δὲ αὐτὸς ἀντὶ ἐπήρετον περεπεδεῖς  
Τερψινοφόρος, οἷος γενέστερος καλέονται.  
Εν δὲ κερπῆρες τε καὶ αμφιθορηνες Καστού  
Πάνος, Κνίδα δὲ ἔπειτα ποιεῖσαντο μέλαντα.

## C A P. IV.

*De iis que in primo Aeneidos sunt ex Homero traducta.*

ET cum rogasset Avienus ut non sparsim, sed ab initio per ordinem annotaret: ille manu retractis in calcem foliis, sic exorsus est:

*Aeole, namque eis divum pater arque hominum rex  
Et mulcere dedit fluctus & collere vento.  
Κεῖνον γέ ταρίων ἀνέμων ποίος κερνίων,  
Αὖν πανέμενας ἡδὲ ὄρυαν οὐ καὶ ἐθελόντη.  
Su & mihi bis septim praetanti corpore nymphæ,  
Quarum, que forma pulcherrima, Deiopeiam  
Connubia jungam stabili, propriamque dicabo.  
Αλλ' οὐδὲ δὲ τοι Χαέτων μένος ὅπλοτερον  
Δώσω ὑπερέμενα, καὶ σὺ παλῆδει ἀκοίπει,  
Πανδέλω, οὐδὲ εἰδέσαι πρατα πάγτα.*

Temperas Aenee Aeoli concitante cum allocutione ducis res suas  
conclamantis de Ulyssis tempestate & allocutione descripta est; in  
qua Aeoli locum Neptunus obtinuit. versus quoniam utrobique  
multi sunt, non inferui, qui volet legere, ex hoc versu habebit  
exordium.

*Hec ubi dicta: cavum conversa cuspide montem.  
& apud Homerum de primo Odysseæ:*

*Ως εἴπων σιώμενοι νερέλας, ἐπάρετος δὲ πίντον,  
Χερὶ τείαντας ἐλαῖν πάσας δὲ ὁρθουντεν αέλας  
Πλατύον αὔτεων.  
Ut primum lux alma data est: exire, locosque  
Explorare novos, quas vento accefferit oras,  
Qui teneant (nam inculta videt) hominesne feræne  
Querere constituit, sociisque exacta referre.*

*Αλλ' οὐδὲ δὴ τείαντας ἡμας εὐπόρκωμος τέλεος ἡδει  
Διν τῷ ἔρων ἔγων Κύρχος ἐλαῖν καὶ φάσιανον δέξει,  
Καρπαλίμως ωραῖ πόσις ἀνίσσον εἰς πελαστικῶν,  
Εἴ πως ἔργα ιδοίμει βερτῶν, εποκτιν τε πυθοῖδων.  
Nulla tuarum audita mihi neque νιγι λογοτομ,*

*O quam te memorem virgo, namque haud tibi vulnus  
Mortalis, nec vox hominem sonat, δὲ δει certe  
δι Phœbi soror, an nympharum sanguinis una,*

Γερύλλας

Γεννηματι στο ἄνθεστα. Τόπος νύπτης, οὐ βρεφὸς ἐστι.  
Ἐπί μὲν τῆς θεῖας ἱστή, τοῦ πέργαμος ἀντρὸν Υχεῖσι,  
Ἀρτέμιδι στο ἔγκυο Διός καρπὴ μεγάλοιο  
Ιδός τε, μόγανδις τε, φύλων τὸν ἄγρυπνον ἐπέντες  
Δακαρία p. ma repetens ab origine pergam,  
Et vacet annales nostrorum audire laborum:  
Ante diem clauso componet vesper olympos.

## τίς καὶ ἐκτίνα

Τάρτη γὰρ μαδόσιστο καὶ θυμητῶν αὐθρώπων.  
Οὐδὲν εἰ περάστες γὰρ καὶ δέστες οὐδεμίμονος  
Ξέργοις δοσι καὶ τῷ πέργαμον καρπὸν δίον ἀχαιοῖς,  
Ἄτενις οὐδενὸν γραντες αὔρατες οὐδενί,  
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu;  
Cernere ne quis eos neu quis contingere possit,  
Moliriue moram aur veniendi poscere causas.  
Καὶ τότε Οδυσσεὺς δέρτο πόλιν μὲν ἔμεν, αἴρετο δὲ Αθηναίαν  
Τολικὴν ἡδονὴν χρεῖαν φίλα Θεούσιον Οδυσσεῖ,  
Πάντας φανίκων μεγαδύμονον αὐτούσιον  
Κερτομίσιον τὸν ἵπποντα, καὶ ἔξεργοις θόπες εἶη.

Qua. in Eurotæ ripis, aut per juga Cythæ  
Exercet Diana choros: quam mille fecutæ  
Hinc atque hinc glomerantur Oreades. illa pharetram  
Fert humero, gradiensque deas supereminet omnis.  
Atone tacitum pertentant gaudia pectus.  
Talis erat Dido, talem se læta ferebat.  
Οὐδὲν δέ τοι Αρτεμίσιον καὶ φρεστὸν  
Ἐπί Τηνύγετον φελικότερον, οὐ Ερύμανθον  
Ερπομένην καθεσιον, καὶ ακετης ελάριοισι,  
Οὐδὲν δέ τοι νύμφαι πάρεστι Διός αἰγιόχοιο  
Χρεονόμοι παιζεισ, γέγοντε δέ τε φρενα Λιτω,  
Πασσανην δέ ὑπερ πῆγε κάρην ἔχει οὐδὲ μέτωπα,  
Ρεῖα δέ αεργυνάτη πελεστα, καλαὶ δέ τε πάσι,  
Ως δέ τοι ἀμυντόλοισι μετέπεπτα παρθένος αδμῆς.  
Restituit Aeneas claraque in luce refulsi,

Os humerosque deo similis. namque ipsa decoram  
Cesariem nato genitrix lumenque juventæ  
Purpureum οὐ λεπτος oculis afflaret honores:  
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo  
Argentum Pariusve lapis circundatur auro.  
Autaq; κάκκαφαλης χρευ πολὺ καλλος Αθηνή,  
Μετ' Κούρδη τὸν ειπεῖν καὶ πάσοντα καδένε καρπίοις

Οὐλας πέτρα κόνιας ὑακινθίνης αὐθει δύοισι,  
Ως δέ δέτε της χρυσὸν πελχαδίστην αργυρῷ ἀκηρ  
Ιδεις, οὐ Ηφαιστος δέστεν καὶ Παλλὰς Αθηνή  
Γέχηντος παντοῖων, καλεστα δέ τρέψα τελέτην,  
Ως μὲν πολὺ πελχεν χάρει κεφαλῆ τε καὶ ἄμωις.

Coram quem quereris adiun  
tus Aeneas Libycis ereptus ab undis.

Εγδον μηδὲ οὐδὲ αὐτὸς ἔχει καὶ πολλὰ μογήσαι,  
"Ηλυδον εἰκοσῷ ἔτει ἐς πατεῖδα γαῖαν.

## C A P. V.

*Que in secundo Aeneidos traducta sunt ab Homero.*

**C**onticuere omnes intentique ora tenebant.  
Ως ἔφαθ' οἷς δέητε πάντες ἀκλιδίας ἐγένοντο σπουδῆς.  
Infandum regina jubes renovare dolorem,  
Trojanas ut opes Ἐ lamentabile regnum  
Eruerint Danai.  
Αρχαλέων βασίλεια διηγεῖταις ἀγρόδοται  
Κῦντε ἔστι μοι πολλὰ δόσαιν τεοῖς θεογνώσεις.  
Pars stupet innuptæ donum exitiale Minerve;  
Et molem mirantur equi: primusque Timætes  
Duci intra muros hortatur Ἐ arce locari,  
Sive dolo, seu jam Troje sic fata ferebant.  
At Capys Ἐ quorum melior sententia menti  
Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona  
Præcipitare jubent, subjectisque urere flammis,  
Aut terebrare cavae uteri Ἐ tentare latebras.  
Scinditur incertum studia in conteraria vulgus.  
Ως οὐ μόνοι εἰσίκει, τοῦ δὲ ἀκετα πόλις ἀγρόδοτον  
Ημῖνοι ἀμφὶ αὐτὸν τείχα δὲ σφίσιν ἔγδανε βελύς.  
Ἡ παταγῆςαι κοίλον δόσαι νῦντες χαλκῷ  
Ἡ κατιπέρων βαλέειν ἐρύσουνται ἐπ' ἀκέφασι.  
Ἡ ἑδειν μῆρα ἀγαλμα δεῶν δελητήσεον εἶναι,  
Τῇ περ δὴ καὶ ἐπειτα τελετήσεος ἔμελλεν.  
Αἴσια γὰρ οὐδὲ πολέμωι, ἐπειδὴ πόλις ἀμφικαλύψη  
Διεσπερτον μέγαν ἵππον, δοθεὶσαν εἰσατο πάντες ἀεισοι  
Αργείων, σεβόστι φόνον καὶ κῆρι φέροντες.  
Vertitur interea cœlum, Ἐ ruit Oceano nox  
Involvens umbra magna terramque polumque.  
Ἐν δὲ ἐπος ὠκεανῷ λαμπεῖν φερεῖται οὐλέσσοις  
Ἑλκον γύντα μέλανειν ἐπὶ ζείδων ἄραξαν.  
Hec mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo  
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis,  
*Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæsit*

*Saucius at serpens sinuosa volumina versat,*

*Arrectisque horret squamis. Et sibilat ore*

*Arduus insurgens, illa haud minus urget obuncos*

*Luctantem rostro, simul æthera verbērat alis.*

*Ορνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περισσέμεναι μεμαῖσιν,*

*Αἰετὸς νῦψτης ἐπ' δεσμοῖς λαὸν ἔργων.*

*Φοινίκητα δράκοντα φέρων ὄνυχεστι πέλασσον,*

*Ζῳὸν ἔτ' ἀστάξευτα, καὶ πτω λίθετο χάριμπς.*

*Κόψεις γένος αὐτὸν ἔχοντα καὶ σῦνθης παρεῖ δειρίου*

*Ιδυαῖσθες ὅπιστα. οὐδὲ ἀπὸ ἔστιν ἵκε χαμᾶξ,*

*Αλγήσας ὁδῶσι, μέσω φύλακος δὲν καθέσσαλον οὐράνιον.*

*Αὔτης γένεται κλάγχας πέτετο πυοῖς ἀνέμοιο.*

Vergilius solam aquilæ prædam refert nec Homerice aquile omen advertit; quæ & finistra veniens vincentium prohibebat accessum, & accepto à captivo serpente morsu prædam dolore dejecit; factoque tripudio solitimo cum clamore dolorem testante prætervolat. quibus omnibus victoriae prævaricatio significabatur. His prætermisis, quæ animam parabolæ dabant, velut exanimum in Latinis versibus corpus remanit.

*Parva metu primo mox sese attollit in auras,*

*Ingrediturque solum. Et caput inter nubila condit.*

*Ηττὸν δὲ περέπτω κορύφαται, αὐτὰρ ἔπειτα*

*Οὐεγγύθεται κάρην, καὶ οὐδὲ χθονὶ βαίνει.*

Homerus δὲ, hoc est, contentionem à parvo dixit incipere, & postea in incrementum ad cœlum usque subcrescere. hoc idem Maro de fama dixit sed incongrue. neque enim æqua sunt augmenta contentionis & famæ. quia contentio, etsi usque ad mutuas vastationes ac bella procererit. adhuc contentio est & manet ipsa quæ crevit. fama vero cum in immensum prodit fama esse jam definit; & fit notio rei jam cognitæ. quis enim jam famam vocet cum res aliqua à terra in cœlum nota sit? deinde nec ipsam hyperbolam potuit æquare. ille cœlum dixit, hic auras & nubila. Hæc autem ratio fuit non æquandi cuncta quæ ab auctore transcripta, quod in omni

Χέρσων ῥηγνύματον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ Ντ' ἄκρες  
Κυρτὸν ἔδυ καρυτῆς ἀποπίνει δὲ ἀλός ἀχρίς.

Ille cum marino motu & litoreos fluctus ab initio describit; hoc iste  
prætervolat, deinde quod ait ille,

Πόντῳ μόρ τὰ πεζῶτα καρύσται.

Maro ad hoc vertit;

*Paulatim sese collit mare.*

ille fluctus incremento suo ait in sublime curvatos litoribus illidi, &  
asperginem collectæ fordin exspuere: quod nulla expressius pictura  
ugenaret. Vester mare à fundo ad æthera usque perducit.

*Dixerat; idque ratum Stygii per flumina fratris,*

*Per pice torrentes atraque voragine ripas*

*Annuit, Εἴ totum nutu tremefecit Olympum.*

Η λέκανέην ἐπ' ὁφεύστην νεῦστον χροῖαν.

*Αμεσοῖς δὲ ταῖς ἀπρόσαντο ἀράξῃΘ-*

*Κερτὸς δὲ τὸν αὐτοῦ, μήγαν δὲ ἐλέλιξεν ὅλυμπον.*

*Καὶ τὸ κατεῖσθινον συρρέει, δειπνός, δειπνός μέγιστον.*

& alibi:

Ορκος Διονύσος τε πλει μαρτυρος θεοισσι.

Phidas, cum Jovem Olympium tingeret, interrogatus de quo exemplo divinam mutuaretur effigiem, respondit archetypum Jovis in his  
te tribus Homeris versibus invenisse:

Η λέκανέην ἐπ' ὁφεύστην νεῦστον χροῖαν.

*Αμεσοῖς δὲ ταῖς ἀπρόσαντο ἀράξῃΘ-*

*Κερτὸς δὲ τὸν αὐτοῦ, μήγαν δὲ ἐλέλιξεν ὅλυμπον.*

nam de tunciliis & crinibus torum se Jovis vultum collegisse: quod utrumque videris à Vergilio prætermissum. Sanco iussum Olympum nutus maiestate non tacuit: jusjurandum vero ex alio Homeri loco sumpsit, ut translationis sterilitas hac adjectione compensatur:

*Ora puer prima signans intonsa juventa.*

Πρέπτον τελείντη, τῷ περ χαρεστάντι πᾶν;  
prætermisla gratia incipientis pubertatis, τῷ περ χαρεστάντι πᾶν, nimis  
gratiam fecit Latinam descriptionem.

*Ut fera, que densa venantium sepea corona,*

*Contra tela furit, seque haud nescia mortis*

*Inscit. Εἴ saltu supra venabula fertur.*

*Πλαίσιον δὲ ἑτέρων ἐλαττίον ἔργο, λίων ὡς*

*Σίνης ὃ τε λέκανέην ἀνδρες ἀποκλίμβωσι μεμάστου,*

*Αγριόνον πᾶς δῆμος ὁ δέ, τελεστὸν μὲν ἀτίζειν,*

*Ἐρχοῖσι, ἀλλ' ὅτε κέν τι ἀρνίθδον εἰλέντες*

*Διεῖ βαλλεῖ, ἐδηλα τε χαντάν, τοῦτο τοιοῦτος ὁ διδύτης*

*Γίγνεται, τοι δέ τοι οἱ περαδίη σένει ἀλκιμον πῖστος,*

*Οὐχὶ δὲ πλευρές τε λέκανέην αἱ μοστάρων*

*Μαστίζεται, εὖ δὲ αὐτὸν ἐποτρύνει μαχόσαται.*

*Τλαικάδων δὲ ἵππος φέρεται μίνει, πίπινα πόφην*

*Αρδεῖσσαν*

Αυτῷν, ἦ αὐτὸς φίστει τρέψτω ἐν ὁμίλῳ.  
Ως ἀγχοῦ πέπτω μόνο οὐδὲ θυμὸς ἀγχώς  
Αυτὸν ἐλθόμενοι παχανίτης αἰνίας.

Videtis in angustum Latinam parabolam sic esse contractam, ut nihil possit esse jejunius: Græcam contra & verborum & rerum copia pompam verè venationis implesse? In tanta ergo differentia poene erubescendum est comparare.

Haud aliter Trojane acies aciesque Latine

Concurrunt: hæret p[ro]le pes, densusque viso vir.

Ασπὶς ἄρ' ασπίδις ἔρειδις, κόρυς κύρων, ἀρτες δὲ ἀρτης.

quanta sit differentia utriusque loci lectori extimandum relinquo.

Utque volans alte raptum cum fulva draconem

Fert aquila, implicuitque pedes, atque unguibus hæsit

Saucius at serpens sinuosa volumina versat,

Arrectisque horret squamis & sibilat ore

Arduus insurgens, illa haud minus urget obuncos

Luctantem rostro, simul æthera verberat alis.

Ορνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περισσέμων μεμαῶν,

Αἰτος υἱοπέτης ἐπ' αἰτεσσος λαὸν ἔργον.

Φοινίκεντα δέραντα φέρων ὄνυχεσσι πέλασσον,

Ζεῦς ἔτ' ἀστερίσυται, καὶ ἡποι λίθετο χάρημα.

Κόλπος γάρ αὐτὸν ἔχοντα καὶ σῆν Θεοὶ παρεῖ δειγμα.

Ιδνωθεῖς ὅποιον, οὐδὲ ἀπὸ ἔτεν ἕκει χαμᾶτε,

Αλγήσους ὄδωντος, μέσω δὲ ἐνι καβαλὴν ὁμίλων.

Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοῆσ' ἀνέμοιο.

Vergilius solam aquilæ prædam refert nec Homericæ aquilæ omen adverrit; que & finitira veniens vincentium prohibebat accessum, & accepto à captivo serpente mortuæ prædam dolore dejicit; factoque tripudio solistino cum clamore dolorem testante prætervolat. quibus omnibus victoriae prævaricatio significabatur. His prætermisso, que animam parabolæ dabant, velut exanimum in Latinis versibus corpus remansit.

*Parva metu primo mox se se attollit in auras,*

*Ingrediturque solum, & caput inter nubila condit.*

*Ητ' ἐλύην μέρος τερψτα κορυνεται, αὐτὸς δέπειται*

*Οὐεγγνῷ ἐστελέχει κέρην, καὶ δῆτι χθονὶ βαίνει.*

Homerus δέ, hoc eit, contentionem à parvo dixit incipere, & postea in incrementum ad cœlum usque subcrescere. hoc idem Maro de fama dixit sed incongrue. neque enim æqua sunt augmenta contentionis & famæ. quia contentio, etsi usque ad mutuas vastationes ac bella processerit. adhuc contentio eit & manet ipsa quæ crevit. fama vero cum in ipsumsum prodit fama esse jam definit; & sit notio rei jam cognitæ. quis enim jam famam vocet cum res aliqua à terra in cœlum nota sit? deinde nec ipsam hyperboden potuit æquare. ille cœlum dixit, hic auras & nubila. Hæc autem ratio fuit non æquandi cum a quæ ab auctore transcripsit, quod in omni operis

operis sui parte alicuius Homerici loci imitationem volebat infere; nec tamen humanis viribus illam divinitatem ubique poterat æquare: ut in illo loco, quem volo omnium nostrum judicio in commune pensari. Minerva Diomedi suo pugnanti duntaxat flammarum addit ardorem: & inter hostium cædes fulgor capitis vel armorum pro milite minatur.

*Δεῖαι οἱ ἐκ κερδὸς τε ἡ δασίδΘ ἀρματον πῦρ.*

Hoc miratus supra modum Vergilius immodice est usus. modo enim ita de Turno dicit;

*Tremunt sub vertice crista.*

*Sanguineæ, clypeoque micantia fulmina mittunt.*

modo idem ponit de Ænea:

*Ardet apex capiti, cristaisque ac vertice flamma*

*Funditur, & vasto umbo vomit æreus ignes.*

Quod quam importune possum sit hinc apparer, quod nesciun pugnabat Æneas, sed tantum in navi veniens apparebat. alio loco:

*Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram*

*Sustinet Æneos efflantem fauicibus ignes.*

quid? quod Æneas recens allatis armis à Vulcano & in terra positis miratur

*Territilem cristis galeam flammasque vomentem?*

Vultis aliam fruendi aviditatē videre. loci hujus, cuius supra minimum, fulgore correptus,

*Η τοῦ κωνόντος ἐπ' ὄφρου ρύσης κερύκειαν.*

*Αὐτογοῖς δὲ αἴται ἐπρόσθιατο ἀγαλμάτα.*

*Κεράς αὶτον ἀγαλάτον, μέχας δὲ ἐλέφαντα δακτυπον.*

sero voluit loquenti Jovi alignare parem reverentiam. nam cum & in primo volumine, & in quarto, & in nono loquatur quædam Jupiter sine tumultu, denique post Junonis & Veneris jurgium init. eo dicente,

*Deum domus alta filescit;*

*Et tremefacta solo tel'us, filet arduus æther.*

*Tum Zephyri posuere. premis placida aquora pontus.*

taequam non idem sit, qui locutus sit paulo ante sine ullo mundi totius obsequio. Similis importunitas est in ejusdem Jovis lance, qu. m ex illo loco sun pfit:

*Καὶ τότε δὴ χεύοντα πατὴ πίττυντες τάλαντα.*

nam cum jam de Turno prædictisset Juno,

*Nunc juvenem imparibus video concurrere fatiss,*

*Parcarumque dies & lux inimica propinquat;*

manifestumque esset Turnum utique peritum; ero tamen

*Juppiter ipse duas æquato examine lances*

*Sustinet, & fata imponit diversa duorum.*

Sed hæc & alia ignoscenda Vergilio, qui studii circa Homerum nimierate excedit modum & re vera non poterat non in aliquibus minor

minor videri, qui per omnem poemam suam hoc uno est præcipue usus archetypo. acriter enim in Homerum oculos intendit, ut ammiraretur non modo magnitudinem sed & simplicitatem & præsentiam orationis & tacitam majestatem. hinc diversitatem inter heroas suos personarum varia magnificatio ; hinc deorum interpositio ; hinc auctoritas fabulosorum ; hinc affectuum naturalis expressio ; hinc monumentorum persecutio ; hinc parabolarum exaggeratio : hinc torrentis orationis sonitus ; hinc rerum singularium cum splendoro fastigium.

## C A P. XIV.

*In tantum Vergilio dulcem fuisse imitationem Homeri, ut virtus quoque nonnulla emulari voluerit. Tum quanopere illius sit imitatus epitheta, ceteraque que gratiorem reddunt orationem.*

**A** Deo autem Vergilio Homeri dulcis imitatio est, ut & in versibus virtus, quæ à nonnullis imperite reprehenduntur, imitatus sit, eos dico quos Græci vocant ἀκίρατοι, λαχαροὶ, ψευδηταληπτοί, quos hic quoque Homericum stylum approbans non refugit : ut sunt apud ipsum, ἀκίρατοι : *Arietat in portis.*

*Parietibus textum cassis iter.*

& similia. *Λαχαροὶ* autem, qui in medio versu breves syllabas pro longis habent ;

*Et* duros obice postes.

*Confilium ipse pater Et magna incepta Latinus.*

*Ψευδηταληπτοὶ* syllaba longiores sunt ;

&,

*Quin protinus omnia :*

&,

*Vulcano decoquit humorem*

&,

*Spumas miscent argenti vivaque sulphura,*

&,

*Arbutus horrida.*

Sunt apud Homerum versus vulnis ac ratis similes & nihil differentes ab usu loquendi. hos quoque tamquam heroicę incomptos adiuvavit :

*Ιππες δὲ ξανθοὶ; οὐδέποτε, τοῦ πατέρος γένεται.*

*Ομήλιας πάσας.*

*Ομήλιας νίκας.*

*Nudus in ignota Palinure jacebis barena.*

Sunt amoenæ repetitiones, quas non fugit : ut ;

*Pan etiam Arcadia tecum si judice certet,*

*Pan etiam Arcadia dicet se judice victum.*

Homerica quoque epitheta quantum sit admiratus, imitando confessus est, Μοιηγῆς, ὅλεσθάμαν. Χαλκωδερίκαν. Λαοῖς ὄμφαλόσεργον. Θερίκαν τεσμάκτουν. Κυανοχέταν. Ερυσίχεων. Ερυσίχεοθ. Νερηδηρέπτον. Οὔρεα τοι σκίσευτα, θάλασσα τοι ἱχθεσα. Κυανοχέστης. & mille talium vocabulorum ; quibus velut laceribus micat aīvini carminis

carminis variata majestas. Ad hæc à vestro respondeatur, *malesuada fames, auricomus rami, centumgeminus Briareus.* adde & *fumisferam noctem,* & quiçquid in singulis pæne versibus diligens lector agnoscit. Sæpe Homerus inter narrandum velut ad aliquem dirigit orationem:

Φάινε ναν ζάχοτον πτώ τημένων αρεσκά Σ' αύτος.

*Ergo ἐκ τῆς βεζίς ταῦθις Αγαμέμονος δῖος,*  
nec hoc Vergilius prætermisit:

Migrantes cernas totaque ex urbe ruentes.

&:

totumque instructo Marte videres

*Fervore Leucaten.*

&:

pelago credas innare revulsas

*Cycladas:*

& :

studio incassum videas gestire lavandi.

item divinus ille yates res vel paulo vel multo ante transactas opportune ad narrationis suæ seriem revocat; ut & historicum stylum vitet; non per ordinem dirigendo quæ gesta sunt, nec tamen præteritorum nobis notionem subtrahat. Theben Asiae civitatem aliaque plurimas Achilles antequam irasceretur everterat, sed Homeri opus ab Achilles ira sumpsit exordium ne igitur ignoraremus quæ prius gesta sunt, fit eorum tempestiva narratio:

Ωχόμος' ἐς οὐδὲν ισχεῖ πόλιν οἰτίανθε,

Τίλιος δὲ οὐδεποτε τε καὶ ηγεμὼν ἐντάστη πέρια.

& alibi:

Διάδηκε δὴ σὺν τηνοὶ πόλεις ἀλάσπες' αὐθεάπων.

Πελοὺς δὲ ἄνδηκε φυσι καὶ τρύπανα σειβάλων.

item ne ignoraremus quo duce clavis Graecorum ignotum fibi Trojæ litus invenerit, cum de Calchante quereretur, ait:

Καὶ γίνεσθαί Αχαιῶν ἵλιοι εἴσων

Ηγεμὸν μαρτυσάσιων, τίλιοι οἱ πόλεις φοῖθε Απόλλων.

& ipse Calchas narrat item, quod Graecis navigantibus de serpente passerum populatore contigerit. ex quo denuntiatum est exercitum annos decem in hotico futurum: alio loco senex, id est, referendis fabulis amica & loquax ætas, res refert veritas.

Ἔτη γάρ ποτὲ ἡγεμὼν καὶ ἀρείουν πέπερ υἷμαρ

Αρεόποτιν αὔριλησα.

& reliqua. & alibi.

Εἰδος' οὐς οὐδέσιμος, βίην δέ μοι θυμοῦ θεῖ.

\* Non per ordinem dirigendo | Amplectior lectio enim, quæ ad eram Camerarianæ editionis: digerendo. Nato: *Tempora digerentes cum conditor urbis.* Pontanus lib. 1. Somnii esp. 8. Placitus gradus invictum vera & naturali divisionis ratione compositos per ordinem dixerat. Sic alibi digerere in ordinem, digestus erit. Gr. Gronov.

2. H. s. γέ τοι | Locus ille ex Iliados

primo est. In editione tamen que penes me, verustiori, laudatur:

Μέμηματο τοῦ ιπποτοῦ ἦρα πόλιαν, ἔπει τούτοις

Ος λιβ. οἵ υἷμαρ φύει παντεῖσι φύεισι,

Κυρετες τε θεούχοτο, δέ.

Quod existat liad. nono, & ut ego opinor, accedit quam proxime ad locum qui computatur, istum:

Νομο μετανιον Ηεψηνα, Pont.

8.

& sequentia. Vergilius omne hoc genus palcherrime simulatus est.

*Nam memini Hesione visentem regna sororis*

*Laomedontiadem Priamum.*

& :

*Atque eisdem Teucrum memini Sidona venire.*

& :

*Qualis eram cum primam aciem Praeneste sub ipsa  
Stravi.*

& de furto vel poena Caci tota narratio. nec vetustissima tacuit, quin & ipsa notitiae nostræ auctoris sui imitator ingereret :

*Namque ferunt lugitu Cygnum Phaebonis amari.*

& similia.

### C A P. XV.

*Quæ diversitas catalogorum sit apud Vergilium & Homerum.*

**U**BI vero enumerantur auxilia, quem Græci catalogum vocant, eundem auctorem suum conatus imitari, in nonnullis paululum à gravitate Homericâ deviavit. primum quod Homerus prætermisssis Athenis ac Lacedæmone vel ipsis Mycenis, unde erat rector exercitus, Boeotiam in catalogi sui capite locavit, non ob loci aliquam dignitatem, sed notissimum præmontorium ad exordium sibi enumerationis elegit. unde progredivs modo mediterranea modo maritima juncta describit. inde rursus ad utrumque situm cohærentium locorum disciplina descriptis velut iter agentis accedit nec ullo saltu cohærentiam regionum in libro suo hiare permittit; sed obviandi more procedens redit unde digressus est & ita finitur quicquid enumeratio ejus amplectitur. contra Vergilius nullum in commemorandis regionibus ordinem servat, sed locorum seriem saltibus lacerat. adducit primum Clusio & Cosis Massicum. Abas hunc sequitur manu Populonia Ilueque comitatus. post hos Afilan miserunt Pisæ. quæ in quam longinquæ sint Etruria

\* *Vbi vero enumerantur auxilia, quem Graci catalogum vocant?* Nec aliter fere hanc audi Plautum vocem intelligerunt viri cruditi. Exstat locus Milite Scena. Colubero intra:

*Nam confitum surripitur sapissime*

*Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum id est.*

Alcicius enim catalogum hic ordinem loquendi creditur, & nescio quis aliud enumerationem sermonis. Lipsius literarum harum illustre lumen iuste rejectit, & sagaciter subdoloratus est: *aut late locus loquendi lectus est.* Mihi nihilominus quod in mentem venit nondum evuluit; divinabam,

*Si minus cum cura, aut cito loco loquendi lectum id est.*

Festus, *captus locus dicitur ad sacrificandum legitime constitutus.* Quid autem? nonne insigni similiter metaphora Plautus *captum ibi locum* vocet, quem adeo curiosè & ab arbitrio immunem decernendum fatigat? Virgilius imitatus est, *Telum ex infidus cum tandem tempore capto conficit. Pont.*

\* *Vnde progredivs modo mediterraneus!* Panegyricus incitati auctoris ad Constantiæ in Mag. Aug. hujus occasione loci conuode emendabitur. Editur fere sub finem: *Mafilia erum (ut audio) in profundum mare prominens & eminentissimo accessu portu, in angusto aditus meridianus refluxit sinus.* Quid enim est meridianus sinus? Meo monte restringe, mediterraneus sinus. Idem.

parte

parte, notius est quām ut annotandum sit: inde mox reddit Cære & Pyrgos, & Gravicas, loca urbi proxima, quibus ducem Asture<sup>m</sup> dedit. hinc <sup>3</sup> rapit illum Cinirus ad Liguriam, Ocnus Mantuanum. Sed nec in catalogo auxiliorum Turni, si velis situū locorum mente percurrere, invenies illum continentiam regionum secutum. deinde Homerus omnes, quos in catalogo numerat, etiam pugnantes vel prospera vel sinistra sorte commemorat: &, cum vult dicere occisos quos catalogo non inferuit; non hominis sed multitudinis nomen inducit: & <sup>4</sup> quotiens multam necem significare vult, messem hominum factam esse dicit; nulli certum nomen facile extra catalogum vel addeps in acie vel detrahens. Sed Maro noster anxietatem hujus observationis omisit. nam & in catalogo nominatos præterit in bello, & alios nominat ante non dictos. sub Massico duce mille manus juvenum venisse dixit,

*qui mania Clusi.*

<sup>5</sup> *Quique Cofas liquere,*

<sup>3</sup> Rapit illum Cinirus | Cygnus, editiones fere omnes, (Legend. Cygnus, Virgil. lib. x. Non ego te, Ligurum duolor fortissime bello, Transferim Cygne, & paucis comitate Caparo.) Idem.

<sup>4</sup> Quoties multam necem significare vult, messem hominum | Hanc fere Homericam cautionem adumbraverat Nazarius Panegyrico Constantino magno dicto: imo molliori & meliori genere extulerat si per correctores licuisset. Adscribam locum, quomodo vulgariter: *Nos enim quæ bellum eventus sole esse per varios & volubiles casus Mars dubius erravit, nec fortuna ricißendo, que plenaque prospers rebus triste aliquid agglaciat, victorum latitiam vulneravit, sed tanta hostiū & tam ampla cedes, tam feliciter incruenta victoria fuit, ut crederes non bello anticipati dimicatum, sed solas impiorum panas expiatus.* At, si tam ampla cedes, quomodo itaque incruenta victoria fuerit? Scribo, tanta hostium & tam ampla fides. Et ita sensisse ac scripsisse, innuunt etiam illa paulo inferius, *Incrementum quidam adeo felicitatis malorum commemorata duplifio, verum ut in fogetibus, etiam si multa, quemcumque absederant industria relevanda sunt, laborem tamen purgari soli nefiosus que frudus editor intuentur, sic Constantini laudibus fatio est, dum efflorescentia brua carnivorus ne mala excisa repudemus.* Praetuli & valde mihi laudabiles hi Panegyrici. Plurima enim in iis melioris aures, & ideo multa quoque exscriptorum imperitis five sevo male habita male lancinata. Qua causa non tempore mi-

hi quin unum insuper aut alterum in medium adducam, &c, ut minor, in mediem. Exstat Mamertini ad Julianum: *Primus quod imperitia rudes indotissimum quenque in confusum dedigebant, scilicet ut soror pro densis undgo suo aliquatenus eminere.* Acumen sententiae evolo, faciendo: *primus quod illi peritis rudi indotissimum.* Vel, *peritis rudes.* Sed attentius qui confiderabit, probabit prius. *Rudem peritiam appellat barbarum illud sine judicium sine inventionem asciscendi in confusum inductum, ut illis prudentia aliqua ipsi principes prevalent. Sic & Tertullianus de *Anima indotam prudentiam* dixit, ubi sit, *Qui tamē indot à prudentia tollent.* (Sic Horatius, *facili sevitia: Dnam fugientia datorque ad oscula Gervicem, aut facili sevitia negat.* Imo & ipse Mamertinus iterum eodem Panegyrico: *Quis nescit aliorum Imperatorum kilarem diritatem, cachinnantemque sevitiam.* Et Petronius de bello civili.) Non absimile quod sequitur statim: *Qui id tantum bonorum in suis, ne in honores contemnerent, conferunt.* Sed Stephano video placuisse, ne in honores contemnerent: id esset, inhonorate. At bonum sensum segre sic excito, facilime si legas, ne in honores contenderent. Salutium: *Gloriam, honorem, imperium bonus & ignorans aque fibo exoptant: sed ille verā via nūtatur, hic quae bona artes defant, dolis atque fallacie contendit.* Idem.*

<sup>5</sup> *Quique Cofas liquere | Rescribes ex Virgilii codicibus:*

*Quique urbem liquere Cofas. Meurs.*

deinde

deinde Turnus navi fugit,

*Qua rex Clusini advectus Ofinius oris;*

quem Ofinium nunquam antea nominavit. & nunc ineptum est regem sub Massico militare. Præterea nec Massicus nec Ofinius in bello penitus apparent, sed & illi quos dicit,

*fortemque Gyam, fortemque Serestum,*

*pulcher quoque Equo solus,*

&c.

*Mavorius Hamon,*

&c.

*fortissimus Umbro,*

&c.

*Virbius Hippolyti proles pulcherrima bello,*

pullum locum inter pugnantium agmina vel glorioſa vel turpi commemoratione meruerunt. <sup>6</sup> Astur itemque Cupavo & Cygnus insignes Cygni Phaethontisque fabulis nullam pugnæ operam præstant, <sup>7</sup> cum Alesus & Sarato ignotissimi pugnent, & Atinas ante non dictus. deinde in his quos nominat fit ſepe apud ipsum inculta confusio. in nono Corinæum sternit Afylas. deinde in duodecimo Ebusum Corinæus interficit.

*Obvius ambustum torrem Corinæus ab ara*

*Corripit, & vensenti Ebūo plagamque ferenti*

*Occupat os.*

sic & Numam, quem Nisus occidit, poſtea Æneas perſequitur,

*Fortemque Numam*

Camertem in decimo Æneas sternit. at in undecimo,

*Juturna formam affimulata Cameræ.*

Clorea in undecimo occidit Camilla, in duodecimo Turnus. Pali-nurus Jafides & Japix Jafides quæro an fratres sint. Hyracides eft Hippocoon, & rursus

*Hyracides Cortinæum sternit Afylas.*

ſed potuerunt duo unum nomen habuisse. Ubi eft illa in his caſibus Homeri cautio? apud quem cum duo Ajaces ſint, modo dicit, πλαγι-  
πος Αιας; modo

*Οἰλῆθε ταχὺς Αἴας.*

item alio : *Ἵσσων θυμῷ ἔχοντα ὄμωτομοι.*

Nec definit quos jungit nomine, in ignibus separare; ne cogatur lector ſuspiciones de varietate appellationis agitare. deinde in catalogo ſuo curavit Vergilius vitare ſatidium; quod Homerus alia ratione non cavit, eadem figura ſepe repetita.

*οἱ δὲ αὐτοὶ δέραοι*

*οἱ δὲ δέρααι ἔχον.*

*οἵτ' ἀργεῖθε τ' ἔχον.*

*οἵτ' ἔχον κοιλὰ λακεδαιμονια πεπάντες.*

<sup>6</sup> *Aſtūr itemque Cupavo* | Scribe, Cupano. | *nent* | Lego, & Sacrificor; ex illo Vergilius:  
Leve. Idem. | Cædicius Alcatheus n. oblitus cat., Sacrificor  
<sup>7</sup> *Cum Alesus & Sarato ignotissimi pug-* | Hydasphem. Idem.

Hic

ὅς ἦσθι τὸν οὐρανόν.

οἵτινες κοιλίων λακεῖσι μονάχοις κατέβαστο.

Hic autem variat velut dedecus aut crimen vitans repetitionem.

*Primus init bellum Tyrrhenis Asper ab oris.*

*Filius huic juxta Lausus.*

*Post hos insignem famam per gramina currum.*

*Tum gemini fratres.*

*Nec Praenestinae fundator.*

*At Melesapus equum domitor.*

*Ecce Sabinorum prisco de sanguine.*

*Hic Agamemnonius.*

*Et te montosa.*

*Quin et Marrubia venit de gente sacerdos.*

*Ibat et Hippolyti proles.*

Has copias fortasse putat aliquis divinæ illi simplicitati præferendas. sed nescio quo modo Homerum repetitio illa unicæ decet; & est genio antiqui poëtæ digna, enumerationique conveniens: quod in loco mera nomina relaturus non incurvavit se, neque minute torfis deducendo stylum per singulorum varietates; sed stat in consuetudine percensentium tamquam per aciem dispositos enumerans. quod non aliis quam numerorum fit vocabulis. & tamen egregie ubi oportet de nominibus ducum variat.

Αὐτῷ δυκάνων γέδιθι οὐδὲ δημηροθή πρόχει.

Λοκρῶν δὲ νηγούρδεν Οἰληθοταχίς Αἰας

Νιγδος δὲ Αἰούμενος ἔγινος τρεῖς ρηταὶ ἄντες.

Illam vero enumerationis congettuationem apud Homérum Maro admiratus ita expressit, ut pñne eum dixerim eleganter transtulisse.

Οἱ Κριούροι τὸν οὐρανόν, Γόργων τε τειχίσαντες,

Λύκτορ, Μίλατορ τε οὐδὲ αργυρόερτα Λύκεσσον,

Φαῖ τον τε.

Et similia. ad quod exemplum illa Vergiliana sunt:

*Agmina densentur campis, Argivaque pubes,*

*Auruncaque manus, Rueulis, veteresque Sicanis,*

*\* Stant Gaurana acies et picti scuta Labici :*

*Qui saltus Tiberine tuos sacramque Numici*

*Litus arant, Rueulosque exercent vomero colles.*

*Circæcumque jugum: quis Jupiter Anxuris arvis*

*Præsider, &c.*

\* *Stant Gaurana acies | Libri vetustiores | mihi cum domina prælia dora mea. Et Naso, Serrana acies. Propertius adumbrovit, Stans | Iam steterant acies ferro mortisque porata, Pont,*

CAP.

## C A P. XVI.

*Quæ in utriusque catalogis similitudo, quam crebre apud uerumque sententia. Tum in quibus frue casu frue sponte ab Homero Vergilius desciscat, & in quibus imitationem ipsam dissimulet.*

**U**Terque in catalogo suo post difficultum rerum vel nominitum narrationem infert fabulam cum versibus amoenioribus, ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumeranda regionum & urbium nomina facit locum fabulis quæ horrorem satietatis excludant.

Οἱ δὲ πύλοι τὸν ἐρέμοντο, καὶ αἰγάλεια ἔρεστηντι,  
Καὶ Σφίσ, Λαφενίο πόρον, καὶ ἵπποτον εἶπον,  
Καὶ κυπειωθέτη, καὶ ἀμφιρύγετα. Κύανος,  
Καὶ πλεισθ, καὶ ἔλατο, καὶ δένειον, ἕνδει τε μάστι  
Αυτόμονας, θεμινειον πάντας οὐδέποτε φέρει.  
Οἰχανίνθει εἴοντα παρ' ἐμφύτευτον οἰχαλιπτό.  
Σπεύτο γέ εὐχόμενον γιγνόμενον, οὐ ποτε αὖτε  
Μῆσον αἰτίδεσσιν κακέσιν δίδει αἰγάλεος.  
Αἱ δὲ, χολωσθενται, περγάνθεσαν, αὐτὰρ οὐδέποτε  
Θεαστικῶν αφίλοντο, καὶ ἐκλέπαντο καθαριστιν.

& alibi :

Ταῦν μὲν τηλεπόλεμον διερεκλυτός ήγειμόνδεν,  
Ον τέκεν ἀσυόγεια βίῃ περιχλιπέτη,  
Τινὶ δέγατ' ἔξ ερύρης ποταμοῖς ἐπό σειλήνειτο,  
Πίροςας ἀσεα πολλὰ διοτερέφεαν αἰζηνῶν.  
Τηλεπόλεμος δὲ ἐπεὶ δὲν περάρετο πεγύρη φέυπτειτο  
Αὐτίκη παθεῖς ἑοῖς φίλον μητρεα πατέκτα  
Ηδη γηράτοντα λικύμνιον, δίζον αἴρετο.

& reliqua, quibus protracta jucunditatem. Vergilius in hoc sectatus auctorem, in priore catalogo modo de Aventino, modo de Hippolyto fabulatur ; in secundo Cygnus ei fabula est. & sic amoenitas intertexta fastidio narrationum medetur. In omnibus vero Georgicorum libris hoc idem summa cum elegantia fecit. nam post precepta, quæ natura res dura est, ut legentis animum vel auditum novaret, singulos libros acciti extrinsecus argumenti interpolatione conclusit, primum de signis tempestatum, de laudatione rusticæ virtutis secundum ; & tertius definit in pestilentiam pecorum, quarti finis est de Orpheo & Aristeo non otiosa narratio. ita in omni opere Maronis Homericam lucet imitatio. Homerus omnem poësim suam ita sententiis farcit, ut singula ejus καρβύζυμα vicem proverbiorum in omnium ore fungantur.

Αλλ' ἔπεις ἄμα πάντα θεοὶ δέρεται αὐθεάποιοι.  
Χρὴ ξεῖνον παρέστα φιλέτην, ἐπέλοντα δὲ πόμπην.  
Μάζευτος δὲ ὅπει πᾶσιν ἀεσον.  
Οἱ πάνορες κακίνες.

Δεκατια

*Δοκιμαῖ τοι μηλῶν τε καὶ ἐγγύωντος ἐγγυδαστοῦ.*

*Αρρών δὲ δέκα οὐδέποτε φέρεται αὐτοποιεῖσθαι.*

& alia plurima quæ sententialiter proferuntur. nec hæc apud Vergilium fruita desideraveris:

*Non omnia possumus omnes.*

*Omnia vincit amor.*

*Labor omnia vincit                                  Improbus.*

*Usque adeóne mori miserum est?*

*Stat sua cuique dies.*

*Dolus an virtus quis in hoste requirit?*

*Et quid quæque ferat regio & quid quæque recuset.*

*Auri sacra fames.*

&, ne obtundam nota referendo, mille sententiarum talium ant in ore sunt singulorum aut obvix intentioni legentis occurunt. In nonnullis ab Homericæ secta haud scio casu an sponte desciscit. Fortunam Homerus nescire maluit, & soli deo quem *μοῖρα* vocat omnia regenda committit; adeo ut hoc vocabulum πόλη in nulla parte Homerici voluminis nominetur. contra Vergilius non solum novit & meminit, sed omnipotentiam quoque eidem tribuit, quam & philosophi qui eam nominant nihil sua vi posse, sed decreti sive providentiae ministram esse voluerunt. & in fabulis seu in historiis nonnumquam idem facit. Aegeon apud Homerum auxilio est Jovi. hunc contra Jovem armant versus Maronis. Eumes Dolonis proles bello præclara animo manibusque parentem refert; cum apud Homerum Dolon imbellis sit. nullam commemorationem de Judicio Paridis Homerus admittit. idem vates Ganymedem non ut Junonis pellicem à Jove raptum, sed Jovialium poculorum ministrum in colum à diis ascitum refert, velut *ποιητὴ πόλης*. Vergilius tantam deam, quod cuivis de honestis feminæ deformæ eit, velut specie victam<sup>3</sup> Pa-

<sup>2</sup> Ab Homericæ secta | Secta hic, uti etiam Glossæ docent, αἴσχυλος est. Quod cum non ignorem, paulo magis quam qui ante me locum istum expediam Apuleii, lib. 5. Milef. Difformanter occipiunt sciscitari qualis ei maritus, & unde natuum, sed ecula præssevier. Nam pœtræ id, solens quoque criticorum peccatum, remotor, inquam, à litterarum ductu deviatio hec hactenus in mendo ligat. Quare nec signacio, nec tale quid aliud loci languorem tollit, at interpunkta & divisa leviter vocala, quæ male coalita, exsurget germanissimæ lectionis & sententiae facies, ita: *Et unde natuum, secta cuius rrrovenies.* Iose Apulejus alibi speculæ similicet lib. 9. *nam & iuste semper cum mea conjugæ tam concorditer vixi, ut ex secta prudentium, eadem nobis ambobus placent.* Iterum, Floridorum libro, Enim vero & pueris apud vos & secta licet Athenis Atticus confirmata, tamen hic inibat. Denique Burdigalenſi vari, locus, quem jam

enaculavimus, quodammodo in mentem fuit. Loquitur de se ipse:

*Aufoniū genitor nobis, ego nomine codens  
Qui sim, qua secta, stirpe, lare & patria  
Pont.*

<sup>2</sup> Adeo ut hoc vocabulum πόλη in nulla parte Homerici voluminis nominetur | Johan. Sarisberianus: Homerus in illo celebrissima perfectionis opere designatus est mox fortissimum,

ad eo quidem ut in nulla parte tanti carminis nominetur. Et statim: *Malus enim filii Deo, quem Morphan nominas universa regenda committere. Sed scribes, μοῖρας*

Porro notat in Arcad. Pausanias reperiisse sanctam in hymnis Cereris. Tu videbis. Id.

<sup>3</sup> Paride judicante dolius. | Petron. *Ipsa Paris Deorum libidinantium index. Judicium vero istud ubi habitat observavit de urbibus Stephanus: Εἰς καὶ τὸν Καὶ τὴν Ιωνίαν αἰλέαργεια λεγόντων, εἰς τὰ πατέρα πατέρων διακήρου τοις Στατ. Idem*

ride

ride judicante doluisse, & propter catastici pellicatum totam gentem ejus vexasse commemorat. Interdum sic auctorem suum dissimilanter imitatur, ut loci inde descripti solam dispositionem mutet, & faciat velut aliud videri. Homerus ingenti spiru ex perturbatione terre ipsum Ditem patrem territum profiliere, & exclamare quodammodo facit.

*Δούρε δ' ἵστητος πάπις ἀνδρῶν τοῖς θιάν τοῖς  
Τέλοις. αὐτὰς καρδίας Πενθάνων ἐπίτραπε  
Γάιας ἀπεκτίνω, ὅρπαν τὸν αἰτωλαντὸν καρπενε.  
Πάρτης δὲ εἰσέστη πόλις πολυπολέας Ἰδης.  
Καὶ πορυφαῖτο· Τράνων τοὺς πόλις καὶ τοὺς Αχαιῶν  
Εὐδητούν δὲ φαίνεται ἄναξ εὐρυτοῦ αἰδηνοῦ,  
Δοῖος δὲ, ἐπειδὴν ἀλποῦ, καὶ λαχεῖσθαι οἱ θηρεῖς  
Γαίας εὐαρρίζει τοσοῦτον εποιήθειν.  
Οὐκία δὲ πατρῷον καὶ ἀνενετοῦσι φαρεῖν  
Συμφελέαντες, πάτερ γεγένετο Στοῖ πηρόν.*

Hoc Maro non narrationis sed parabolæ loco posuit ut aliud esse videatur;

*Non secus ac si qua penitus vi terra debiscens  
Infernus referet sedes, οὐδενα recludat  
Pallida, diis invisa, superque immane barathrum  
Cernatur, trepidanteque immisso lumine Manes.*

Hoc quoque dissimulando surripuit. nam cum ille dixisset deos sine labore vivere, *διὸν πόλια ζεύς τε*: hoc idem dixit occultissime;

*Di Jovis in cedris cajum miserantur inanem  
Amborum, οὐ tanos mortalibus esse labores.*

quibus ipsis scilicet carent.

## C A P. XVII.

*Non satis apte Vergilium fecisse initium bellii inter Trojanos οὐδε Latinos. Inde, que ex Apollonio οὐδε Pindaro traduxerit: quamvis Graecorum cum vocabulis tum inflexione etiam sit delectatus.*

**Q**uid Vergilio contulerit Homerus hinc maxime liquet, quod ubi rerum necessitas exegit à Marone dispositionem inchoandi bellii quam non habuit Homerus (quippe qui Achillis iram exordium sibi fecerit, que decimo demum bellii anno contigit) laboravit ad rei novæ partum; cervum fortuito faucium fecit causam tumultus. sed ubi vidit hoc leve nimisque puerile, dolorem auxit agrestium, ut imperus eorum sufficeret ad bellum. Sed nec servos Latini & maxime stabulo regio curantes, atque ideo quid foederis cum Trojanis Latinus icerit ex muneribus equorum & currus jugalis non ignorantes, bellum generi deum oportebat inferre. quid igitur? deorum maxima deducitur è coelo, & maxima Furiarum de tartaris adsciscitur: sparguntur

sparguntur angues velut in scena parturientes furorem: regina non solum de penetralibus reverentiae matronalis educitur, sed & per urbem medium cogitur facere discursus: nec hoc contenta silvas peti, accitis reliquis matribus in societatem furoris. Bacchatur chorus quondam pudicus, & orgia insana celebrantur. quid plura? Maluissem Maronem & in hac parte apud auctorem suum vel apud quemlibet Græcorum alium, quod sequeretur habuisse. *Aisum* non frustra dixi: quia non de unius racemis vindemiam sibi fecit: sed bene in rem suam vertit quicquid ubicumque invenit imitandum: adeo. ut de Argonauticorum quarto, quorum scriptor est Apollonius, librum *Aeneidos* suæ quartum totum pene formaverit, ad Didonem vel *Aenean* amatoriam continentiam Medeæ circa Jasone transferendo. quod ita elegantius auctore digestum, ut fabula lascivientis Didonis, quam fallam novit universitas, per tot tamen secula speciem veritatis obtineat, & ita pro vero per ora omnium volitet, ut pictores factoresque, & qui figuris liciorum contextas effigies, & hac natura vel maxime in efficiendis simulacris tamquam uno arguento decoris utantur: nec minus histriorum perpetuis & gestibus & cantibus celebretur. tantum valuit pulchritudo narrandi, ut omnes Phœnissæ castitatis concii nec ignari manum sibi injecisse reginam, ne pateretur damnum pudoris, conniveant tamen fabule, & intra conscientiam veri fidem prementes malint pro vero celebrari, quod peccatoribus humanis dulcedo fingentis infudit. Videamus utrum attigerit & Pindarum, quem Flaccus imitationi inaccessum satetur. & minuta quidem atque rorantia, quæ inde subtraxit, relinquo. unum vero locum, quem tentavit ex integro pene transcribere, volo communicare vobiscum: quia dignus est ut eum velimus altius intueri. Cum Pindari carmen, quod de natura atque flagrantia montis *Etnæ* compositum est, æmulari vellet: ejusmodi sententias & verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opima & pingui facundia exultimatus est, insolentior hoc quidem in loco ruridiorque sit, atque uti vosmetipso ejus, quod dico, arbitros faciam, carmen Pindari quod est super monte *Etna*, quantum milii est memorie dicam.

<sup>1</sup> Ut fabula lascivientis Didonis, quam sam nos universitas per totum secula! Exstat venustissimum super eadem hac re Au- sonii Epigrammatum, quod meruisse vel propter rotunditatem adscribi, nisi molem evitassimus commentatorum. Clausula ta- men talis est:

*Invida cur in me stimulasti Musa Maronem  
Fingeret ut nostra damna pudicitia?  
Vos magis Historicos lectores credite de me,  
Quam qui futra Deum concubiuimusque ca-  
nante*

Palsiditi iates: temtrant qui carmina ve- rum:

*Humanisque Deos assimilant vitiis. Pont.*

<sup>2</sup> Hac re vel maxime in efficiendis simula- chris | Malum, effigieandis. Apul. Apologia: Quid sibi statua & imagines variis artis effigieata volunt? Et quod processit: figuris liciorum contextas imitantur effigies, valde suspi- cor exaratum, filamentis liciorum. Arbitris licet in re alia: Illa de finni licetum proutis va- ri coloris filii intortum. Idem.

Τας ἐρμηνεύεις μὴ φέλε-  
 τε πορείς αὐγούστην  
 Εκ μυχῶν παρεῖ. ποταμοῖ  
 Διάπερσις μὴ συγχέοντο φόρον γεποῦ  
 Αἰγαίον, ἀλλ' ἐν ὅρμαισι πότεροι  
 Φοίνιξα κυλινδιθεῖται φλέξ εἰς βαθὺ-  
 ας, φέρει πόντην πάλικρα σων πετάχων.  
 Κέντο δὲ ἀφαιτούσι χρυσὸς, ἔρπητὸς  
 Δανωτήτες ἀναπτύ-  
 ρον τίρες μὴ δαυκαδοῖς σεροτή-  
 θει, δαῦμα δὲ καὶ πατέρων.  
 τον ἀλλοτε.

Audite nunc Vergilii versus, ut inchoasse eum verius quam perfecisse dicatis :

Portus ab accessu ventorum immotus & ingens  
 Ipse : sed horrificis juxta tonat Aetna ruinis,  
 Inseruumque atram prorumpit ad aethera rubem  
 Turbine fumanem piceo & candente favilla ;  
 Attollitque globos flammarum & fidera lambit.  
 Interdum scopulos avulsaque viscera montis  
 Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auræ  
 Cum gemitu glomerat, fundoque exextuat imo.

In principio Pindarii veritati obsecutus dixit quod res erat quoddque illic oculis deprehenditur. interdiu fumare Aetnam, noctu flammigare. Vergilius autem dum in strepitu sonituque verborum conquirendo laboravit utrumque tempus nulla discretione facta confudit. <sup>3</sup> atque ille Græcus quidem fontes imitus ignis eructare & fluere amnes fumi & flaminarum fulva & tortuosa volumina in plagas

Atque ille Græcus quidem, fontes imitus  
 ignis eructare & fluere | In Steph. &c alii e  
 diionario corruptissime legitur ; Græcos, item  
 imitatus pro imitus, & angues pro ignis. Sed  
 nos Agellii hæc verba expressissimis, quomodo  
 emaculata olim Cl. Liphio II. Electorum.  
 & respondent ad verbum illis Pindari Græ-  
 cis, τὰ πορείας αὐγούστην εκ μυχῶν παρεῖ.  
 Potto imitus positum ut stirpium, medullitus ;  
 Et ita reliquerat quoque Martian. Capella  
 lib. 2. Postquam igitur illam bibliothecalem  
 copiam nisi imitus virgo diffudit, exhausto  
 pallori confusa. Nam male quoque vulgo,  
 imitatus. Etiam Arnobius sic fortasse legen-  
 dus lib. 7. Adelestis blandus adulto comet, &  
 qua solum poterat amans imitus. Servat enim  
 Romanus codex, amans minus. Unde Am-  
 plissimum postea Canterum minus refinuisse  
 comperio, cui non opero se refragor, imo  
 accedo libens : Sed in Romano illo codice  
 postea reperi esse, qua solum poterat minus,  
 non amans minus, ut halucinanter excudi-  
 mus, induci laudatione viri docti. Monen-  
 dum id fuit ; & illud insuper, facilissime  
 jam posse constitui illum locum, quomodo  
 & amico nostro Joh. Meursio comperio fa-  
 cillum. Ita : Et qua solum poterat, minus  
 teles assertationibus, &c. Sic vicissim illo sta-  
 ttim loco, eodem hoc Arnobii libro : Quem  
 tamen si diceretis cum extraneis haluissime com-  
 mercium faminis, impia res quidem sed tol-  
 erabilis est maledictionis crimen. Facilem  
 humanissimi viri affensem mihi spero, si ex  
 vestigiis veteris lectionis, maledictionis quae  
 seposita, reduxero germanissimam auctoris  
 scripturam & mentem ; maletractationis. Tā  
 maletractatio ut maledictio unica voce intelli-  
 go, nec exultimo, inutis jurisconsultis.  
 Non refutat certe Arnobius. Supra lib. 4.  
 Et tolerari forsitan maletractatio hac possit.  
 Quod illi plane geminum. Alibi iterum  
 commemori usum, sed non occurrit iam locus.  
 Imo est illo libro 4 : Immunes tamen à deo-  
 rum maletractatione nec sic estis, quia cessa-  
 tri maleficia vindicare. Testatur præterea  
 Elmenhorstius in Cod. Ro. esse loco priori  
 maletractationis, quemadmodum legendum  
 conjectimus. Id.

maris ferre quasi quosdam igneos angues luctuente dixit. at hic vester atram nubem turbine piceo & favilla fumante, πορφυρηνην επωνυμην, interpretari volens crasse & immodice congettis; globos quoque flammarum, quod ille πυρις dixerat, duriter posuit & ακινητος. hoc vero vel inerrabile est, quod nubem atram fumare dixit turbine piceo & favilla candente. non enim fumare solent neque atra esse quae sunt cendentia; nisi forte candente dixit pervulgatae & impropriæ pro ferventi, non pro reluenti. nam candens scilicet à candore dictum non à calore. Quod autem scopulos eructari & erigi, eosdemque ipsos statim liquefieri & gemere atque glomerari sub auras dixit, hoc nec à Pindaro scriptum nec unquam fando auditum, & omnium quæ monstra dicuntur monstruosissimum est.

Postremo Grajæ linguae quam se libenter addixerit de crebris quæ usurpat vocabulis estimare.

dius. Ulysses.

spelæa ferarum.

dedala tecta.

Rhodopeïæ arces.

altaque Panchæa.

Atque Getæ, atque Hebrus, & Attias Oritbyia.

&:

Thyas ubi auditio stimulante trieterica Baccho

&:

Orgia, nocturnusque vocat clamore Cytheron.

&:

Non tibi. Thydardis facies irovia Lacæne.

&:

Ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellæ:

&:

Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

&;

Pars pedibus plaudunt chorcas.

&::

Milesia vellera nymphæ

&:

Carpebant hyali saturo fucata colore.

&:

Drymoque Xantho que Lygeaque Phyllocoque

&:

Niseque Spioque Thaliaque Cymodoceque.

&:

Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytaninque.

&:

Amphion Dircaeus in Aethæo. Aracintho

&:

Et senior Glauci chorus, Inouisque Palæmon.

Versus est Parthenii, quo Grammatico in Græcis Vergilius usus est:

Γλαύκος καὶ υπερβόλης καὶ ινάς μελιστήρη.

hic ait

Glauco, & Panope & Inoo Melicerta.

&:

Tritonesque cets.

&:

immanis cetæ

Adeo autem & declinationibus Græcis delectatur ut Mnestheus dixerit pro Mnesthem. sicut ipse alibi: Nec fratre Mnestheo. & pro Orpheo dicere maluerit Orphi Græce declinando: ut,

&:

Orphi Calliopea, Lino formosus Apollo.

Vidimus o cives Diomeden.

& talium nominum accusativus Græcus est in en definens. nam si quis eum putat Latine dixisse Diomedem; sanitas metri in versu de-

\* Καὶ ινάς μελιστῆρη Agellius emenda- μελιστῆρη | Καὶ εἰνάτη est apud Agellius εἰνάτη lib. 13. c. 15. Id. Καὶ ινάς | lib. 13. cap. 25. Meursi.

siderabitur.

siderabitur, denique omnia carmina sua Græce maluit inscribere; *Bucolica, Georgica, Aeneis*, cuius nominis figuratio à regula Latinitatis aliena est.

## C A P. XVIII:

*Quia Vergilius tam occulte à Græcis traduxerit, ut vix unde ducas  
sine posse agnoscas.*

**S**ED de his hactenus: quorum plura omnibus, aliqua notis nullis Romanorum nota sunt. ad illa venio, quæ de Græcarum litterarum penetralibus eruta nullis cognita sunt, nisi qui Græcam doctrinam diligenter hauserunt. fuit enim hic poëta ut scrupulose & anxie ita dissimilanter & clanculo doctus, ut multa transtulerit, quæ unde translata sint difficile sit cogitu. In exordio Georgicorum posuit hos versus,

*Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus  
Chœniam pingui glandem misavit arista,  
Poculaque inventos Acheloia miscuit uiris.*

Nihil in his versibus grammaticorum cohors discipulis suis amplius tradidit, nisi illud opera Cereris effectum ut homines ab antiquo victu desisterent & frumento pro glandibus iterentur: Liberum vero vitis repertorem præstitisse humano potui vinum, cui aqua admisceretur. Cur autem Acheloum amnum potissimum Vergilius, cum aquam vellet intelligi, nominaret, nemo vel quererit vel omnino subesse aliquid eruditus suspicatur. nos id altius scrutati animadvertisimus doctum poëtam, antiquissimorum Græcorum more sicut docebit auctoritas, elocutum; apud quos proprie in aquæ significationem

*Poculaque inventis Acheloia miscuit uiris |*  
Propertius :

*Ab pereat quicunque meratas repperit uivas.  
Corripitque bonas noctare primus aquas.*

Porro Poetas Acheloum fabulari præ amoris impenso ardore in amnum, sive aquam licquatum, notum vel ex isto ejusdem Propertii :

*Nom rursus licet Etoli referas Acheloia  
Flexeris ut magno fætus amore liquor.*

Sed ut hoo notum: ita hinc denique verba liquescere & liqui in pæ amoris reservari non omnibus puto suboluisse, sicuti nec Catulli locum isto fortassis pacto interpolandum in Epigrammatibus :

*Non solum meminist, sed qua multo acier  
est res.*

*Irrata est; hoc est, uritas & liquitas.*

Nam vulgatur, liquitas. At indubie auxiliū tale poscit id Epigrammatum, ut arguo epilogi innuat iratam esse, hoc est, non uiri solam sed præ amoris penito illo igne quo- do liqui. Ita item alibi,

*Lechia mi dicit semper male, nec facit unquam*

*De me, dispeream me nisi Lechia amat.  
Vult enim diocere iam quis amoris esse notam:  
Viri vero docti inventum, coquuntur, ex illo  
Ennii,*

*Qua munc te coquunt & versat[us] sub pedatora  
cura:  
vix existimem hanec sive pætæ mentrem pos-  
nitus exprimere. Denique Grammaticis, quæ  
solum hoc verbis liquor perpetua prioris syllabæ longitate damnarunt quomodo auscul-  
tantur? Quasi videlicet liquidum in isto Lu-  
cretii :*

*Crasfagac convenient liquidis & liquida crassis;  
ideo indifferenter prolatum sit, quod alterum  
ut illi definiunt. à liquor, alterum vero à li-  
quido fuerit deductum. Sed demus, quod  
volunt isti, tamen ex veteri declinatu tuebi-  
mur convenientissimam emendationem. Ces-  
cilius apud Varronem, pra latitia liquis et ar-  
nitus. Facit quoque ad rem illud Maroni-  
limus ut hic durefit & hac ut cera liquefit  
Uno eodemque igni, sic nosto Daphnis amoris  
Pontian.*

Ponebatur Achelous, neque id frustra, nam causa quoque ep̄is rei cum cura relata est. Sed priusquam causam proponam, illud antiquo poëta teste monstrabo, hunc morem loquendi pervagatum fuisse ut Acheloum pro quavis aqua dicerent. Aristophanes *vetus comicus* in *comœdia Cocalo* sicavit;

*Ημεν ἀγειον έδεις*

*Ητερεν γαρ τοι μ' οὐθὲ μυγεῖς πόμα*

*Αχελώφ.*

gravabar; inquit vino, cui aqua non fuisset admixta, id est, mero. Cur autem sic loqui soliti sint Ephorus notissimus scriptor historiarum libro secundo ostendit his verbis;

Tois μὲν ἐν ἀλλοις ποταμοῖς οἱ πλαστόχωροι μόνον θύκοι. τὸν δὲ Αχελῶν μόνον πάντας ἀνθρώπους συμβέβηκαν πιμέν, ὃ τοῖς ποιηθεῖσι ὄντις ποταμοῖς ἀντὶ τῆς ἴδιαν τὴν Αχελῶν τὰς ἴδιας ἐπωνυμίας ἔδι τὸ κοπτὸν επιπορεύντας. τὸ μὲν γὰρ ὑδάς δλας, ὅπερ δέσιν κοινὸν ὄνομα, ἀπὸ τῆς ἴδιας ἔκτινες ωροποιεῖαις Αχελῶν καλέμεν, τῷ δὲ ἀλλοις ὄνομάτων τὰ κοινὰ πολλάκις ἀντὶ τῆς ἴδιαν ὄνοματος οὐκεν, τὸν μὲν Αἰθιαίνες Ελλήνες, τὸν δὲ Λακεδαιμονίες, Πελοποννησίοις ἀποκαλέντες. τέτε τὸ τῇ ἀπορέματος ἐδὲ τὸ χρυσὸν αἰπόπτετον εἰπεῖν, ἢ τὸν ἐκ Διαδόντος χρυσόν. Σοῦδην γὰρ ἐφ' ἀποινούσι τοῖς ποταμοῖς ὁ θεὸς εἴσιν, Αχελώφ θεος. οὗτοι πολλοὶ νομίζοντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν διὸ τῆς Αχερονίας βίονται, ἀλλὰ τὰ σωάτοις ὑδαρες Αχελῶν ὡσός τὸ χρυσόν καλεῖσθαι. ἴδιαν τοις τῷ θεῷ ωροποιεῖαις. σημεῖον δὲ ὅπις περὶ τὸ θεῖον ἀναφέοντες. ἐπὶ λίγειν εἰσίνταρι. μάλιστα γὰρ τὸ ὑδαρες Αχελῶν ωροποιεῖαρι ἐπὶ τοὺς δύοκοις, καὶ τοῖς ἀσχήμησι καὶ τοῖς θυσίαις ἀπειπούσαι τοὺς θεούς. Potest ne lucidius ostendi Acheloum Græcis veterissimis pro quacumque aqua dici solituin? unde doctissime Vergilius ait vinum Acheloo berum patrem miscuisse. ad quam rem, erit satis testium eit, cum Aristophanis comici & Ephori historici verba prodiderimus, tamen ultra progrediemur. Didymus enim grammaticorum facile eruditissimus posita causa quam superius Ephorus dixit, alteram quoque adiecit his verbis;

*Αμενον δὲ ἐκεῖνο λέγειν, δηπ πάντων τῆς ποταμῶν προσβύτετο  
τὸν Αχελῶν, πιλιαν πάντας αὐτῷ τὸν ἀνθρώπους πάντας ἀπλάσ-*  
*ηταν νέατα τῷ ἐκείνῳ ὄνόματι ωροποιεῖεν. οὐ γένεται Αγκούλαθε διὰ*  
*τῆς περιφοιτησίας ισοειλακεν ὅπι Αχελώφ πάντων τῆς ποταμῶν προσβύτειθε.  
Ἐφον γάρ, Οκτανὸς δὲ ταμεῖ Τιθιώ, ἐαυτὸς ἀδελφός. τῷ δὲ*  
*ζήντοις τειχίλιοι ποταμοί Αχελώφ θὲν ἀντῶν προσβύτειθε, καὶ πεπίπτων*  
*μάλιστα. Licet abunde ista iufficant ad probationem moris antiqui*  
*quo ita loquendi usus fuit ut Achelous commune omnis aquae nomine*  
*haberetur; tamen his quoque & id Euripidis nobilissimi tragedi-*  
*orum scriptoris addetur auctoritas; quam idem Dilymus gramma-*  
*ticus in his libris quos ηγαγρομάθης λέξεως scripsit, posuit his verbis;*  
*τοῦδεν πάντας ὑδαρες Εὔερπης φοιτὸς ἐπὶ ψιπύῃ. λέξεων γάρ τοις ὑδα-*  
*ροῦθεν οφέδρα πόρρω τῆς Αχερονίας. (ἐπὶ δὲ τῆς ποταμοῦ Αχελώφ)*

*Δοξέω μὴ αργυροῦσσον Αχελὼν βίον.*

Sunt

Sunt in libro septimo illi versus, quibus Hernici populi & eorum nobilissima, ut tunc erat civitas, Anagnia enumerantur,

*Quos dives Anagnia pascit,*

*Quos Amasene pater: non illi omnibus arma,  
Nec clypes currusve sonant. pars maxima glandis  
Livenis plumbi spargit, pars spicula gestat  
Bina manu; fulvoisque lupi de pelle galeros  
Tegmen habent capiti; vestigia nuda finistris  
Instituere pedis; crudus regit alebra pero.*

Hunc morem in Italia fuisse ut uno pede calceato, altero nudo iretur ad bellum, nusquam adhuc quod sciamus reperi. sed eam Graecorum nonnullis consuetudinem fuisse locupleti auctore jam palam faciam. in qua quidem re mirari est poëtae hujus occultissimam diligentiam. qui cum legisset Hernicos, quorum est Anagnia, à Pelasgicis oriundos appellatosque ita à Pelasgo quodam duce suo qui Hernicus nominabatur, morem quem de Aetolia legerat Hernicis assignavit, qui sunt veteris colonia Pelasgorum. Et Hernicum quidem hominem Pelasgum ducem Hernicis fuisse Julius Higinus in libro secundo urbium non paucis verbis probat. morem vero Aetolis fuisse unotantummodo pede calceato in bellum ire ostendit clarissimus scriptor Euripides tragicus: in cuius tragœdia, quæ Meleager inscribitur, nuncius inducitur describens quo quisque habitu fuerit ex ducibus qui ad aprum capiendum convenerant. in eo hi versus sunt;

Τελαμών δὲ χειροῦ αἰετῶν πάλης ἐπι-  
Περσίην τιθέται, βότρους δὲ ἔσεσθε κρέας,  
Σαλαμίνα κορυφὴ πατεῖδε τῶν ἐνδικεων.  
Κύπειρος δὲ μίστην ἀργεῖς αἰταλίνην κινεῖ,  
Καὶ τόξον ἔχοντα, πελέκεις δὲ μίσκον  
Γέρυν, πεπλανακτίος. οἱ δὲ θεοί  
Πᾶντες τὸ λαύρῳ ἵχνος αὐδεῖσιος ποδες,  
Τὸν δὲ σὺν πελλοῖς, αἰς ἐλαφεῖσον γένυν  
Εχοτες, ὃς δὲ πάσιν αἰταλοῖς νόμος.

animadvertis diligentissime verba Euripidis à Marone servata? ait enim ille:

τὸ λαύρῳ ἵχνος αὐδεῖσιος ποδες.

& eundem pedem nudum Vergilius quoque dixit;

*Vestigia nuda finistris*

*Instituere pedis.*

in qua quidem re, quo Nobis studium nostrum magis comprobetur, non reticebimus rem paucissimis notam: reprehensum Euripidem ab Aristotele, qui ignorantiam istud Euripidis fuisse contendit: Aetolos enim non levum pedem habere nudum sed dextram. quod ne affirmem potius quam probem ipsa Aristotelis verba ponamus. libro quem de poëtis secundo sublipsit. in quo de Euripide loquens sic ait: Τὰς δὲ θεοὺς κέρας τὸν μὴ δευτερήν πόλεων οὐδεις οὐδεῖσιν ἔχειται ἀνυπόλιτην, λέγει γάρ οὐδε-

Τὸ λαὸν ἵχυθε πῶσα ἀνέβηλοι ποδες.  
Τὸν δὲ τὸν πατέλοις ὡς ἐλαφεῖς γόνοι  
Ἐργατ. οὐδὲ τὴν τεταρτὸν θΟΓ.  
Τοῖς αἰτωλοῖς.

**H**I C Prætextatus, Mirum, inquit, in modum digeffit Eustathius quæ de Græca antiquitate carmini suo Vergilius inseruit. sed meminimus viros inter omnes nostra ætate longe doctissimos Furium Cæcinamque Albinos promisissæ se prodituros quid idem Maro de antiquis Romanis scriptoribus traxerit. quod nunc ut siat tempus admonet. cumque omnibus idem placeret: tum Furius Albinus; Et si vereor ne, dum ostendere cupio quantum Vergilius noster ex antiquiorum lectione profecerit, & quos ex omnibus flores vel quæ in carminis sui decorem ex diversis ornamenta libaverit, occasionem reprehendendi vel imperitis vel malignis ministrem exprobrantibus tanto viro alieni usurpationem; nec considerantibus hunc esse fructum legendi, emulari ea quæ in aliis probes, & quæ maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem usum tuum opportuna derivatione

<sup>1</sup> Ex diversis ornamenta libaverit | Optimum ille Anglicanus non, libaverit, sed levaverit, & animo meo germanissime. Vult enim dicere Macrobius, subtraxisse plena manu. Dixerat libro ante, Vergilium nostrum undique veterum sibi ornamenta traxisse. Nunc facile, uti puto, innoteſcat apud Arbitrum dictio sub finem: Unde plani autem, unde levatores uerent nisi. Ubi vir doctus in superius ad eum scriptorem Notis seu collectaneis admonuit sibi nusquam lectum vocabulum, levatores, quod ego non absone ex superiori mente fures interpreter, sive, ut

ipse Petronius alibi dixit, Noſſanos, qui palia & talia lucifacere satagunt. Plans autem eodem Arbitri loco, idem erit quod voluit Glossarium vetus: Silatarus, Σιλάτας. Ita enim corrigo Glossarium, nam editur inepit, Silatarus. Docuit me grammaticus priscus & probus Caper: qui tamen Silataris scribit non Silatarus, & forte utrumque rectum. Verba sunt: Silataris sine è litera scribendum, à plata rate piratica. Unde iterum in Glossario pro platis faciendum, platas, οὐ γετικῶν ἀγέροντα. Pontan.

converttere;

convertere; quod & nostri tam inter se quam à Græcis, & Græcorum excellentes inter se s̄epe fecerunt. & ut de alienigenis taceam, possem pluribus edocere quantum se mutuo compilari int̄ bibliothecæ veteris auctores. quod tamen opportune alias, si volentibus vobis erit, probabo. Unum nunc exemplum proferam, quod ad probanda quæ affero p̄nē sufficiet. Afranius enim togatarum scriptor, in ea roga-  
ta quæ Compitalia inscribitur, non inverecunde respondens arguenti-  
bus quod plura sum̄ p̄fisset à Menandro, Fateor, inquit, sum̄p̄t, non  
ab illo solo modo sed ut quisque habuit quod conveniret mihi, quod-  
que me non posse melius facere credidi, etiam à Latino. Quod si hæc  
societas & rerum communio poëtis scriptoribusque omnibus inter se  
exercenda concessa est; quis fraudi Vergilio vortat, si ad excolen-  
dum se quædam ab antiquioribus mutuatus sit? cui etiam gratia ha-  
benda est quod nonnulla ab illis in opus futura, quod æternō man-  
surum est, transferendo fecit ne omnino memoria veterum deleretur:  
quos, sicut præsens sensus ostendit, non solum neglectui verum  
etiam risu habere jam coepimus. denique & judicio transferendi &  
modo imitandi consecutus est, ut quod apud illum legerimus alienum,  
aut aliud esse malimus, aut melius hic quam ubi natum est  
sonare miremur. Dicam itaque primum quos ab aliis traxit vel ex  
dimidio sui versus vel p̄nē solidos. post hoc locos integros cum par-  
va quadam mutatione translatos, sensuive ita transcriptos ut unde  
essent eluceret, immutatos alios ut tamen origo eorum non ignora-  
retur. post hæc quædam de his, quæ ab Homero sumpta sunt, ostendam  
non ipsum ab Homero tulisse, sed illus alios inde sumplisse, &  
hunc ab illis quos sine dubio legerat translubuisse.

*Vexitur interea cælum, & ruit oceano nox.*

Ennius in libro sexto:

*Vexitur interea cælum cum ingentibus signis.*

*Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.*

Ennius in primo:

*Qui cælum versat stellis fulgentibus aptum.*

& in tertio:

*Cælum prospexit stellis fulgentibus aptum.*

& in decimo:

*Hinc nox proceffit stellis ardentibus apta.*

*Conciliumque vocat divum pater atque hominum rex.*

Ennius in sexto:

*Tum cum corde suo divum pater atque hominum rex*

*Effatur.*

*Est locus, Hesperiam Graeci cognomine dicunt.*

\* Non solum neglectui | M.S. &c editio | & inauditum. Sic tamen & Statius. Gronov.  
Veneta, qua MS. vicem est, habent lectui | 3 Ut quod apud illum legerimus alienum,  
Forte editore non adverterunt non solum hic | aut aliud esse malimus, aut melius hic. | Pla-  
dici aīri non solum non: Exiam substanti- | ceat præfata lectio: aut illius esse malimus, sen-  
tium non potuit illis placere, tñqñqñ novum | tentia diserte vera. Postan.

Ennius in primo:

*Est locus, Hesperiam quam mortales perbibeant.  
Tuque, ð Tybri, tuo genitor cum flumine sando.*

Ennius in primo;

*Teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sando.  
Accipe daque fidem. sicut nobis fortia bello  
Pectora.*

Ennius in primo:

*Accipe daque fidem fædusque feri bene firmata  
Et lunam in nimbo nox intempesta temebat.*

Ennius in primo:

*Cum superum lumen nox intempesta tenoret.  
Tu tamen interea calido mihi sanguine panas  
Persolves.*

Ennius in primo,

*Non pol homo quisquam faciet impune animus  
Hoc nisi tu; <sup>4</sup> nam mi calido das sanguine panas.*

— Vergilius, *Concurrunt undique telis*

*Indomitæ agricolæ.*

Ennius in tertio:

*<sup>5</sup> Postquam defessi sunt; stant & spargere se se  
Hastis; ansatis concurrunt undique telis.*

*Summa nituntur opum.*

Ennius in quarto:

*Romani scalis summa nituntur opum vi.*

& in sextodecimo:

*Reges per regnum statuasque sepulchraque querunt;  
Ædificant nomen; summa nituntur opum vi.*

*Et mecum ingentes oras evolvite bellis.*

Ennius in sexto:

*Quis potis ingentes oras evolvere bellis?*

*Nequa meis dictis esto mora. Juppiter hac stat.*

Ennius in septimo:

*Non semper vestra eversit. nunc Juppiter hac stat.*

*In vadum urbem somno vinoque sepultam.*

Ennius in octavo:

*Nunc hostes vino domiti somnoque sepulti.*

*Tollitur in casum clamor; cunctaque Latini.*

Ennius in septimodecimo;

*Tollitur in casum <sup>6</sup> clamor exortus utrisque:*

<sup>4</sup> Nam mi calido das sanguine panas | In ora Scriveneri codicis erat dabo sanguine, more Enniiano, præcedit enim facit. Idem.

<sup>5</sup> Postquam defessi sunt; stant & spargere fædes Hastis. | Conjectabam: Postquam defessi sunt stando, & spargere. Et apie ita applicatur statim, ansatis concurrunt undique telis.

Blanditur tamen magis quod admonuit poterit Scrivenerius, defessi sunt stantes spargere. Idem.

<sup>6</sup> Clamor exortus utrisque | Malum utrimeque. Idem Ennius in decimoquarto: Hereredit telos exercitus asper utrimeque. Nec editum sicut Cl. Merulae. Idem.

Quadrupedante

*Quadrupedante patrem sonitu quatit ungula campum.*

Ennius in sexto :

*Explorant Namide, totam quatit ungula terram.*

idem in octavo :

*Consequitur, summo sonitu quatit ungula terram.*

idem in septuaginta decimo :

*It eques & plausu cava concutit ungula terram.*

*Unus qui nobis cunctando restituit rem.*

Ennius in duodecimo :

*Unus homo nobis cunctando restituit rem.*

*Corruxit in vulnus. sonitum super arma dedere.*

Ennius in sexagesima decimo :

*Concidit, & sonitum simul insuper armis dedetum.*

*Et jam prima novo spargebat lumine terras.*

Lucretius in secundo :

*Cum primum aurora respergit lumen terras.*

*Flamarum longos à tergo involvere tractus.*

Lucretius in secundo :

*Nonne vides longos flamarum ducere tractus?*

*Ingeminant abruptis nubibus ignes.*

Lucretius in secundo :

*Nunc hinc, nunc illinc abruptis nubibus ignes.*

*Belli simulacula ciebant.*

Lucretius in secundo :

*Componunt, complent; belli simulacula carentur.*

*Simulacraque luce carentum.*

Lucretius in quarto :

*Cum saepe figuris*

*Contuitur mirans, simulacraque luce carentum.*

*Asper acerba tuens retro redit.*

Lucretius in quinto :

*Asper, acerba tuens, immanni corpore serpens.*

*Tithoni croceum linquens aurora cubile.*

Furius in primo Annali :

*Interea oceanus linquens aurora cubile.*

*Quod genus hoc hominum, queve hunc tam barbara morem?*

Furius in sexto :

*Quod genus hoc hominum Saturno sancto create?*

*Rumoresque ferit varios, ac talia fatur.*

Furius in decimo :

*Rumoresque ferunt varios, & multa requirunt.*

*Nomine quemque vocans, reficitque ad praetia pulsos.*

Furius in undecimo :

*Nomine quemque dicit; dictorum tempus alesse*

*Commemorat.*

deinde infra:

*Confirmat dictis, simul atque exsuscitat acres  
Ad bellandum animos, reficitque ad pralia mentes.  
Dicte Pierides, non omnia possumus omnes.*

Lucilius in quinto :

*Major erat natu. non omnia possumus omnes.  
Diversi circumspiciunt: hoc auctor idem.*

Pacuvius in Medea :

*Diversi circumspicimus, & horror percipit.  
Ergo iter incepsum peragunt rumore secundo.*

Suevius in libro quinto :

*Redeunt referunt petita rumore secundo.  
Numquam hodie effugies, veniam quounque vocaris.*

Nævius in equo Trojano :

*Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare.  
Vendidit hic auro patriam dominumque potenterem  
Imposuit; fixit leges precio atque refixit.*

Varius de morte :

*Vendidit hic Larium populis, agrosque viriliter  
Eripuit; fixit leges precio atque refixit.  
Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.*

Varius de morte :

*Incubet & Tyriis, atque ex solido bibat auro.  
Talis saecula suis dixerunt currere fusi.*

<sup>7</sup> Pacuvius in Medea | Monet margo Scri-  
ve. ii, legendum Mede. Idem.

<sup>8</sup> Horror percipit | Adumbravit Plautus  
Menæchmis: Quid effat dare porionis aliquid,  
principum percipit infania? Ad quem lo-  
cum exigunt quoque illum, Sticho :

D. At ego periis cui medullam lassando per-  
bibis.

P. Quid ego cui misero medullam ventris  
percipit famem?

Cl. tamen Lipfio placuit, perrepi. Meo  
judicio loci illius germana lectio & mens  
nondum visa critici, & abesse ambitione,  
dicerem vimam mihi. Lego; Cui misero ma-  
dullam ventris peredit famem. Captivus ma-  
nifesto arridens, Plautus in peribis, & per-  
dit, quomodo Curculione festive ex illis ipsius  
vocibus regiones finxit à milite subjugatas  
peredesiam & peribesiam. Hinc Festus:  
Plautus peredesiam & peribesiam commentus  
est cum norare voluit cupiditatem edendi &  
bendi. Itaque à fame peredi ventris medul-  
lam apte & argute responsum existimo à  
Comico parasito. Catullus allusit: Ignis in-  
teriorum edens medullam. Et Maro: Est mol-  
lis flamma medullas. Et 12. Aeneid. Nec te  
tanus edat tacitam dolor. Idem.

<sup>9</sup> Redeunt referunt petita | Vel obversus  
legem legendum referantque, & ita Camera-  
rii liber. Idem.

<sup>10</sup> Varius de morte | Lucanus panegyrico  
ad Pisonem:

*Macomas tragicos quatientem pulsa gemit  
Exeit Varium. Idem.*

<sup>11</sup> Incubet & Tyriis | Vellumenta intel-  
ligit quo cubitoria præcisæ dicta. Petronius:  
Vellumenta mea cubitoria perdidit, Tyria, sine  
dubio. Quo tamen loco quid est, Tyria sine  
dubio. Putem ego laborare lectionem, pi-  
ctumque antiquis, elabie. Unde factum  
dubio, cum deberet, elabie. Tyria ergo,  
sine elabie, sunt vellumenta pura nec sordi-  
data. De sordidatib[us] Festus & alii. Lucilius  
illo versu: Hac vellimenti maculosis apice  
ipse. Claudianus autem cubitoria sumiter  
vestes Tyrias intellexit in Fescenninio. Ait:  
At vesta Tyria sanguinis fulgidae

*Alter virginem nobilis crux.  
Sed an Claudiani illo versu honeste factis di-  
ctum: alter virginem crux? Malum ego:  
alter virginem nobilis crux. Et nisi fallor  
in mentem habuit illud Poëta; Virginemque  
alibi bibat alibi cruxem. Idem.*

Catullus :

**Catullus :**

*Currite ducenti subtemine, currite fusi.  
Felix ben nimirum felix, si litora tanquam  
Numquam Dardanis tetigisse nostra carine.*

**Catullus :**

*Juppiter omnipotens utinam non tempore prime  
Gnosia Cecropie tetigissent litora puppes.  
magna ossa lacertosque*

*Exstulit.*

**Lucilius in septimodecimo :**

*Apparent homini. <sup>11</sup> Magna ossa lacertique  
Placidam per membra quietem  
Irrigat.*

**Furius in primo :**

*Mitemque rigat per pectora sonus.*

& Lucretius in quarto :

*Nunc quisbus ille modis somnus per membra quietem*

*Irrigat. camposque liquentes.*

**Lucretius in sexto simile de mari.**

*Et liquidam mollem, camposque narantes.  
Et geminos duo fulmina bellis*

*Scipiades.*

**Lucretius in tertio.**

*Scipiades bellum fulmen Karthaginis horrer.*

*<sup>12</sup> ora.*

**Tristia tentantum sensu torquebit amaror.**

**Lucretius in secundo,**

*Fædo pertorquent ora sapore.*

*Morte obita quales fama est volitare figuræ.*

**Lucretius in primo :**

*Cernere uti videamur eos, audireque coram,*

*Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.*

**hinc est & illud Vergilii :**

*Et patris Anchise gremio complectitur ossa.*

*Ora modis attollens pallida miris.*

**Lucretius in primo :**

*Sed quædam simulacra modis pallentia miris.*

*Tum gelidus toto manabat corpore sudor.*

<sup>11</sup> *Magna ossa lacertique Apparent homini* | me item Franciscus Douai, legere se ad Lu-  
Herculem sentit Lucilius, & extat Priapeis: | cilium, hominis. Idem.  
Phœbus corosus, Hercules lacertosus. Monuit

Apparuit, ni fallor, Opin Dianam dictam, & Vergilium de nimis doctrina hoc nomen in ejus comitem transtulisse.

*Excessere omnis adysis arisque relicta*

*Di.*

Hoc unde Vergilius dixerit nullus inquirit. sed constat illum de Euripide traxisse; qui in fabula Troadibus inducit Apollinem, cum Troja capienda esset, ita dicentem;

Ἐγὼ δὲ (γινόμαντος οὐδὲ Αργεῖος θεός)

Μέγας, Αθάνας δ'. εἰ σωματοῖλον Φεύγας,

Λεπτὸν τὸ κλεψύδην Ιλιον, βαρύος τὸν ἔμποσ;

Εργάταις οὐδὲ πόλιν ὅταν λαβεῖν κακή,

Νοοῦτον τὰ φύσιν θάση, έδει πρᾶξαν θέλει.

qui versus docent unde Vergilius usurpaverit discessisse deos à civitate jam capta. nec hoc sine auctoritate Graecæ vetustatis est quod ait;

*Ipsa Fovis rapidum jaculata ē nubibus ignem.*

Euripides enim inducit Minervam ventos contrarios Graecorum classi à Neptuno perentem, dicentemque debere illum facere quod Jupiter fecerit, à quo in Graecos fulmen acceperit. Apud Vergilium Pan niveo lance munere lunam illexisse perhibetur.

*In nemora alta vocans,*

*Munere sic niveo lance, si credore dignum est.*

& reliqua. in hoc loco Valerius Probus vir perfectissimus notat necire se hanc historiam sive fabulam quo referat auctore. quod tantum virum fugisse miror. Nam Nicander hujus est auctor historiæ, poëta, quem Didymus grammaticorum omnium quicunque sint quique fuerint instruictissimus fabulosum vocat. quod sciens Vergilius adjectit,

*si credere dignum est.*

adeo se fabuloſo uſum fatequr auctore. in tertio libro cursim legitur; neque unde translatum fit queritur:

*Quæ Phœbo pater omnipotens, mibi Phœbus Apollo*

*Prædictus, &c.*

in talibus locis grammatici excusantes imperitiam suam inventiones has <sup>2</sup> ingenio magis quam doctrinæ Maronis affingant; nec dicunt eum ab aliis mutuatum ne nominare cogantur auctores. sed affirmo doctissimum vatem etiam in hoc Alchylum eminentissimum tragediarum scriptorem secutum: qui in fabula, quæ Latina lingua Sacerdotes inscribitur, sic ait;

*Στάλλεν δπος τάχισα. ταῦτα γοῦ πατήρ*

*Zdīs ἐγκρίδις Δοξίας θεοπομπατα.*

& alibi;

*Πλατεῖς οερφύτης δῆι λαζίας Δίδε.*

<sup>2</sup> *Ingenio magis quam doctrina Maronis* | *omnibus bibliothecis amoveris: quoniam*  
Utrumque desideravit in eo Caligula livor. *alterum ut nullius ingenii, minimaque*  
Exstat apud Tranquillum: *Sed Virgili & Titi* *doctrina, alterum, ut verbosum in historia neg-*  
*Livii scripta & imagines, penitus at fuisse in ex*ligentemque carpabas. Pontan.**

*Ecquid*

Eequid clarum factum est inde sumpsisse Vergilium, quod Apollo ea vaticinetur, quae sibi Jupiter fatur? probatum ne vobis est Vergilium ut ab eo intelligi non potest qui sonum Latine vocis ignorat, ita nec ab eo posse, qui Græcam non hauserit extrema satiaret doctrinam? nam si fastidium facere non timerem, ingentia poteram volumina de his, quae à penitissima Græcorum doctrina transtulisset, implere. sed ad fidem rei propositæ relata sufficient.

<sup>3</sup> Eequid clarum factum! Sic MS. Leidenfis, Beroldina, Sta. Anna, Vefniensis, Camerarii &c, ut resor, omnes ad Stephanum, qui pro libidine solita fecit Et quid, frequensque eum Iaspicius in dubiis recensioni-

bus, perfine & sine causa. Quare nos rependamus purius viterem lectionem, accedente presertim monitu nobilis & politissimi viri Thomas Stankeii in notis ad Plutarchum. Grawe.

B b AURELII

**AURELII MACROBII  
 AMBROSII THEODOSII  
 V. C. & inlustris  
 SATURNALIORUM  
 LIBER SEXTUS.**

---

C A P. I.

*Quos vel ex dimidio suis, vel solidos etiam versus ab antiquis Latinis  
 poëtis sit mutuatus Vergilius.*

**H**IC Prætextatus, Mirum, inquit, in modum digessit Eustathius quæ de Græca antiquitate carmini suo Vergilius inseruit. sed meminimus viros inter omnes nostra ætate longe doctissimos Furium Cæcinamque Albinos promisisse se prodituros quid idem Maro de antiquis Romanis scriptoribus traxerit. quod nunc ut fiat tempus admonet. cumque omnibus idem placet: tum Furius Albinus; Erni vereor ne, dum ostendere cupio quantum Vergilius noster ex antiquorum lectione profecerit, & quos ex omnibus flores vel quæ in carminis sui decorem ex diversis ornamenta libaverit, occasionem reprehendendi vel imperitis vel malignis ministrem exprobrantibus tanto viro alieni usurpationem; nec considerantibus hunc esse fructum legendizemulari ea quæ in aliis probes, & quæ maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem usum tuum opportuna derivatione

\* Ex diversis ornamenta libaverit | Optimus ille Anglicanus non, libaverit, sed levaverit, & animo meo germanissime. Vult enim dicere Macrobius, subtraxisse plena manu. Dixerat libro ante; *Vergilium nostrum undique veterum sibi ornamenta traxisse.* Nunc facile, uti puto, innotebet apud Arbitrum dictio sub finem: *Unde plani austem, unde levatores raverent nisi.* Ubi vir doctus in superis ad eum scriptorem Notis seu collectaneis admonuit sibi nusquam lectum vocabulum, levatores, quod ego non absone ex superiori mente fures interpreter, sive, ut

ipse Petronius alibi dixit, *Noltemus*, qui palia & talia lucrificare satagunt. *Planis* autem eodem Arbitri loco, idem erit quod voluit Glossarium vetus: *Slatarus, mārō.* Ita enim corrigo Glossarium, nam edidit inepti, *Slatarus.* Docuit me grammaticus priscus & probus Casper: qui tamen *Slataris* scribit non *Slatarus*, & forte utrumque rectum. Verba sunt: *Slataris fons è litera scribendum, à flata rate piratica.* Unde iterum in Glossario pro *flatis* faciendum, *flatis* reuegitinū orages: *cidō.* Pontan,

convertere;

convertere; quod & nostri tam inter se quam à Græcis, & Græcorum excellentes inter se sèpe fecerunt. & ut de alienigenis taceam, possem pluribus edocere quantum se mutuo compilarint bibliothecæ veteris auctores. quod tamen opportune alias, si volentibus vobis erit, probabo. Unum nunc exemplum proferam, quod ad probanda quæ assero pène sufficiet. Afranius enim togatarum scriptor, in ea toga ta quæ Compitalia inscribitur, non inverecunde respondens arguentibus quod plura sumpsisset à Menandro, Fateor, inquit, sumpti, non ab illo solo modo sed ut quisque habuit quod conveniret mihi, quodque me non posse melius facere credidi, etiam à Latino. Quod si hæc societas & rerum communio poëtis scriptoribusque omnibus inter se exercenda concessa est; quis fraudi Vergilio vorat, si ad excendum se quædam ab antiquoribus mutuatus sit? cui etiam gratia habenda est quod noanulla ab illis in opus suum, quod æterno manusum est, transferendo fecit ne omnino memoria veterum deleretur: quos, sicut præsens sensus ostendit, non solum neglectui verum etiam risu habere jam cœpimus. denique & judicio transferendi & modo imitandi consecutus est, ut quod apud illum legerimus alienum, aut aliud esse malimus, aut melius hic quam ubi natum est sonare miremur. Dicam itaque primum quos ab aliis traxit vel ex dimidio sui versus vel pène solidos. post hoc locos integros cum parva quadam mutatione translatos, sensuive ita transcriptos ut unde essent eluceret, immutatos alios ut tamen origo eorum non ignoraretur. post hæc quædam de his, quæ ab Homero sumpta sunt, ostendam non ipsum ab Homero tulisse, sed ~~plus~~ alios inde sumpsisse, & hunc ab illis quos sine dubio legerat translatis.

*Veritur inærea cælum cum ingentibus firmis.  
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.*

Ennius in libro sexto:  
*Qui cælum versat stellis fulgentibus aptum.*

& in tertio:

*Cælum prospexit stellis fulgentibus aptum.*

& in decimo:

*Hinc nox proceffit stellis ardentibus apta.*

*Conciliisque vocat divum pater atque hominum rex;*

Ennius in sexto:

*Tum cum corde suo divum pater atque hominum rex  
Effatur.*

*Est locus, Hesperiam Grassi cognomine dicunt.*

\* Non solus negletni | M.S. &c editio | &c inauditum. Sic tamen & Statius. Granov.  
Veneta, quæ MS. vicem est, habent lettni | 3 Ut quod apud illum legerimus alienum,  
Forte editore, non adverterunt non solus hic | aut aliud esse malimus, aut melius hic. | Pla-  
dici ~~am~~ non solum non: Etiam substanti- | ceat præfata lectio: aut illius esse malimus, sen-  
tientia diserte vera. Postam.

Ennius in primo:

*Est locus, Hesperiam quam mortales perbibeant.  
Tuque, o Tybri, tuo genitor cum flumine sancto.*

Ennius in primo;

*Teque, pater Tiberine, tuq cum flumine sancto.  
Accipe daque fidem. sicut nobis fortia bello  
Pectora.*

Ennius in primo:

*Accipe daque fidem fædusque feri. bene firmum.  
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.*

Ennius in primo:

*Cum superum lumen nox intempesta teneret.  
Tu tamen interea calido mihi sanguine penas  
Persolvas.*

Ennius in primo,

*Non pol homo quisquam faciet impune animus.  
Hoc nisi tu; nam mi calido das sanguine penas.  
— Vergilius, Concurrunt undique telis  
Indomiti agricolæ.*

Ennius in tertio:

*Postquam defessi sunt; stant & spargere se se  
Hastis; ansatis concurrunt undique telis.  
Summa nituntur opum.*

Ennius in quarto:

*Romani scalis summa nituntur opum vi.*

& in sextodecimo:

*Reges per regnum sciasque sepulchraque querunt;  
Ædificant nomen; summa nituntur opum vi.  
Et mecum ingentes oras evolvit belli.*

Ennius in sexto:

*Quis potis ingentes oras evolvere bellis?  
Nequa meis dictis esto mora. Juppiter bac stat.*

Ennius in septimo:

*Non semper vestra evertit. nunc Juppiter bac stat.  
Invadunt urbem somno vinoque sepultam.*

Ennius in octavo:

*Nunc hostes vino domitis somnoque sepulti.  
Tollitur in celum clamor; cunctisque Latini.*

Ennius in septimodecimo;

*Tollitur in celum. clamor exortus utrisque;*

<sup>4</sup> Nam mi calido das sanguine penas | In ora Scriveriani codicis erat dabi sanguine, more Enniiano, præcedit enim facit. Idem.

<sup>5</sup> Postquam defessi sunt; stant & spargere fœsi Hastis. | Conjectabam: Postquam defessi sunt stando, & spargere. Et apie ita applicaverunt statim, ansatis concurrunt undique telis.

Blanditur tamen magis quod admonuit postes Scriverius, defessi sunt stantes spargere. Idem.

<sup>6</sup> Clamor exortus utrisque | Malim utrunque. Idem Ennius in decimoquarto: Harrescit telus exercitus asper utrunque. Nec editum estiter Cl. Merulae. Idem.

Quadrupedante

*Quadrupedorum patrem sonitu quatit ungula campum.*

Ennius in sexto :

*Explorant Numidae, totam quacit ungula terram.*

idem in octavo :

*Consequitur, summo sonitu quatit ungula terram.*

idem in septuaginta uno :

*It eques & plausu cava concutit ungula terram.*

*Unus qui nobis cunctando restituire rem.*

Ennius in duodecimo :

*Unus homo nobis cunctando restituire rem.*

*Corruist in vulnus. sonitum super arma dedere.*

Ennius in sextodecimo :

*Concidit, & sonitum simul insuper arma dedetum.*

*Et jam prima novo spargebat lumine terras.*

Lucretius in secundo :

*Cum primum aurora respergit lumine terras.*

*Flamarum longos à tergo involvere tractus.*

Lucretius in secundo :

*Nonne vides longos flamarum ducere tractus?*

*Ingeminant abrupcis nubibus ignes.*

Lucretius in secundo :

*Nunc hinc, nunc illinc abrupcis rubibus ignes.*

*Belli simulacula ciebant.*

Lucretius in secundo :

*Componunt, compleant; bellii simulacula carentur.*

*Simulaculaque luce carentum.*

Lucretius in quarto :

*Cum saepe figurae*

*Constitut mirans, simulaculaque luce carentum.*

*Asper acerba tuens retro redit.*

Lucretius in quinto :

*Asper, acerba tuens, immanni corpore serpens,*

*Tithoni croceum linquens aurora cubile.*

Furius in primo Annali :

*Interea oceanii linguis aurora cubile.*

*Quod genus hoc hominum, queve hunc tam barbara morem?*

Furius in sexto :

*Quod genus hoc hominum Saturno sancto creare?*

*Rumoresque ferit varios, ac talia fatur.*

Furius in decimo :

*Rumoresque ferunt varios, & multa requirunt.*

*Nomine quemque vocans, reficitque ad praetia pulsos.*

Furius in undecimo :

*Nomine quemque dicit; dictorum tempus a lesse*

*Commemorat,*

deinde infra:

*Confirmat dictis, simul atque exfuscat acres  
Ad bellandum animos, reficitque ad prælia mentes,  
Dicte Pierides, non omnia possumus omnes.*

Lucilius in quinto;

*Major erat natu. non omnia possumus omnes.  
Diversi circumspiciunt: hoc acror idem.*

? Pacuvius in Medea:

*Diversi circumspicimus, & horro percipie.  
Ergo iter incepsum peragunt rumore secundo.*

Suevius in libro quinto;

*Redeunt referunt petita rumore secundo.*

*Numquam hodie effugies, veniam quoque vocaris.*

Nævius in equo Trojano;

*Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare.*

*Vendidit hic auro patriam dominumque potentem*

*Imposuit; fixit leges precio aequae refixit.*

10 Varius de morte:

*Vendidit hic Latium populis, agrosque viriliter  
Eripuit; fixit leges precio atque refixit.*

*Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.*

Varius de morte:

*Incubet & Tyrris, atque ex solido bibat auro.*

*Talis saecula suis dixerunt currere fusis.*

? Pacuvius in Medea | Monet margo Scri-  
verii, legendum Mede. Idem.

<sup>8</sup> Horro percipi t Adumbravit Plautus  
Menachmis: Quid cessat dare potionis aliiquid,  
principi quam percipit infania? Ad quem lo-  
cum exigunt quoque illum, Stichus :

D. At ego perii cui medullam lassando per-  
bita.

P. Quid ego cui misero medullam ventris  
perceperit famem?

Cl. tamen Lipsio placuit, perrepsi. Meo  
judicio loci illius germana lectio & mens  
nondum visa critica, & abesse ambitio, di-  
cerem visam mihi. Lego: Cui misero me-  
dullam ventris peredit famem. Captavit man-  
ifesto arrissons, Plautus in peribis, & per-  
adit, quomodo Curculione festive ex illis ipsius  
vocibus regiones finit à milite subjugatas  
peredesiam & peribesiam. Hinc Festus:  
Plautus peredesiam & peribesiam commentus  
est cum notare voluit cupiditatem edendi & bi-  
bendi. Itaque à fame peredi ventris medul-  
lam aperi & argute responsum existimo à  
Comico parasito. Catullus allusit: Ignes in-  
teriorum edunt medullam. Et Maro: Est mol-  
lis flamma medullas. Et 12. Aeneid. Nec re-  
tardus est tacitam dolor. Idem.

<sup>9</sup> Redeunt referunt petita | Vel obversus  
legem legendum referuntque, & ita Camara-  
rii liber. Idem.

<sup>10</sup> Varius de morte | Lucanus panegyrico  
ad Pisonem:

*Mactas tragicis querentem pulsa gesta  
Execit Varium. Idem.*

<sup>11</sup> Incubet & Tyrris | Vestimenta intel-  
ligit quae cubitoria præcis dicta. Petronius:  
Vestimenta mea cubitoria perdidit, Tyria fons  
dubio. Quo tamen loco quid est, Tyria fons  
dubio. Putem ego laborare lectionem, pi-  
cturisque antiquitus, elabo. Unde factum  
dubio, cum deberet, elabo. Tyria ergo,  
fons dubie, sunt vestimenta pura nec sordi-  
data. De sordidatis Festus & alii. Lucilius  
illo veru: Hac vestimentis maculosis apice  
ipse. Claudianus autem cubitoria similes  
vestes Tyrris intellexit in Fescenninia. Ait:  
At vestes Tyrria sanguine fulgudes

*Alter virginem nobilis et crux.  
Sed an Claudiani illo veru honeste sitis di-  
stum: alter virginem crux? Malum ego:  
Alte virginem nobilis crux. Et nisi fallor  
in mente habuit illud Poëta; Virginemque  
alte bibas alte cruxorem. Idem.*

Catullus:

**Carillus :**

*Currite ducenti subtemine, currite fusi.  
Felix ben nimium felix, si litora tantum  
Numquam Dardanis tetigissent nostra carina.*

**Carillus :**

*Juppiter omnipotens urinam non tempore primo  
Gnosia Cecropie tetigissent litora puppes.  
magna ossa lacertosque*

*Exstulit.*

**Lucilius in septimodecimo :**

<sup>12</sup> *Magna ossa lacertique  
Apparent homini.  
Placidam per membra quietem*

*Irrigat.*

**Furius in primo :**

*Mitemque rigat per pectora somnus.*

& **Lucretius in quarto :**

*Nunc quibus ille modis somnus per membra quietem*

*Irrigat.* *camposque liquenes.*

**Lucretius in sexto simile de mari.**

*Et liquidam molem, camposque natantes.  
Et geminos duo fulmina bellorum.*

*Scipiades.*

**Lucretius in tertio.**

*Scipiades bellum fulmen Karthaginis horrificans.* <sup>13</sup> *ore.*

**Tristia tentantum sensu torquebit amaror.**

**Lucretius in secundo,**

*Fando pereorquent ora sapores.*

*Morte obita quales fama est volitare figurae.*

**Lucretius in primo :**

*Cernere uti videamus eos, audireque coram,*

*Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.*

hinc est & illud Vergilii :

*Et patris Anchise gremio complectitur ossa.*

*Ora modis attollens pallida miris.*

**Lucretius in primo :**

*Sed quædam simulacra modis pallentia miris.*

*Tum gelidus coto manabat corpore sudor.*

<sup>12</sup> *Magna ossa lacertique Apparent homini;* | me item Franciscus Docis, legere se ad Lu-  
Herculem sentit Lucilius, & extat Priapeis: | cilium, *homini*. Idem.  
Phœbus corosus, Hercules lacertosus. Monuit

Ennius in sextodecimo :

Tunc tumido manat ex omni corpore sudor.

Labitur unda vadis abies.

Ennius in quartodecimo :

Labitur unda carina; volat super impetus undas.  
Ac ferreus ingruere imber.

Ennius in octavo :

Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

Apicem tamen incita summum

Hasta tult.

Ennius in sextodecimo :

Tamen induvolens secum abstulit hasta

Insigne.

Puiverulentus eques furit: omnes arma requirunt.

Ennius in sexto :

Balantum pedes quatit, omnes arma requirunt.

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ullio.

Accius in Philoctete :

Quem neque tueris contra nec affari queas.

Aut spoliis ego jam raptae laudabor opiniis,

Aut leto insignis.

Accius in armorum judicio :

Nam tropaeum ferro me à fortis viro pulchrum est.

Si autem vincar; vinci à tali nullum est probrium.

Nec si miserum fortuna Sinonem

Pinxit; vanum etiam mendacemque improba fingeat.

Accius in Telepho :

Nam si à me regnum fortuna atque opes

Eris pere quivit, at virtutem non quisit.

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem;

Fortunam ex alisis.

Accius in armorum judicio :

<sup>13</sup> Virtuti is par, dispar fortunis patriis.

Jamjam nec maxima Fama

Nec Saturnius hac oculis pater adspicit egiis.

Accius in Antigona :

Jamjam neque dñi regunt,

Neque profecto décum summus rex omnibus curat.

Num capis potuere capi? num incensa cremavit?

Troja viros?

<sup>13</sup> Virtuti is par, dispar fortunis patriis | Rescribo: Virtute sis par, dispar fortunis pari. Claram ex Marionianâ imitatione: Disce puer virtutem ex me verumque laborem;

Fortunam ex aliis. Et addo Lucam Frutetum in Verisimilium olim libris idem incurrit. quod dissimulasse & rei & ingeniosissimi capit is causa piaculum censui. Idem.

Ennius

**E**nnius in undecimo cum de Pergamis loqueretur ;  
*Que neque Dardanis campis potuere perire,  
 Nec cum capta capi, nec cum combusta cremari.  
 Multi præterea, quos fama obscura recondit.*

**E**nnius in Alexandro ;  
*Muli ali⁹ advenant, par portaz quorum obscurat nomina;  
 Audentes fortuna juvat.*

**E**nnius in septimo.

*Fortibus est fortuna viris data.*

*Recoquunt patris fornacibus enses ;  
 Et curvæ rigidum falces conflancur in ensim.*

**L**ucretius in quinto ;

*Inde minutarim processit ferreus ensis ;  
 Versaque in obscnum species est falcis aine.  
 Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu  
 Flumina.*

**L**ucretius in quinto ;

*Ad sedare sitem fluvii frontesque vocabant,  
 Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura  
 Sponte tulero sua carpit.*

**L**ucretius in quinto ;

*Quod sol atque imbræ dederant, quod terra crearas  
 Sponte sua, satis placabat pectora donum.*

## C A P. II.

**Q**uos locos, aut integræ, aut paucis admodum immutatis, ex antiquis  
*Latinis scriptoribus Vergilius translaterit : quoque ea mutaverit :*  
*ut origo tamen eorum facile deprehendatur.*

**P**ost versus ab aliis vel ex integro vel ex parte translatos, vel qua-  
 dam immutando verba tanquam fuso alio tintos, nunc locos  
 locis componere sedet animo, ut, unde formati sint, quasi de specu-  
 lo cognoscas.

*Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum  
 Quam sit, & angustis banc addere rebus honorem.  
 Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis  
 Ruptat amor. iuvat stre jugis, qua nulla priorum  
 Castalian molli devertitur orbea clivo.*

**L**ucretius in primo ;

*Nec me animi fallit quam sine obscura ; sed acris  
 Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,  
 Et simul incussum suavem mœ in pectus amoreum  
 Musarum ; quod nunc insinclus mente vigenti,  
 Avia Pieridum peragro loco, nullius ante  
 Trita solo.*

Accipite

Accipite & alterum locum Maronis illi, unde traxerat, comparandum, ut eundem colorem ac pene similem sonum loci utriusque reperias.

*Si non ingentem foribus, domus alta superbis  
Mane salutarium totis vomit adibus undam;  
Nec varios inhiat pulchra testudine postes.*

& mox :

*At secura quies & nescia fallere vita  
Dives opum variarum, at lati osia fundis,  
Speluncæ, vivique lacus; at frigida tempe,  
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni,  
Non absunt illic, saltus ac lustra ferarum,  
Et patiens operum exiguoque assueta juvenus,*

Lucretius in libro secundo :

*Si non aurea sunt juvenum simulacra per aedes  
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,  
Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur,  
Nec domus argento fulgens auroque residens,  
Nec citharam reboant laqueata aurataque Tempe;  
Cum tamen inter se prostrati in gramine molli,  
Propter aquæ rivum sub ramis arboris altae,  
Non magnis opibus jucunde corpora curant,  
Præsertim cum tempestas arridet, & annis  
Tempora consergant viridantes floribus berbas:  
Non umbras altorum nemorum, non mollia possunt  
Prætare mouere animum, non qui per saxa volutus  
Purior electro campum petat annis.*

Lucretius in secundo :

*Nec teneræ salices atque herbæ rore virentes  
Fluminaque ulla queunt summis labentia ripis  
Oblectare animum, subitamque avertere curam.*

Ipsius vero pestilentiae, quæ est in tertio Georgicorum, color totas .  
& lineamenta pene omnia tracta sunt de descriptione pestilentie,  
quæ est in sexto Lucretii. nam Vergiliana incipit:

*Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est  
Tempestas, totoque autumni incanduit æstu,  
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.  
Hæc ratio quondam morborum & mortifer æstus  
Finibus in Cecropis funestos reddidit agros,  
Vastavitque vias; exhausit civibus urbem.*

Sed quatenus totum locum utriusque ponere satis longum est; ex-  
cerpam aliqua; ex quibus similitudo geminæ descriptionis appareat.  
Vergilius ait :

*Tum vero ardentes oculi atque attractus ab aëro  
Spiritus interdum gemitu gravis; imaque longo  
Illa singulu tendunt, id naribus aer*

*Sanguis*

*Sanguis; & oppressas fauces premie aspera lingua.*

*Principio caput incensum fervore gerebant*

*Et duplices oculos suffusa luce rubentes:*

*Sudabant etiam fauces intrinsecus atro*

*Sanguine; & ulceribus vocis via septa coibat;*

*Atque animi interpres manabat lingua cruento*

*Debilitata malis, motu gravis, aspera tacu.*

*Hec ante exitium primis dant signa diebus.*

*& que darent supra retulit idem.*

*demisse aures, incertus ibidem*

*Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret*

*Pollis, & tactu tractantis dura reficit.*

*Multaque præterea mortis tunc signa dabantur:*

*Perturbata animi mens in mærore metuque,*

*Triste supercilium, furiosus vultus & acer,*

*Sollicita porro pleneque sonoribus aures,*

*Creber spiritus aut ingens, raroque coortus,*

*Sudorisque madens per collum splendidus huncor;*

*Tenuis spuma, minuta, croci contacta cruento,*

*Salsaque per fauces rancas vix edita tussis.*

Vergilius ait:

*Profuit inserto latices infundere cornu*

*Leneos. ea visa salus morientibus una;*

*\* Mox erat hoc ipsum exitio.*

Lucretius ait:

*Nec ratio remedi communis certa dabatur.*

*Nam quod alii dederat vitalis æris auras*

*Volvere in ore licere & cœli templa tueri;*

*Hoc alii erat exitio, letumque parabat.*

Vergilius ait:

*Præterea nec mutari jam pabula refert;*

*Quæsiæque nocent artes; cessere magistri.*

Lucretius ait:

*Nec requies erat ulla mali, defessa jacebant*

*Corpora, mussabat tacito medicina timore.*

Vergilius ait:

*Ipsæ est aer avibus non equus, & ille*

*Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.*

Lucretius ait:

*Nec tamen omnino temere illis sedibus ulla*

*Comparebat avis; nec tristia secla ferarum*

*Exibant silvæ; languebant pleraque morbo*

*Et moriebantur.*

\* *Max erat hoc ipsum exitio! Non differam* | *Hunc appellat meum.*  
*hoc occasione Plautini loci medelam Captivis,* | *Sed scriptum vidi, Neque exilium exitio est.*  
*Scm. Nunc illud est. Vulgariter :* | *Quod fere dictum quonodo vulgo, nec salutis*  
*Neque exilium est, neque adeo spes qua mili* | *salutis, & talia. Panan.*

Nonne

Nonne vobis videntur membra hujus descriptionis ex uno fonte manasse? Sed rursus locos alios comparemus.

*Gaudent perfusi sanguine fratrum.*

*Exilioque domos & dulcia limina mutant.*

Lucretius in tertio;

*Sanguine civili rem conflant, divitiasque  
Conduplicant avidi, cædem cæde accumulantes;  
Crudeles gaudent in tristis funere fratri.  
Multæ dies variisque labor mutabilis ævi  
Retulit in melius, multos alterna revisens  
Lusit & in solido rursus fortuna locavit.*

Ennius in octavo;

*Multa dies in bella conficit unus:  
Et rursus multæ fortunæ forte recumbunt.  
Haudquaquam quemquam semper fortuna secuta est.  
O præstans animi juvenis, quantum ipse feroci  
Virtute exsuperas, tanto me impensius æquum est  
Consulere, atque omnes metuentem expendere causas.*

Accius in Antigona;

*Quando magis te istiusmodi esse intelligo,  
Tanto, Antigona, magis me par est eis  
Consulere & parcere.  
O lux Dardanæ, spes ò fidissima Teucrum  
& reliqua.*

Ennius in Alexandro;

*O lux Trojæ germanæ Hector,  
Quid ita cum tuo lacerato corpore miser?  
Aut qui te sic respectantibus traducere nobis?  
Frena Pelebriensis Læphyæ gyroisque dedere  
Impositi dorso, aequæ equitem docuere sub armis  
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.*

Varius de morte;

*Quem non ille finit lente moderator habet,  
Quia velit ire; sed angusto prius ore coercens  
Insultare docet campis, singulique morando.  
Talis amor Daphnæ; quais cum fessa juvencum  
Per nemora aquæ altos querendo bucula lucos,  
Propter aquæ rivum, vrisidi procumbit in ulva  
Perdita, nec sere metuit decidere noctis.*

Varius de morte;

*Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem,  
Si veteris potuit cervæ comprehendere lustra,  
Scvit in absentem, & circum vestigia lustrans  
Æthera per nictum tenues sectatur odores.*

<sup>a</sup> Quid ita cum tuo! Enni hunc versum ius restringebat Scriveriani libri ora; Quid ita  
te curvo, &c. Idem.

*Non amnes illam medii, non ardua tardare;  
Perdita nec sera meminist' decadere nocti.*

*Nec te tua funera mater  
Produxo, pressive oculos, aut vulnera lavi.*

Ennius in Cresiphonte;

*Neque terram injicere, neque cruenta  
Condestire mihi corpora liscuit,  
Neque misere levare lacryme salsum sanguinem:  
Namque canebat uti magnum per inane coacta  
Semina terrarumque animaque marisque fuisse,  
Et liquidi simul ignis; ut bis exordia primis  
Omnia & ipse tener mundi concreverit orbis.  
Tum durare solum & discludere Nerea Ponto  
Cæperit, & rerum paulatim sumere formas.  
Namque novum terra stupeant lucescere solem.*

Lucretius in quinto; ubi de confusione orbis ante hunc statum loquitur;

*His neque cum solis rota cerni lumine claro  
Altivolans poterat; neque magni sidera mundi,  
Nec mare, nec colum, nec denique terra, nec aës,  
Nec similis nostris rebus res ulla videri.  
Sed nova tempestas quedam molesque coorta.  
Diffugere inde loci partes capere, paresque  
Cum paribus jungi res, & discludere mundum,  
Membraque dividere, & magnas disponere partes.*

& infra;

*Hoc est à terris magnum secernere colum,  
Et seorsum mare uiri secreto humore patet,  
Seorsus item puri secretique ætheris ignes.*

& infra;

*Omnia enim magis hæc ex levibus atque rotundis.  
Cum fatalis equus saltu super ardua venit  
Pergama, & armatum peditem gravis attulit alios.*

Ennius in Alexandro;

*Nam maximo saltu superavit  
Gravidus armatis equus,  
— Quis suo partu ardua perdas  
Pergama.*

*Tum pater omnipotens, rerum cuius summa potestas,  
Infit. eo dicente deum domus alta filescit;  
Et tremefacta solo tellus; filet arduus æther.  
Tum venti posuere. premut plcaida aquora pontus.*

<sup>3</sup> Ennius in Cresiphonte | Faciendum, in | ille Italæ nuper columnæ Hieronymus Co-  
resiphonte. Et monuit in Ennianis reliquiis | lumina. Idem.

Ennius

Ennius in Scipione :

*Mundus cœlis vastus constitit silentio,  
Et Neptunus sœvus undis asperis pausam dedit.  
Sol equis iter repressit ungulis volantibus :  
⁴ Conſistere amnes perennes, arbores vento vacante.  
Itur in antiquam ſilvam, ſtabula alta ferarum.  
Procumhunc Picea, ſonat icta ſecuribus ilex,  
Fraxineæque trabeſ : cuneis & fiffile robur  
Scinditur. advolvunt ingentes montibus ornos.*

Ennius in ſexto :

*Incedunt arbuſta per alta, ſecuribus cædunt,  
Percellunt magnas quercus : exciditur ilex :  
Fraxinus frangitur, atque abies conſternatur alta :  
Pinus proceras pervertunt, omne ſonabat  
Arbuſtum fremitu ſiboi frondofas.  
Diversi magno ceu quondam turbine venti  
Conſigunt, Zephyrusque, Notusque, & Letus Eois  
Eurus equis.*

Ennius in Septimodecimo :

*Concurrunt, veluti venti cum ſpiritus australi  
Imbricitor aquiloque ſuo cum flamine contra  
Indu mari magnos fluctus extollere certane.  
Nec tamen, bao cum ſint horumnumque bouisque labores  
Verſando terram experti, nibil improbus anſer.*

Lucretius in quinto :

*Sed tamen interdum magno queſita labore,  
Cum jam per terras frondent atque omnia ſigurent.  
Aut nimiſ torrens fervoribus æthereus ſol,  
Aut ſubiti perimunt imbreſ gelidæque pruine,  
Flabrague ventorum violento turbine vexant.*

Sunt alii loci plurimorum verſuum, quos Maro in opus ſuum cum paucorum immutatione verborum à veteribus tranſtulit. & quia longum eſt universos verſus ex utroque transcribere, libros veteres noſtabo ; ut qui volet illic legendo æqualitatem locorum conferendo mi- retur. In principio Aeneidos tempeſtas deſcribitur, & Venus apud Jovem queritur de periculis filii, & Jupiter eam de futurorum pro- ſperitate ſolat. hic locus totus ſumptuſ à Nævio eit ex primo li- bro belli Punici. illic enim atque Venus Trojanis tempeſtate labo- rantibus cum Jove queritur : & ſequuntur verba Jovis tiliam conſolantis ſpe futurorum. item de Pandaro & Bitia aperientibus portas, locus acceptus eit ex libro quintodecimo Ennii ; qui induxit Histroſ duos in obſidione erupiſſe portam, & ſtragem de obſidente hoīte fe- ciſſe. Nec Tullioſ compilando, dummodo undique ornamenta ſibi conſerret, abſtinuit.

\* Conſistere | Conſtitere. Vofſius pag. 1. de Hist. Lat. Idem.

*O fama ingens, ingentior armis*

*Vir Trojano.*

nempe hoc ait: *Aeneam famam suam factis fortibus supergressum, cum plerumque fama sit major rebus. sensus hic in Catone Ciceronis est his verbis: Coniugebat in eo, quod plerisque contra soles, ut ma-jora omnia re quam fama viderentur, sed quod non sepe evenit, ut ex-spectatio cognitione, aures ab oculis vincerentur. item,*

*Proximus huic longo sed proximus intervallo.*

*Cicero in Bruto: Duobus igitur summis Crasso & Antonio L. Phi-lippus proximus accedebat, sed longo intervallo, tamen proximus.*

### C A P. III.

*Quos locos primum alii ex Homero transstulerint, inde Vergilius operi suo ascererit.*

**S**UNT quedam apud Vergilium, quae ab Homero creditur transstu-lisse: sed ea docebo a nostris auctoribus sumpta; qui priores haec ab Homero in carmina sua transstulerant. quod quidem summus Homericæ laudis cumulus est, quod, cum ita a plurimis adversus eum vigilatum sit, coacteque omnium vires manum contra fecerint,

*Ille velut pelagi rupes immota resistit.*

*Homerus de Ajacis fortis pugna ait:*

Αἴας δὲ ἔχετ' ἔμμυτον· βιάζετο γὰρ βελέεσσιν.  
Δάμητα μὲν ζωσθετε νόσον καὶ Τρῶες αἴγανοι,  
Βελλούτες. Δεινῶν τοι πᾶν κερτάφοισι φαεινή  
Πύλαις βαλλουμένην κανακήν ἔχε. βαλλετο δέ αἰεὶ<sup>1</sup>  
Κάπτ' φάλαρ' εὐπόιηθ'. οὐδέ αἰστεεγύν ὁμονού ἔκαμψεν,  
Εμπεδον αἰὲν ἔχον σάκοντος αἴδονο, οὐδὲ μινάρτο  
Αμφ' αὐτῷ πολεμίζει. ἐγείροντες βελέεσσιν.  
Αἰεὶ δέ αἴσαλέων ἔχετ' αἴθματο. καθεδὲ οἱ ἕδραις  
Πάντοθεν ἐκ μελέων πόλιν ἔρρεεν, οὐδὲ πῆ τὸ χειρ  
Αμφανδόσαι, πάντη μὲν κεκόντι κακῷ ἐσθίειτο.

\* Hunc locum Ennius in duodecimo ad pugnam Cœlii tribus hic versibus transfert;

*Undique conveniunt velut imber tela tribuno;  
Configunt parvam; tinnis hastibus umbo  
Ærato sonitu galœ: sed nec potè quisquam  
Undique nitendo corpus discerpere ferro.*

<sup>1</sup> Hunc locum Ennius in duodecimo ad pug-nam Cœlii tribus | C. Aelii substituit ex hi-storia Merula item decimo optimo vicem duode-

cimo. Causas habes ad Fragmenta ipsa, Pontano. Ad pugnam Cœlii tribus | Merula le-git: C. Aelii. Idem.

*Semper*

\* Semper abundantes hastas frangitque quatique.  
Totum sudor habet corpus; multumque laborat:  
Nec respirandi sit copia. præpote ferro  
Histri tela manus jacientes sollicitabant.

hinc Vergilius eundem locum de incluso Turno gratia elegantiore compositus:

Ergo nec clypeo juvenis subsistere tantum,  
Nec dextra valet; objectis sic undique telis  
Obruitur. strepit assiduo cava tempora circum  
Tinnitu galba; & saxis solida era fatiscent:  
Discusque juba capiti; nec sufficit umbo  
Iribus. ingensnatur hastis & Trois & ipse  
Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor  
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)  
Fulmen agit, fessos quatit æger anhelitus artus.

Homerus ait:

Ἄνδες δέ τε οἳσιν ἔργα κόρης κόρης, ἀνδρες δέ τούτοις.

Furius in quarto annali:

Pressatur pede pes, mucro mucro, viro vir.

hinc Vergilius ait:

Hæret pede pes, densusque viro vir.

Homeri est:

Οὐδὲ τοι μοι θέλω μοδὸν γλαῦκου, θέλω δὲ σθματὸν δένεν.

Hunc secutus Holtius poëta in libro secundo belli Histrici ait:

Non si mibi lingue.

Centum atque ora sicut cotidem, vocesque liquant.

hinc Vergilius ait:

Non mibi si lingue centum sint, oraque ceterum.

Homericæ descriptio est equi fugientis, in hæc verba:

Ως δέ τοι τοι πάρος ἵππος ἀνοίκος τοι φάγης  
Δεσπότης λαοφίλος. Τρίπετο πεντοποιον,  
Εἰσθετος λευκος εὐρύποτος ποταμος,  
Κυδίων. ωλέ δέ κρηνη ἔχει, αὐτῷ δέ χαῖται  
Ομοίς ἀποστολη. δέ διγλανίης πεποιθώσ,  
Πλήρης εἶ γένεα πέρης πετρῶν ἡδεια καὶ νομὸν ἴστησι.

Ennius hinc traxit:

Et cum sicut equus qui de præsepibus factus

Vinela suis magnis animis abrupit, & inde

Fert se se campi per cerula letaque prata

Celso pectora, sepe jubam quassat simul alcum,

Spiritus ex anima calida spumas agit albas.

\* Semper abundantes hastas frangitque  
quatique. Diplacet hic, abundantes hastas.  
Velim, abundantes. Metaphoram enim à re na-  
vali seu littoribus monstrant vel illa: frang-  
gentea quatique. Papinius: Interiore sinn  
frangentia littora curvav Tararus. Ubi addit  
interpretis vetus Lutatius: Frangentia curvam  
littoribus solent fructus frangi. Et ipse Ver-  
giliius sic videtur legisse. Nam ubi exprim-

tere voluit, dixit: Objeciis sic undique telis  
Obruitur. Nec absimile est quod Maro Ar-  
cades inundare armis fecit Æneid. 12. His  
densi rursus inundant Trois: Aglyisque &  
pictis Arcades armis. Haec exaraveram cum  
reperio, laudante CL Merula, placuisse Ca-  
stricomio, abundantes hastas. Sed illud for-  
tius est. Post ann.

gilios

Vergilius;

*Qualis ubi abrupta fugit præsepio vincitur. &c.*

Nemo ex hoc viles putet veteres poëtas, quod versus eorum scabri nobis videntur, ille enim stylus Enniani saeculi auribus solus placebat: & diu laboravit ætas secuta, ut magis huic molliori filo acquiesceretur. Sed ulterius non moror Cæcinam quin & ipse prodat, quæ meminit Maronem ex antiquitate transtulisse.

### C A P. IV.

*De vocabulis Latinis, Græcis, barbarisque, quibus Vergilius primus usus esse videri possit, quum tamen ante eis veteres iisdem usi sint.*

**T**UM Cæcina: In versibus vel in locis quantum sibi Maro ex antiquitate quæsiverit, Furius ut memor & veteris & novæ auctorum copiæ differuit. ego conabor ostendere hunc studiosissimum yatem & de singulis verbis veterum aptissime judicasse, & inseruisse electa operi suo verba, quæ nobis nova videri facit incuria vetustatis, ut ecce, addita, pro, inimica & infesta, qui non æstimet poëtam arbitrio suo novum verbum sibi voluisse fabricari? sed non ita est. nam, quod ait,

*nec Teucris addita Juno*

*Ufquam aberit;*

Id est, adfixa & per hoc infesta; hoc jam dixerat Lucilius in libro quartodecimo his versibus:

<sup>1</sup> *Si mibi non prætor fiet additus, atque agitet me:*

*Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus.*

*Mane salutantum totis vomit ædibus undam.*

pulchre, vomit undam & antique. nam Ennius ait:

*& Tiberis flumen vomit in mare salsum.*

unde & nunc vomitoria in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt. Agmen pro actu & ducus quodam ponere non inelegans est, ut:

*Leni fluit agmine Tiberis.*

imo & antiquum est. Ennius enim quinto ait:

*Quod per amaranam urbem leni fluit agmine flumen.*

Quod ait;

*Crepitantibus urere flammis,*

non novum usurpavit verbum, sed prior Lucretius in sexto posuit:

<sup>1</sup> *Si mibi non prætor fiet additus | Si mibi*  
*nunc, ex monitu Nobiliss. juvenis Franci.*  
Douze; & statim extenderet pro extenderat.  
(Cicer ad Atticum, l. 3. Ep. 8. Itaq; cum mens  
mea maior quotidianus lacerat, tum vero hac  
addita cura vix mibi vitam reliquam facit.

Statius: *Et quamvis gravior mortalibus ad-*  
*dita cura) Pontan.*

<sup>2</sup> *Totis vomit edibus undam | Allusit Juve-*  
*nalis Sat. 4. Ante ratiem veniet: nobis pro-*  
*perantibus obstat. Unda prior. Id.*

C c

Nee

*Nec res ulla magis quam Phœbi Delphica laurus  
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.  
Tum ferreum bastis*

*Horret ager,  
borret, mire se habet. Sed & Ennius in quartodecimo,  
Horrescit telis exercitus asper utrimque,  
& in Ezechtheo :*

*Arma arrigunt : borrescunt tela.*

*Et in Scipione :*

*Sparsis bastis longū campus splendet & borret.  
Sed & ante omnes Homerus :*

*Ἐρείπει δὲ πάντα φούσιμα τόπα ἔγχοισιν*

*Μάρψις, δέ τιχον ταύται οὐδεῖσι.*

*Splendet tremulo sub lumine ponens.*

*tremulum lumen de imagine rei ipsius expressum est. sed prior Ennius in Menalippe :*

*Lumine sic tremulo terra, & cava cœrula candens,  
& Lucretius in sexto :*

*Præterea solis radiis jacatur aqua*

*Humor, & in lucem tremulo rarescit ab æstu.*

*Hic candida populus antro*

*Imminet, & lenta texunt umbracula vites.*

Sunt qui extiment hoc verbum, *umbracula*, Vergilio auctore compositum, cum Varto rerum divinarum libro decimo dixerit : *Normalia magistratibus in oppido id genus umbraculi concessum.* Et Cicero in quinto de legibus : *Vis ne igitur (quoniam sol paululum à meridie jam devexus videtur, nequidem satis ab his novellis arboribus omnino hic locus opacatur) descendatur ad Lirim ; eaque, que restant, in illius alnorum umbraculis prosequamur ? similiter in Bruto ; Sed ut & Theophrasti doctissimi hominis umbraculis.*

*Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi*

*Pulverulenta fuga glomerant.*

Quod ait Speciole, *transmittunt, pro, transseunt* : sic & Lucretius in secundo :

*Et circumvolitant equites, mediosque repente*

*Transmittunt valido quatientes impetu campos.*

\* \* \* 4 sed & Pestanus Vibonensis sic ait : *Pedibus equos transmisimus,* quod est, *transivimus.*

<sup>3</sup> *Splendet & borret* | Et, pro ac vel atque. | *Vossius de Hist. Lat. pag. 10. Pont.*

<sup>4</sup> *Sed & Pestanus Vibonensis sic ait* | *Hæc* jam olim lectio omnibus hucusque exemplaribus constantissime inolevit, adeo ut Pestanus Vibonensis inter autores legatur in Indice, qui est ad calcem Editionis Henr. Stephanii &c, quæ cam proximè excepit, nostræ

prime : cum nihil tale sit, & finis uterque maris sit, quod indicant verba Ciceronis in Epist. ad Atticum lib. 16. Epist. 6. ista : *Duo sinus fuerunt, quos transmissi operari, Pestanus & Vibonensis ; stranguis pedibus equis transmisimus.* Unde nunc facilis est emendatio verborum apud Macrobius, ut scilicet legatur : *Sed & Pestanum & Vibonensem Ciceron*

Quam

*Quam tota cohors imitata, relatis*

*Ad terram defluxit equis.*

*sic Furii in primo :*

*' Ille gravi subito devinctus vulnere habens*

*Misit equi, lapsusque in humum defluxit, & armis*

*Reddidit eratis sonum.*

*Tum durare solum, & discludere Nerea ponto*

*Cæperit.*

*ferit aures nostras hoc verbum, discludere, ut novum : sed prior Lucre-*  
*tius in quinto ;*

*Diffugere inde loci partes cæpere, pareisque*

*Cum paribus jungi res, & discludere mundum.*

*Pastorem Tityre pingues*

*Pascere oportet oves, deductum dicere carmen.*

*deductum pro tenui & subtili eleganter positum est. sic autem & Afranius in Virgine : Verbis pauculis respondit, tristis voce deducta, mallegit se non quievisse dixit, item apud Cornificium :*

*6 Deducta mihi voce garriensi.*

*Sed hæc ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Attellana, que Calendæ Martiæ inscribitur, ait : Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba. Tabe modo afferatur munus ; ego vocem reddam tenuem & tenuilam. & infra : Etiam nunc vocem deducam.*

*Projectaque saxa Pachyni Radimus.*

*projecta, si secundum consuetudinem dicatur, intelligitur abjecta ; si secundum veteres, projecta, porro jacta : ut alibi ait ;*

*Projecto dum pede levo Aptat se pugnae.*

*Sed & Sisenna in secundo dixit :*

*Et Marsi proprius succendunt. 7 atq[ue] ista scutis projectis tecti, saxa certatim lenta manibus conjiciunt in hostes. & in eodem : Vetus atq[ue] ingens erat arbor ilex : que circum projectis ramis majorem partem loci summi tegebat.*

*aut pedibus equis transmissimus, quod est transmissimus. (Pedibus equis, id est, pro equis pedes fuerunt, quomodo & Belgice vulgo, rayeri te voet.) Paulo alter ordinant Popma & Carrio. Quos, si liber, vide. Illum in Cæstigationibus librorum ad Atticum : hunc Emendar, lib. I. cap. 15. Ponan. Sic etiam Vossius Histor. Latin. lib. 3. nisi quod cum aliis pedibus, equis addita distinctione legit & explicet m<sup>u</sup>n<sup>u</sup>s n<sup>u</sup>, ov<sup>u</sup> l<sup>u</sup>m<sup>u</sup>ns, hoc est, terrestri itinere. Sed his omnibus verior mihi & doctor, ut solet, Salmasius, qui *pedibus aquis* scribit, interpretans *equis velis*, in Plinianis Exerc. pag. 567. Nam existimare ad adventum Ciceronis in duobus finibus tantum recessum maris evenisse, divinare est. Granov.*

*8 Ille gravi subito Furii eos versus esse loquuntur editiones præcas. Habent,*

*Sic Furii in primo : Ille gravi, &c. Ponan.*

*6 Deducta mihi voce garriensi | Propert. Et mea deducta carmina voce legis. Idem.*

*7 Atque ita scutis projectis, tectis saxa certatim lenta manibus conjiciunt in hostes | Confusa & corrupta Sisennæ hæc verba. Scriptura non juvat. Conjecto : scutis projectis tectis, saxa. Quod projecto placet, & cogitandum porro de lexis illis saxis. Mihi suspicio obora, quod fortassis verum est, scriptum videlicet, saxa certatim levia. Et certe quis anxie ambigat ? Manibus enim, ut ad dicit, haec projecta. Pro lenta, levata seu lecta, quod olim Gulielmus & Popma ei *magazetar* conjecterunt, non improbarem, nisi prius illud proprius accedere videbatur ad superstititem vocem lecta. Idem.*

## A. MACROBII SATURNAL.

& Lucretius in tertio :

*Quamlibet immanni projectu corporis exstet.*

*Et tempestivam silvis evertere pinum.*

Hoc verbum de pino tempestiva à Catone sumpsit, qui ait : <sup>8</sup> *Pineam nucem cum effodies, luna decrecente eximito, post meridiem sine vento australi, cum vero erit tempestiva, cum semen suum maturum erit. Inservit operi suo & Græca verba ; sed non primus hoc ausus. auctorum enim veterum audaciam fecutus est.*

*Dependent lychni laquearibus aureis.*  
sicut Ennius in nono :

*Lychnorum lumina bis sex.*

Et Lucretius in quinto :

*Quin etiam nocturna tibi terrestria quæ sunt  
Lumina, pendentes lychni.*

Lucilius in primo :

*Porro chænopodas ; clinopodas, lychnosque  
ut diximus semnos ante pedes lecti atque lucernas.*

& quod dixit ;

*nec lucidus æbra*

*Sidera polus :*

Ennius prior dixerat in sextodecimo ;

*interea fax*

*Occidit, oceanumque rubra tractim obruit æbra.*

& Ilius in Theutrante :

*Flammeam per æbram alte fervidam ferri facem.*

*Dedala Circe ;*

quia Lucretius dixerat ;

*Dædala tellus.*

*Reboant silvaeque & longus Olympus ;*

quia est apud Lucretium :

*Nec citibara reboant laqueata aurataque recta.*

Sed hac licentia largius usi sunt veteres, parcius Maro. <sup>10</sup> quippe illi dixerunt & pausam & macharam & asotian, & malacen, & alia similia. necnon & Punicis Oscisque verbis usi sunt veteres : quorum imitatione Vergilius peregrina verba non respuit, ut in illo ;

<sup>8</sup> *Pineam nucem cum effodies, luna decrecente eximito* | Puto fuisse, effodis, quod erit effuderis. Idem.

<sup>9</sup> *Porro chænopodas, clinopodas* | Lucilius corruptissimos hos versus ita reformasse intelligo Douzem parem :

*Porro chænopodas, ut clinopodas lychnosque  
Du imma & vix arti pedes lecti atq; lucernas.*  
Videndum tamen ne Cænopodas sit verior lectio, carborodio enim Sophocli oī δημος ὁδοι-  
ποτερνε, via comites, feci. Idem.

<sup>10</sup> *Quippe illi dixerunt & pausam & ma.*

charam & asotian | Ita depositus H. Stephanus. Acaciam tamen, quod in plerique editionibus est, religio mihi sit pervertere. Reperio aliquoties id vocis apud Cypriatorem, οὐδέλατος inquit, οὐχ καὶ αἱρός οὐ παλαιτεραὶ εἰκόνεις, οὐ εἴρεσσε, τοῦ τὸν βασιλία τετένειαν οὐς δυντε, &c. Id est : *Aureum lac-*

*textile habet aliquid aggettum intus quod ap-*  
*pellatur acacia, ut diximus, imperatorem do-*  
*cens huncum esse ut mortalem. Exstat quoq;*  
*apud Tullium d. Finibus lib. ni fallor, quin-*  
*to. Quare me arbitrio revocandum. Id.*

*Ssilvestres*

# LIBER SEXTUS.

*Silvestres uru assidue.*

**urum enim Gallica vox est, qua feri boves significantur. &;**  
**camuris birtæ sub cornibus aures.**  
**camuris peregrinum verbum est, id est, in se redeuntibus. & forte**  
**nos quoque cameram hac ratione figuravimus.**

**Uru enim Gallica vox est | Glossarium,**  
**uror, flos *χαμηλός*. Quod fuerit *urus*.**  
**Tertia vox quid velut etiamnum quero. Ve-**  
**stigia servant hodieque Germani & Septen-**  
**trionales homines, dicendo *Vrox*. & fortassis**  
**loco Glossarii quem laudavimus, *Vrox*, *θέτε***  
***χαμηλός*, legendum *Vrox*, *θέτε* *χαμηλός*.**  
**Nam ut facetur hic Macrobius, Gallica &**  
**peregrina vox est. Et adde non absimili for-**  
**ma pisces quamquam indigetatum Romanis.**  
**Festus, *Diox*, genus pisces frequens in Ponto.**  
**Idem.**

**Camuris peregrinum verbum est, id est,**  
**in se redeuntibus | Festus, cameræ & camuræ**  
**brues à curvatione & Graco *χαμηλό* dicuntur.**  
**Scribo: *χαμηλό*. Glossarum, *χαμηλό*, flexus.**  
**Sed in eodium Glossario quod est, *camuris***  
***χαμηλός τριπές*, quonodo expeditum? An**  
**legend. *οχυρός τριπές*. Nam ut idem**  
**alibi *δύναται*, *θέτε* *χαμηλό*, *υμένη*. Orus**  
**Apollo vocem *χαμηλό* huc quoque trahit,**  
**ubi sit: *καίνη τάραχην τοῦ διονύσου ζέων τοῦ***  
***χαμηλού καμηλού*, *διονύσος καμηλός λίγατε*.**  
**Idem.**

## C A P. V.

*Epitheta, quæ apud Vergilium nova videntur, vetustioribus*  
*quoque in usu fuisse.*

**M**ulta quoque epitheta apud Vergilium sunt, quæ ab ipso facta cre-  
duntur. sed & hec à veteribus tracta monstrabo. Sunt autem  
ex his alia simplicia: ut, *Gradivus*, *Mulciber*: alia composita; ut,  
*arquitenens*, *vitisator*. Sed prius de simplicibus dicam:

*Et distinctos Mulciber Afros.*

**Mulciber** est Vulcanus; quod ignis sit, & omnia mulceat ac domet.  
**Actius** in *Philoctete*;

*Heu Mulciber*

*Arma ignaro invelta es fabricatus manu.*

& Egnatius de rerum natura libro primo:

*Denique Mulciber ipse ferens altissima cœli*  
*Contingunt.*

*b. edique petulci*

*Floribus insultent.*

**Lucretius** in secundo :

*Præterea teneri tremulis in vocibus hedi*

*Corniferas norunt matres agnique petulci.*

**Illud audaciæ maximæ videri possit quod ait in *Bucolicis*,**

*Et liquidi simul ignis;*

**pro puro vel lucido, seu pro effuso & abundantí, nisi prior hoc epi-**  
**theto Lucretius usus fuisset in sexto :**

**Denique Mulciber ipse ferens altissima** tamen ex filo rei liber: *Contigna*, modo id  
*ningunt* | Difficile ex tam abrupto Latiū agnoscatur. Nam *tignum* & *tignus* crea-  
*tuere* de lectionis veritate. Conjurare:

*Hac etiam sit uti de causa mobilis ille  
Devolet in terram liquids calor aureus ignis.  
tristis pro amaro translatio decens est. ut;  
tristesque lupini.*

& ita Ennius in libro Sabinarum quarto : *Neque triste queritat si-  
napi, neque cape mestum. Auritos lepores non Maro primus usurpat.  
sed Afranum sequitur ; qui in prologo ex persona Priapi ait :*

*Nam quod vulgo <sup>3</sup> prædicant*

*Aurito me parente natum ; non ita est.  
&, ut composita subjungam, quod ait Vergilius :*

*Vidi turicremis cum dona imponeret aris :  
jam Lucretius in secundo dixerat,*

*Nam sepe ante deum vitulus delubra decora  
Turicremas propter maestatus concidit aras.  
Quem pius arquitenens.*

Hoc epitheto usus est Nævius belli Punici libro secundo : *Deinde pol-  
lens sagittis inclitus arquitenens, sanctusque Delphbis prognatus Pythius  
Apollo. idem alibi: Cum tu arquitenens sagittis pollens dea.* <sup>4</sup> Sed &  
Hostius libro secundo belli Histri :

*Dia Minerva, simul autem invictus Apollo.  
Arquitenens, Latonius.*

*Silvicola Fauni.*

*Nævius libro primo belli Punici :  
<sup>5</sup> Silvicola homines bellique inertes.*

Accius in Bacchis ;

*Et nunc Silvicole ignota invisentes loca.  
Despiciens mare velivolum.*

<sup>2</sup> Et ita Ennius in libro Sabinarum quar-  
to Iterum Columna : *Satyrarum quarto.*  
Idem.

<sup>3</sup> *Prædicant aurito parente me natum | A-  
franu ait versum esse, qui ita in prologo ex  
persona Priapi. Quod itaque, aurito parente  
id est lepore genitum illum Divum predica-  
bant, non puto temerarium. Petron. At illa  
gaudio exultans vides, inquit, Corylus mea, vides  
quod aliis leporumque excitavi. Quid velit facile  
capitur, & recte adaptatur illud Na sonis :*

*Credula si fueris alia tua gaudia carpent,  
Es lepus hic aliis exigit atque erit.*

Nec ab ludit quod in Fastis idem Ovidius,  
ubi salaceum Deagn Floram poscit, cur ei ca-  
prearum potissimum leporumque venatus cef-  
serit, scribat :

*Est breve præterea de quo milii quatuor re-  
futat,*

*Si licet, dixi : dixit & illa, licet. ¶*

*Car tibi pro Lybris clauduntur reti leanis  
Imbellies caprea sollicitusque lepus ?  
Non sibi respondit silvis cœssisse, sed horis*

*Armaque pugnaci non adennda fera.  
Porro ex his lucem aliquam sperem loco isti  
Cafinæ, prologo : Face jam tu præcio omnino  
auritum poplam. Nam non ita id languidum,  
ut censuit olim juvenis doctus, si videlicet ex  
animalis, quod dixi, natura, <sup>6</sup> auritum po-  
plam, attentum & excitatum intelligamus.  
Imo tale est illud Comici Afri, *Arrige aves  
Pampile : De quo ita Diomedes, Cæcophon  
est utio compositionis invercunda suspicio, ut  
arrige aves Pampile.* Denique Afrani verba  
videtur replexisse. Plautus illo loco  
Idem.*

<sup>4</sup> *Sed & Hostius libro secundo belli Histri |*  
Hunc Cynthie, que & Hostia dicta & Pro-  
pertii poetæ fuit amata, avum fuisse censem  
Histri Scaliger. Ait Propertius :  
*Est tibi forma potens, sunt casta Palladas artes,  
Splendidaque à Docto fama refuges av.*  
Idem.

<sup>5</sup> *Silvicola homines | Restituit in Ennianis  
Fragmentis Cl. v. Merula,  
Silvicola homines belli inertes. Idem.*

Livius

# LIBER SEXTUS.

**Livius** in *Helena* ;

*Tu qui per mensus ponti maris alta velivola.*

**Ennius** in *quartodecimo* ;

*Cum procul aspiciunt hostes accedere ventis  
Navibus velivolis.*

**Idem** in *Andromacha* ;

*Rapit ex alto naves velivolas.*

*Vitisator curvam servans sub imagine falcem.*

**Accius** in *Bacchis* ;

*O Dionys pater optime vitisator Semela genitus Euthya.*

*Almaque curru noctivago Phœbe.*

**Egnatius** de rerum natura libro primo :

*Roscida noctivagis astris labentibus Phœbe*

*Pulsa loco cessit concedens lucibus altis.*

*Tu nubigenas invide bimembres.*

**Cornificius** in *Glauco* :

*Ceneautros fædere bimembres.*

*Caprigenumque pecus nullo custode per berbas.*

**Pacuvius** in *Paulo* :

*Quamvis caprigeno pecori grandior gressio-st.*

**Accius** in *Philoctete* :

*Caprigenum t[em]p[or]e ungulis.*

**Idem** in *Minotauro* :

*Taurigeno semine ortum an humano?*

Decenter & his epithetis Vergilius usus est ; pro sagitta, volatile ferum, & pro Romanis, gentem togatam ; quorum altero Suevius, altero Laberius usus est. nam Suevius in libro quinto ait :

*Volucrumque volatile telum.*

Ac Laberius in *Ephebo* : *Licentiam ac libidinem ? ut tollam petis Togatae Stirpis.* idem infra,

*Idcirco ope nostra dilatum est dominium togatae gentis.*

*6 Roscida noctivagis astris labentibus Phœbe |*

*Aspergit quoque Thebaidos primo Papinius :*

*Titanis late mundo subiecta silenti*

*Rorifera gelidum tenuaverat æra biga.*

*Idem.*

*? Ut tollam petis Togata Stirpis | Sic priores*

Stephano, qui tegnere Td petis exclusit : & pro Ephebo edidit Ephebo, quod sequens commentator in Ephebo mutavit, sed utrumque non hujus loci. Videtur & fuisse : *Stirpis togata.* Gron.

A. MACROBII SATURNAL.

C A P. VI.

*De figuris illis que ita sunt peculiares Vergilio ut apud alios aut raro aut nunquam reperiantur.*

**F**iguras vero, quas traxit de vetustate, si volentibus vobis erit; cum repentina memoria suggesterit, enumerabo. Sed nunc dicat volo Servius quæ in Vergilio notaverit ab ipso figurata, non à veteribus accepta, vel a usu poëtico nove quidem sed decenter usurpata. quotidie enim Romanæ indoli enarrando eumdem vatem necesse est habeat hujus annotationis scientiam promptiorem. Placuit universis electio in reliqua suffici : & adhortati sunt Servium ut quæ in se refusa sunt annotaret. Ille sic incipit. Vates iste venerabilis varie modo verba, modo sensus figurando multum Latinitati leporis adjecit. qualia sunt haec :

*Supposita de matre nothos furata creavit :  
ut ipsa creaverit, quos creari fecit.*

*Tepidaque recentem*

*Cæde locum ;*

*Cum locus recens cæde nove dictus sit. & ;*

*Hec ait, & socii cesserunt æquore jussō :  
pro eo quod, jussi cesserunt.*

*& caso sparserunt sanguine flammas,  
qui ex cæsis videlicet profunditur.*

*Vota deūm primo vistor solvebat Eoo :  
pro, quæ dis vota sunt.*

*Et me confortem nati concede sepulchro :  
alius dixisset ;*

*Et me confortem nato concede sepulchri. &,*

*Illa viam celerans per mille coloribus arcum ;  
id est, per arcum mille colorum. & ;*

*Hic aliis spolia occisis drepeta Latinis  
Conjicunt igni.*

*pro, in ignem. & :*

*Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit,  
tela exit, pro, citat. & :*

*Senior leto canentia lumina solvit.  
pro, vetustate senilia.*

*Exesæque arboris antro :*

*pro, caverna. & :*

*Frontem obscenam rugis arat.*

*arat, non nimis sed pulchre dictum.*

*Ter secum erato circumfert tegmine silvam,*

*pro, jaculis. & :*

*Vir*

*Vix gregis, pro capro. Et illa quam pulchra sunt;  
Aqua mons, telorum seges, ferreus imber:  
ut apud Homerum;*

*Δαινῶν ταῦτα ργάστα ἔρεχ' ὄστα τοπας. &:  
Dona laborat.e Cereris; &:*

*Oculisque aut pectore noctem  
Accipit. & :*

*Vocisque offensa resultat imago. &:  
Pacemque per aras.*

*Exquirunt. & :*

*Paulatim abolere Sycæum*

*Incipit.*

*Sæpe etiam verba pro verbis pulchre ponit.*

*Oraque corticibus sumunt borrenda cavatis.*

*<sup>1</sup> Ora, pro personis. & :*

*Discolor unde auri per ramos aura resulfit.*

*quid est enim aura auri, aut quemadmodum aura resulget? sed tamen  
pulchre usurpavit. & :*

*Simili frondescit virga metallo,  
quam bene usus est, frondescit metallo? & ;*

*Nigri cum lacle veneni.*

*nigro imponere nomen lactis. & :*

*Haud aliter justæ quibus est Mezentius iræ.  
odio esse aliquem, usitatum: iræ esse, inventum Maronis est. item de  
duobus incipit dicere, & in unum desinit:*

*Interea reges, ingenti mole Lacinus*

*Quadrijugo vebitur curru.*

*ut est apud Homerum:*

*Οἱ δὲ Δίων σκόπλοι, οἱ μέδονες γέγονται εὐρών ἐνέργεια  
Οξεῖη καρυφῇ νεφέλη δέ μην ἀμφισσέσπειρα. & :*

*Protinus Orsilochum & Buten. duo maxima Teucerum*

*Corpora, sed Buten aversum cuspide fixit. &c.*

*Futuram fateor misero succurrere fratri*

*Suasi;*

*cum solitum sit dici, Futuræ suadeo.*

*Urbem quam statuo vestra est. &,*

*Tu modo quos in spem statues submittere gentis.*

*Præcipuum jam inde à teneris impende laborem.*

*pro, in eos impende. Facit pulcherrimas repetitiones;*

*Nam neque Parnassi vobis juga, nam neque Pindi*

*Villa moram fecere.*

<sup>1</sup> *Ora, pro personis | Martial. Personam ca- | hinc dictos creditit. Festus: Oscillantes, ait  
piti derribet illa tunc. Plautus ora, Paenulo : | Cornificius, ab eo quod os celare sive scilicet per-  
Qua habent nocturna ora, noctis sacrificiam | sonis, propter verecundiam, qui co genere lusus  
ire occupant. Porro Cornificius oscillantes | ut. Daniel. Pont.*

Que

## A. MACROBII SATURNAL.

*Que vobis quæ digna viri pro salibus ausis?  
Vidistis quo Turnus equo, quibus ibat in armis?*

*Nec interpositiones ejus otiosa sunt.*

*Si te nulla moveat tantarum gloria rerum.*

*At ramum hunc (aperit ramum qui forte latebat)*

*Agnoscas.*

*Ut sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)*

*Numquam fronde levi.*

*Et illa mutatio elegantissima est; ut, de quo loquebatur, subito ad ipsum verba converteret:*

*Ut bello egregias idem disjecerit urbes,*

*Trojamque, Oechaliisque & duros mille labores*

*Rege sub Eurystheo fatis Junonis inique*

*Pertulerit: tu nubigenas invicte bimembreis.*

*& reliqua. illa vero intermissio,*

*Quos ego, sed motos praefat componere fluctus;*

*tracta est à Demosthene: ἀλλ' ἐμοὶ μόνῳ βέλαις δὲ λαρυγγὸς πίπτει τὸν αὐχήμαντὸν λόγον. Hæc vero quam poëtica indigatio!*

*Pro Juppiter ibit*

*Hic, ait.*

*hæc miseratio:*

*O paria, o rapti nequicquam ex hoste penates!*

*& illa trepidatio:*

*Ferte citi ferrum, date tela & scandete muros;*

*Hostis adevit.*

*& conquestio:*

*Mene igitur socium tantis adjungere rebus*

*Nisi fugis?*

*Quid illa excogitatio novorum intellectum; ut,*

*Mentitaque tela.*

*&:*

*Ferrum armare veneno.*

*&:*

*Cultusque feros mollire colendo.*

*Exuerint silvestrem animum.*

*&:*

*Virgineumque alce bibit acta cruentum.*

*ut apud Homerum de hasta.*

*Λιλαιούπην χρόδες ἄτε.*

*&:*

*Pomaque degenerant succos oblitera priores.*

*&:*

*Glacie cursus frenaret aquarum.*

*&:*

*Mixtaque ridenti colocasia fundat acanbo.*

*&:*

*Est. molliss flammam medullas*

\* Nec interpositiones ejus otiosa sunt! Inter- missio ponitur pro, quod valgo rhetores ap- pellant, id est, parenthes. Et statim eo- siusmodi dicant. Postea. dem hoc capite pagina sequenti 559. finit.

*Interess,*

## LIBER SEXTUS.

393

*Interea, & tacitum vivit sub pectore vulnus.*

&c:

*Duro sub robore vivit*

*Stuppa vomens tardum fumum.*

&c:

*Sævique canum latratus in auras.*

&c:

*Celataque annem fundens pater Inachus urna*

&c:

*Affixe venis, animasque in vulnera ponunt,*

Et quicquid de apibus dixit in virorum fortium similitudinem, ut adderet quoque mores & studia & populos & proelia. quid plura? ut & Quirites vocaret. dies me deficiet, si omnia persequi à Vergilio figurata velim. sed ex his quæ dicta sunt omnia similia diligens lector annotabit.

## C A P. VII.

*Vexare, Illaudatus, & Squalere, apud Vergilius quid significent.*

**C**UM Servius ista differeret: Prætextatus Avienum Eustathio insurrantem videns, Quin age, inquit, Eustathi, verecundiam Avieni probi adolescentis juva: & ipse publicato nobis quod immuratur. Eustathius jamdudum, inquit, multa de Vergilio gestit interrogare Servium, quorum enarratio respicit officium literatoris; & tempus indulgeri optat, quo de obscuris ac dubiis sibi à doctiore fiat certior. Et Prætextatus, Probo, inquit, mi Aviene, quod ea de quibus ambigis clam te esse non pateris: unde exoratus sit à nobis doctissimus doctor, ut te secum negotium habere patiatur. quia in commune proficent, quæ desideras audire: ne tu modo ultra censes aperte Servio viam de Vergilio differendi. tunc Avienus totus conversus in Servium, Dicas volo, inquit, doctorum maxime, quid sit quod cum Vergilius anxie semper diligens fuerit in verbis pro causa merito vel atrocitate ponendis, incutiole & abjecte in his versibus verbum posuit;

*Candida succinctam latrantibus inguisna monstros*

*Dulicbias vexasse rates.*

vexasse enim verbum est levis ac parvi incommodi nec tam atroci causi congruens, cum repente homines à belua immanissima rapti lanigate fint. Sed & aliud hujuscemodi deprehendi :

*Quis aut Eurytbea durum*

*Aut illaudati nescit Buphridis aras?*

hoc enim verbum, illaudati, non est idoneum ad exprimendam sceletatissimi hominis detestationem, <sup>1</sup> qui, quod homines oratione gentium immolare solitus fuit, non laude indignus sed detestatione execrationeque totius humani generis dignus est. Sed nec hoc verbum ex diligentia Vergiliana venire mihi videtur:

*Per tunscam squalentem auro.*

<sup>1</sup> Quod homines oratione gentium immolare solitus fuit | Legio, hospites &c. g. Vide Agell. lib. 2. c. 6. Mewes.

non

non enim convenit dicere, *auro squalentem*: quoniam nitoris splendorique auri contraria sit squaloris illuvies. & Servius: De verbo, *vexasse*, ita responderi posse arbitror: <sup>2</sup> *vexasse* grave verbum est, tractumque ab eo videtur quod est *vehere*; in quo inest jam vis quedam alieni arbitrii. non enim sui potens est qui vehitur. *vexare* autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu proculdubio valtior est nam quis fertur & raptatur atque hoc & illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur, sicuti *taxare* pressius crebrisque est quam *tangere*; unde id proculdubio inclinatum est. & *jaclare* multo fusiis largiusque est quam *jacere*; unde id verbum traductum est. *quassare* etiam quam *quatere* gravius violentiusque est. Non igitur, quia vulgo dici solet *vexatum* esse quem fumo aut vento aut pulvere, propterea debet vis vera atque natura verbi deperire, quae à veteribus qui proprie atque signate locuti sunt, ita ut dicitur conservata est. M Catonis verba sunt ex oratione quam de Achaeis scripit: *Cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret. vexare Italiam Hannibalem,* quando nullum calamitatis aut saevitiae aut immanitatis genus reperi <sup>•</sup> queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit. M. Tullius in quarto in Verrem: *Que ab isto sic spoliata atque direpta est, non ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem & consuetudines jura resiceret, sed ut à barbaris praedonibus vexata esse videatur.* De illaudato autem duo videntur responderi posse. Unum est ejusmodi *Nemo quisquam tam effictis est moribus, quin faciat aut dicat nonnumquam aliquid quod laudari queat.* unde hic antiquissimus versus vicem proverbii celebratus est:

<sup>3</sup> Πολλὰς γὰρ καὶ μεγάς ἀνὴρ μάλα χριέται εἶπεν.

Sed enim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est; isque omnium pessimus deteriusque est. ac sicuti omnis culpe privatio inculpatum facit: inculpatus autem instar est absolutæ virtutis, illaudatus quoque igitur finis est extremæ malitiae. itaque Homerus non virtutibus appellandis sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet. Hoc enim est:

Tόδι ἐκ ἀκούετε περιθώνια.

& item illud,

Ἐγδ' ἐκ τῆς Βεζούητα ἴδης Αγαμέμονα δίον,  
Οὐ δὲ καταπάσσωντας ἐδίνει την μάχην.

Epicurus quoque simili modo maximam voluptatem privationem detractionemque omnis doloris definivit, his verbis: θεραπεύεται τὸν αἰλοῦν τὸν οὐ πεπάγεται. Eadem ratione idem Vergilius inamabilem dixit Stygiam paludem. nam sicut illaudatum καὶ στέγνον laudis, ita inamabilem per amoris σέγονον detestatus est. Altero modo

<sup>2</sup> *Vexasse* grave verbum est | Nec latuit | Glossarium. Vexat. ἔχει, σκύνει, γρυγίει.

<sup>3</sup> Πολλάκις γάρ καὶ μεγάς αἰδος μάλα χρι-  
εται εἶπεν | Lugo, πολάκις γάρ καὶ μα-  
ρτι.

*illaudatus ita defenditur. laudare significat præsa lingua nominare appellareque. sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari. illaudatus ergo est, quasi illaudabilis, id est, numquam nominandus; sicuti quondam à communi concilio Asiae decretum est, uti nomen ejus qui templum Dianæ Ephesiae incenderat ne quis ullo in tempore nominaret.. Tertium restat ex his quæ reprehensa sunt, quod turicam squalentem auro dixit. id autem significat copiam densitatem auri in squamarum speciem intexti. squalere enim dictum est ab squamarum crebritate asperitateque, quæ in serpentum pisciumve cotiis visuntur. quam rem & alii & hic idem poëta locis aliquot demonstrat :*

*Quem pellis, inquit, aeniss*

*In plumam squamis auro conserta tegebat.*

& alio loco :

*Famque adeo rutilum thoraca induitus aeniss*

*Horrebat squamis.*

Accius in Pelopidibus ita scribit: \* *Ejus serpentis squamae squalido auro & purpura prætextæ.* Quicquid igitur nimis inculcatum obstitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalere dicebatur. sic in corporibus in cultis squamosisque alta congeries sordium, squalor, appellatur. cuius significationis multo affiduoque usu totum id verbum ita contaminatum est. ut jam squalor de re alia nulla quam de solis inquinamentis dici coepit.

\* *Ejus serpentis squama squalido auro & purpura prætexta* | Leggo, & interpundo: *Ejus s. s. squalida auro, & p. p.* Idem.

### C A P. VIII.

*Alii tres loci apud Vergilium explicati.*

: **G**ratum mihi est, Avienus ait, correptum quod de optimis dictis male opinabar. sed in hoc versu videtur mihi deesse aliquid:

*Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat  
succinctus trabea.*

si enim nihil deesse concedimus; restat ut fiat lituo & trabea succinctus, quod est absurdissimum. quippe cum lituus sit virga brevis in parte qua robustior est incurva, qua augures utuntur; nec video qualiter lituo possit succinctus videri. Respondit Servius sic hoc dictum esse, ut pleraque dici per deflectionem solent. veluti cum dicitur; M. Cicero homo magna eloquentia, & Roscius histrio summa

\* *Gratum mihi et, Avienus ait, correptum* | *tarii correctum est.* At illud omnino verum. In aliis editionibus atque adeo etiam Cazac. | *Gloss. Corripies* ὀπτικός. l'ontan.

venu-

venustate, non plenum hoc utrumque neque perfectum est, sed enim pro pleno ac perfecto auditur: ut Vergilius alio in loco:

*Victorem Buten immanni corpore,  
id est, corpus immane habentem. & item alibi;*

*In medium geminos immani pondere castus  
Projicit.*

ac similiter:

*Domus sanie dapibusque cruentis.*

Sic igitur id quoque dictum videri debet: *Ipse Quirinali lituo, id est, lituum Quirinalem tenens.* Quod minime mirandum foret, si ita dictum fuisset, *Picus Quirinali lituo erat: sicuti dicimus; statua grandi capite erat.* Et, *est, autem & erat, & fuit, plerumque absunt cum elegantia sine detimento sententiae.* Sed quoniam facta litui mentio est, prætermittendum non est, quod posse queri animadvertisimus, *utrum à tuba lituus auguralis appelletur, an tuba à lituo augurum lituus dicta sit.* utrumque enim pari forma & pariter in capite incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba à sonitu lituus appellata est ex illo Homeri versu *λίγες βιοί* necesse est ut virga auguralis à tuba similitudine *lituus* vocetur. Utitur autem vocabulo isto Vergilius & pro tuba, ut ibi;

*Et lituo pugnas insignis obibat & basta.*

Subjectit Avienus: *Maturare fugam*, quid sit parum mihi liquet. contraria enim videtur mihi fuga maturitati, unde quid de hoc verbo sentiendum sit quæsto me doceas. Et Servius: *Nigidius homo omnium bonarum artium disciplinis egregius, Maturæ, inquit, est quod neque citius neque serius, sed medium quiddam & temperatum est.* Bene atque proprie Nigidius. nam & in frugibus & in pomis *matura* dicuntur, quæ neque cruda & immitia sunt neque caduca, & nimium cocta; sed tempore suo temperate adulta. Hanc interpretationem Nigidianam divus Augustus duobus verbis Græcis eleganter exprimebat. nam & dicere in sermonibus, & scribere in Epistolis solitum ferunt, *αρνητερας*, per quod monebat ut ad rem agendam simul adhiberetur & industræ celeritas, & tarditas diligentia, ex quibus duobus contrariis fit maturitas. Sic ergo & Vergilius inducit Neptunum discessum ventis imperantem, ut & tam cito discedant tanquam fugiant, & tamen flandi mediocritatem in regressu teneant, tanquam mature, id est, temperate, abeuntes. veretur enim ne in ipso dilcessu classi nocent, dum raptu nimio tanquam per fugam redeant. Idem Vergilius duo ista verba *maturare & properare* tanquam plane contraria scitissime separavit in his versibus:

*Frigidus agricolas si quando continet imber;*

*Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno,*  
*Maturare datur.*

Bene & eleganter duo ista verba divisit, namque in preparatu rei militæ, per tempestates pluvias, quoniam ex necessitate otium est, maturari

turari potest : per serenas verò, quoniam tempus instat, properari necesse est. Sane cum significandum est coactius quid & festinantius factum, rectius hoc dicitur *præmature factum*, quam *mature*. sicuti Afranius dixit <sup>2</sup> in Togata, cui titulus *vñp* est :

*Appetis dominatum demens præmature præcocom.*  
in quo versu animadvertisendum est quod *præcocom* inquit non *præcoquem*, est enim casus ejus rectus non *præcoquis*, sed *præcox*. Hic Avienus rursus interrogat. Cum Vergilius, inquit, <sup>3</sup> Ænean suum tamquam omnia pium à contagione atrocis visus apud inferos vindicaverit, & magis cum fecerit audire reorum gemitus, quam ea ipsa videre tormenta, in ipsis vero campos piorum licenter induxit: cur hoc tantum versu ostendit illi partem locorum, quibus impii cohiebantur?

*Vestibulum ante ipsum primisque in fauibus Orci.*  
qui enim vestibulum & fauces videt, intra ipsam zdem jam sine dubitatione successit; aut si quid aliud de *vestibulis* vocabulo intelligendum est, scire desidero. ad huc Servius: Pleraque sunt vocabula quibus vulgo utimur: neque tamen liquido animadvertisimus quid ea ex vera proprietate significant. sicuti est *vestibulum* in sermonibus celebre atque obvium verbum; non omnibus tamen qui illo facile utuntur, & liquido spectatum. putant enim *vestibulum* esse partem domus priorem, quam *atrium* vocant. <sup>4</sup> sed Cecilius Gallus vir doctissimus in libro, de

<sup>2</sup> In Togata cui titulus Nomen est | Afranius tamen an ejusmodi Toga am scripta t, alibi non reperio laudatur. In Glossario et Satara *vñp* πράλλαξ μετάγγ. In Fusto, Satara, etiam lex multis alias conserta legibus. Laudat deinde Afranius, *Homine Nomini*; nisi quod Hadrian. Junius ejus vicem oratione deponuit ex scripto. Crepera haec & dubia in tanta nocte scriptorum veterum. Et quis illustreret? Variantes lectiones poluimus ante. Constantissima earum est *vñp* five Nomen. Non reticebo quod venit in mentem mihi, scriptum videlicet, cui titulus *Nomini* est, five *Nomini* ex Agellio. *Nomini* prefectura, dominium seu territorium vulgo. Plinius, lib. 5. cap. 9. *Dividitur in prefecturas oppidorum, quas Nomini vocant.* Et statim: *Quidam nomina aliqua permisant, & subficiunt alias nomini; ut Heropoliten, Crocodilopoliten.* Plinius item junior Trajano: *Tu ex quo nomi sit, non tam milii facere debet.* Graci ut à *vñp* discriminent trahunt accentum in ultimam. Sed de voce, ejusque notione non puto dubitabatur. Hic autem ea forma & mente requiri comprobaverit vel versus quem laudat ex ea Togata Aurelius noster, *Appetis dominatum demens præmature præcocom.* Idem.

<sup>3</sup> Æneam suum & angustum omnia pium | Expressit lectionem scriptam Stephan. Excusum est: *hominem pium.* Sed dixit & Sta-

tius, *Di bene quod tales stirpesque animosque venient.* Idem Statius Achilleide:

*Nun adeo parebimus omnia matri.* Ubi *parebimus omnia*; idem est quod *per omnia*.

Ut Gracis πράτη, pro κατα πάτη. Idem,

<sup>4</sup> Liquido expellatum | Ita libri plerique dirigit. At nos ex Agellio refinimus, *spelatum*: Quod & Glossis verutis observatum, *Spelata*, άπειλησθαι. Pontan.

Liquido speltatum | In antiquis legitur ad liquidum sp. quo offensus Stephanus non tenuit, quin id five ex ingenio five antiquilibro tanquam alter γραυτόλλαξία mutaret. Sed admodum naturae. Livius 35, 8. Donec ad liquidum veritas expiatora efficeret. Similiter modo noster 5, 13 Loco, quem volo omninem nostrum iudicio in commune pensari. Quidni & illic fecit communiter? Gronov.

<sup>5</sup> Sed Cecilius Gallus vir doctissimus in libro de significacione verborum quae ad ius civile pertinent | Ejusmodi opusculum scripsisse Aelianum Gallum legitur in legum libris; & monuit me amicus meus insignis agolescens Petrus Scriverius. Certe conjectura inde probabilis fit fuisse, C. Aelius Gallus. Servant tamen ad oram Gelliani aliquot codices, Aquilius Gallus. Ille nisi sit, discipendum accurius. Pontan.

significatione verborum quæ ad jus civile pertinent, secundo, *vestibulum* dicit esse non in ipsis ædibus neque ædium partem, sed locum ante januam domus vacuum, per quem de via aditus accessusque ad foras ædium sit. Ipsa enim janua procul à via fiebat, area intersita, quæ vacaret. Quæ porro huic vocabulo ratio sit, quæri multum sollet, sed quæ scripta apud idoneos auctores legi proferre in medium non pigebit. *Ve* particula, sicuti quedam alia, cum intentionem significat, tum minutio nem, nam *vetus* & *vehemens* alterum ab ætatis magnitudine compositum elisumque est, alterum à nimio impetu & vi mentis instructum. *vecors* autem & *vesanus* privationem significant sanitatis & cordis. diximus autem superius eos qui amplias domus antiquitas faciebant, locum ante januam vacuum relinquere solitos, qui inter foras domus & viam medius esset, in eo loco, qui dominum ejus domus salutatum venerant, priusquam administerentur, consistebant: & neque in via stabant, neque intra ædes erant. ab illa ergo grandis loci consistione & quasi quadam stabulatione *vestibula* appellata sunt spatia, in quibus multum staretur ab advenientibus priusquam intromitterentur in domum. Alii consentientes vestibula eadem esse, quæ diximus, in sensu tamen vocabuli dissentunt; referunt enim non ad eos qui adveniunt, sed ad illos qui in domo commandant: quoniam illic numquam consistunt; sed solius transitus causa ad hunc locum veniunt exiendo sive redeundo. Sive igitur secundum priores per augmentum, sive per secundos per diminutionem intelligendum est: tamen *vestibulum* constat aream dici, quæ à via domum dividit. *fauces* autem iter angustum est, per quod ad vestibulum de via flectitur. Ergo Aeneas, cum videt ~~intra~~ atque vestibulum domus impiorum, non est intra domum, ~~intra~~ contactus ædium lævo exscrabilique polluitur; sed de via videt loca inter viam & ædes locata.

## C A P. IX.

*Bidentes* quid significant, & unde dictæ. Deinde, equitem id ipsam significare nonnumquam quod significaretur nomine equi.

**B**Identes hostiae quid essent, inquit Avienus, interrogavi quandam de grammaticorum cohorte; & ille *bidentes* oves esse respondit, idcircoque *lanigeras* adjectum ut oves planius demonstrarentur. Esto, inquam, oves *bidentes* dicantur. Sed quæ ratio hujus in ovibus epitheti, scire, inquam, volo. Atque ille nihil cunctatus, Oves, inquit, *bidentes* dictæ sunt, quod duos tantum dentes habeant. tunc ego: Ubi terrarum, quæso te, inquam, duos solos per naturam dentes habere oves aliquando vidisti? ostentum enim hoc est & factis piaculis procurandum, tum ille permotus mihi & irritatus

tatus, Quære, inquit, ea, quæ à grammatico querenda sunt, nam de ovium dentibus opiones percunctator. Facetias nebulonis hominis risi, & reliqui. sed te percunctor quasi ipsius verborum naturæ conscientum. tum Servius: De numero dentium quem ille opinatus est reprehendens à me non est, cum ipse jam riseris. verum procurandum snihi est, ne illud obrepatur, quod *bidentes* epitheton sit ovium; cum Pomponius egregius Atellanarum poëta in Gallis transalpinis hoc scripsicerit:

*Mars tibi voveo facturum, si umquam rediero, bidente verre.*

P. autem Nigidius, in libro quem de extis composuit, *bidentes* appellari ait, non oves solas, <sup>3</sup> sed omnes bestias bimac. neque tamen dixit cur ita appellantur. sed in commentariis ad jus pontificium pertinentibus legi: *bidentes* primo dictas, d. litera ex superfluo, ut s̄p̄e affulet, interjecta: sic pro, *reire*, *redire*, dicitur; & pro, *reamare*, *redamare*, & *redarguere*, non, *rearguere*. ad hiatum enim duarum vocalium procurandum interponi solet, d. litera. ergo *bidentes* primi dictæ sunt *quasi biemes*; & longo uero loquendi corrupta est vox ex *bidennibus* in *bidentes*. Higinus tamen qui jus pontificium non ignoravit, in quinto librorum quos de Vergilio fecit, *bidentes* appellari scripsit hostias, quæ per statem duos dentes altiores haberent: per quos ex minore in majorem transcendisse constaret statem. Iterum querit Avienus in his versibus,

*Frena Pelebronii Lapithæ gyrosgue dedere*

*Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis*

*Insultare solo, & gressus glomerare superbos:*

cur Vergilius equi officium equiti dederit, nam *insultare solo*, & *glomerare gressus*, equiconstat esse non equitis. Bene, inquit Servius, hæc tibi quæstio nata est ex incuria veteris lectionis. nam, quia sæculum nostrum ab Ennio & omni bibliotheca vetere descivit, multa ignoramus, quæ non laterent si veteranum lectio nobis esset familiaris. omnes enim antiqui scriptores ut hominem equo insidentem, ita & equum cum portaret, hominem equitem vocaverunt, & equitare non hominem tantum sed equum quoq; dixerunt. Ennius libro annalium septimo ait;

*Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti*

*Projiciunt se.*

Nunquid dubium est quin equitem in hoc loco ipsum equum dixerit, cum addidisset epitheton *quadrupes*? sic & *equitare*, quod verbum à vocabulo equitis inclinatum est, & homo utens equo & equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius namque vir apprime lingua Latinæ scius equum equitare dicit hoc versu:

*Nempe hunc currere equum nos atque equitare videmus.*

Ergo & apud Maronem, qui antiquæ Latinitatis diligens fuit, ita intelligendum est,

<sup>1</sup> Si umquam rediero, bidente verre | Apud | <sup>2</sup> Sed omnes bestias bimac | Agellius bestias  
Agello lib. 16. cap. 6. redierit. Meurs. | in Nigidio legiſſe judicari poset. Id.

*Atque equitem ducere sub armis,  
id est, docuerunt equum portantem hominem,  
In saltare solo, & gressus glomerare superbos.  
Subjecit Avienus:*

*Cum jam trabibus contexous acernis*

*Staret equus:*

Scire velle in equi fabrica casu ex industria hoc genus ligni non minaverit. nam licet unum pro quolibet ligno ponere poeticae licentiae sit: solet tamen Vergilius temeritatem licentiae non amare, sed rationis certae vim in rerum vel nominum positionibus servare. <sup>3</sup> Tum Servius: Non sine ratione Vergilius hoc loco abietem commemorat, item acerem & pinum paulo post: nam fulminata abies inter tum Dominae significabat: Et Troja per foeminae periit. Acer autem in tutela stuporis, & viso equo stupore Trojani, ut pars stupor iuniperi domum exitiale Minervae. Pinus quidem in tutela est Matris Deum, sed & fraudum & insidiatum: quia ejus poma cadentia per fraudem interimunt, & hic scilicet equus plenus insidiarum est. His à Servio peroratis statuerunt in crastino <sup>4</sup> Flavianum audire, quoniam <sup>5</sup> Maio in Augurali jure refusifit.

<sup>3</sup> Tum Servius: Non sine ratione Vergilius |  
Clausula haec tota de Scripto est. Servium  
vero ut ea dicentem facit Macrobi. ita quoq;  
apud <sup>undem</sup> Servium eadem fere reperiatur  
Vide ad verbum: *Cum jam trabibus contex-  
tus acernis Staret equus.* Pontan.

<sup>4</sup> Statuerunt in crastino Flavianum audire  
quoniam Maio in Augurali jure refusifit |  
Ergone homo aut precedentibus libris super  
Augurali apud Matronem disciplina quicquam  
tractatum? Velint quidem id manifesto ea,  
verba, quoniam Maio in Augurali jure re-  
fusifit. Sed graviter, me judice, leviter hic  
exscriptor, faciendumque <sup>qui</sup> etiam Mare,  
Flaviani enim, ut liquet ex fine libri primi,  
patet fuere differendi de augurali apud Ma-  
tronem disciplina. Verba sunt, Post hunc Fla-  
vianus. Apud poëtam nostrum, inquit, tan-  
tam scientiam juris auguralis invenio, ut si  
aliorum disciplinarum doctrina defitueretur,  
hac <sup>scilicet</sup> sola professo sublimaretur. Et  
statim illius tu, mi Flaviane, succedes, ut &  
auditus vestro receteret & aliquanto silentio in-  
stauram vites dicendi. Sed an haec à Flavia-  
no difficitata, nequeo dicere. Si tamen;

necessario post septimum novus huic sermoni  
liber tributus fuerit, isque tertii diei conve-  
num fecerit. Nam ut docui sub finem se-  
cundi, Tertius liber & subsequi quartus se-  
cundi solius Diei convenus sunt. Octavus  
itaque Macrobi liber existens, id est, tertii  
dies nova confabulatio, quoniam & dies tres  
legitimi Saturnini. Idem.

<sup>5</sup> Flavianum audire! An in ipse Flavianus  
de quo loape, quem jam dixi, Satisberiensis?  
Aut lib. 2. cap. 26. Hoc autem assert Flavi-  
anus in libro qui de vestigia Philosophorum  
inserbitur. Et lib. 8. cap. 11. In inservient  
aut fabulam, quod his verbis resert Petronius,  
pro libitu appellabis. Ita tamen ex facto ar-  
cidiſſe Ephesi, & Flavianus auctor est. Idem.

<sup>6</sup> Maio in Augurali jure | Octavus ergo  
is Macrobi liber de re ea tota accipere per-  
tractaverit. Et nisi plane judicii filios inter-  
polavit compilative id operis, ut pleraque  
Macrobi alia Joh. Satisberiensis. Lege libri  
primi postrema duo capita & quedam etiam  
Secundi, & claras reperies reliquias melioris  
hujus auri. Idem.

AURE-

AURELI MACROBII  
 AMBROSII THEODOSII  
 V. C. & Inlustris  
 Conviviorum Postremi Diei  
 SATURNALIORUM

LIBER SEPTIMUS.

C A P. I.

*Quando & quibus de rebus philosophandis in convivio.*

**P**rimis mensis post epulas jam remotis & discursum variantibus poculis minutioribus; Prætextatus, Solet, inquit, cibus cum sumitur tacitos efficere, potus loquaces: at nos & inter pocula silemus, tamquam debeat seruari etiam philosophicis carere tractatibus tale convivium. & Symposia; Verumne ita sentis Vetti, ut philosophia conviviis intersit; & non tamquam censoria quædam & plus nimio reverenda mater familias penetralibus suis contineatur; nec misceat se Libero, cui etiam tumultus familiares sunt; cum ipsa hujus sit verecundia ut strepitum non modo verborum sed ne cogitationum quidem in sacrarium sux quietis admittat? doceat nos vel peregrina institutio vel disciplina à Parthis petita; qui solent cum concubinis non cum conjugibus inire convivia: tamquam has & in vulgus produci & lascivire quoque illas non nisi domi abditas tueri deceat tectum pudorem. An ego censem producendam

<sup>1</sup> Conviviorum postremi diei | Secundi ad-  
 Hac diei, liquet, ut puto, ex præmissis.  
 Proprie autem hic convivio sermocinatio  
 est. Nam quæ hactenus dicta, ante Epulas  
 intelligenda sunt. Vide notata superius ad  
 librum tertium. Pin. 39.

<sup>2</sup> Discursum variantibus poculis | Camera-  
 riæ editio, discursus. Prius retinet & Lug-  
 dumensis. Varto: Dum sermone canulans  
 variamus. Petronius volantibus dixit. Ve-  
 labunt inter haec pessimes meracula. Idem.

philosophiam, quo rhetorica venire ars & professio popularis erubuit? Isocrates enim Græcus orator, qui verba prius libera sub numeros ire primus coegerit, cum in convivio à sodalibus ostaretur ut aliquid in medium de eloquentia sua fonte proferret, <sup>3</sup> hac veniam deprecatus est. <sup>4</sup> Quæ præsens, inquit, locus & tempus exigit ego non calleo; quæ ego calleo nec loeo præsenti sunt apta nec temporis. Ad hæc Eustathius: Probo, Symmache, propositum tuum, quod <sup>5</sup> philosophiam eā, quam maximam putas, observatione veneraris, ut tantum intra suum penetralia testimes adorandam. sed si propter hoc à conviviis exulabit; procul hinc facessant & alumnae ejus, honestatem dico & modestiam; nec minus cum sobrietate pietatem, quam enim harum dixerim minus esse venerabilem? ita fit ut ab ejusmodi coetibus relegatus matronarum talium chorus libertatem conviviorum solis concubinis, <sup>6</sup> id est, vitiis & criminibus addicat. Sed abhit ut philosophia, quæ in seholis suis solicite tractat de officiis convivalibus, ipsa convivia reformidet; tamquam non possit rebus afferere quæ solet verbis docere; aut nesciat servare modum cujus in omnibus humanæ virtutæ actibus terminos ipsa constituit. Neque enim ita ad mensas invitæ actibus terminos ipsa moderetur; cujus disciplina est re-vita philosophiam, ut non se ipsa moderetur; cujus disciplina est re-vita omnium moderationem docere. Ut ergo inter te & Vettium ve-

<sup>3</sup> Hac veniam deprecatus est] Hic iterum Stephanus solus fibi videtur sapuisse: nam relegato <sup>7</sup> hanc veniam, quod est in MS. Veneta, Vefaliensis, Stoeriana, Camerariana editionibus, illud nobis dedit, & obsequutus est Isaacus. Ego hanc veniam puto reponendum & expono hujus rei veniam. Plautus Captiv. 3, 5, 63. Ergo ab eo petitio gratiam istam, hoc est, istius rei. Non dissimile est, quod expónit pater apud eundem in Mostellaria, 5, 3, 44. Gronov.

<sup>4</sup> Quæ præsens inquit locus & tempus] Græcum non minus lepidum & cū us pñr ðñs dñe iōt, οὐχ ὁ νῦν κατεῖσθαι τὸ δὲ νῦν κατεῖσθαι οὐδὲ σένεκη. Seneca illud quodammodo geminum: Quod ego scio nescit populus, quod populus scit ego nescio. Et id quia tam opportune se officit, notandum vocem populum sa-pe αὐτοὶς ὅλοι signare in libris antiquorum. Quo iñ ignorânam duos reddidit controversos locos, alterum Apulei, alterum ipsius Seneca. Ait Lucius lib. 3. Ac dum primum angustum inſitissimum statim civitas omnis in populum effusa, mira densitate nos inseguiscitur. Divinatum enim, in publicum effusa. Frustra: & fistere eum impetum debuit, si non librorum consensus, atque Apulejus, cui familiaris & suus quodammodo ille sermo, lib. 10. Venus et cœcum magno favore eavea, in ipso meditullio, circumfusa populo laetissimum parvulorum, dulce subridens. Nec capiendum aliter istud Catulli, Per medi-

um densè transit iter populi. Sed firmabit hic unice quem dixi Seneca philosophi locis, into his firmabitur. Nam & illum jam diu abducere nîs est non una sponsus. Pincianum certe insignem alias Criticum, lapsum hic repulsumque compero; nec usi meliore fato ipsi repellentes. Sed locus quem rango legitur Epist. 105. <sup>8</sup> Et garrulitatem suam confradiat & contentus sit unius auribus, populus facies. Populus enim & hic tristis five hominum multitudine est, quomodo etiam in Questionibus Naturalibus Stellarum populum figurare & elegantes exaric. Sed & sententiam id poscere liquido videbit, qui non aspicere solum Philosophi totum locum voler sed inspicere. Janus Gruterus doctus & diligens censor interpretatione fere verum erat assecutus, modo abstinuerat mentem divinando. Nam publicum etiam hic contra codicum constantem fidem est. Adde his illud Seneca Natural. Quest. lib. 1. cap. 5. Sunt specula quibus si stram offenderis huminem, populus appetet. item hoc Plinii, lib. 2. cap. 7. Quantobrem major calidum populus etiam quam hominum intelligi potest. & istud Marcialis, lib. 5: Omnia felix habes: hoc me patio velle negare, Uxorum sed habes Candide cum populo. <sup>9</sup> Causa populi, id est cum multis. Pontian.

<sup>5</sup> Philosophiam eā, quam maximam putas, observatione veneraris] Malini. P. o. quæ maxima potes, o. v. Meursi.

hut

bat arbitrali iudicatione componam : aperiq; quidem philosophiz tricliniorum fores : sed spondeo sic interfuturam, ne mensuram, notæ sibi ac sectatoribus suis dispensationis exceedat. tunc Furius, Quiā te unicum, Eustathi, inquit; sectatorem philosophiz nostra zetas tulit, oratus sis ut modum dispensationis, quam das ei convivanti, nobis ipse pacificas. & Eustathius : Primum hanc eam scio servaturam, ut secundum æstimet præsentium ingenia convivalium : &c. si plures peritos vel saltē amatores sui in convivii societate repererit, sermonem de se patietur agitari. quia, velut paucæ literæ mutæ dispersæ inter multas vocales in societatem vocis facile mansuescunt, ita rariores impetrati gradentes confortio peritorum aut consonant si qua possunt, aut rerum dilucidum capiuntur auditu. si vero plures ab institutione disciplinae hojas alieni sint ; prudentibus, qui pauciores intererunt, sanctet diffusationem sui ; & patietur loquacitatem majori parti amiciores sociate : ne rara nobilitas à plebe tumultuosoire turbetur. & hæc una est de philosophiz virtutibus : quia, cum orator non aliter nisi orando probetur, philosophus non minus taceando pro tempore quam loquendo philosophatur. sic ergo pauci qui aderunt doctiores in consensu ruidis confortii, salva & intra se quiescente veri notione, migrabunt, ut omnis discordie suspicio faceat. Nec mirum si doctus faciet, quod fecit quondam Pisistratus Athenarum tyrannus, qui, cum filiis suis rectum dando consilium non obtinueret assensum, atque ideo esset in similitate cum liberis, ubi hoc æmulis causam fuisse gaudii comperit, ex illa discordia sperantibus in domo regnantis nasci posse novitatem : universitate civium convocata, ait succensuisse quidem se filiis non acquiescentibus patrie voluntati ; sed hoc sibi postea visum paternæ aptius esse pietati, ut in sententiam liberorum ipse concederet : sciret igitur civitas sobolem regis quam patre concordem. hoc commento spem detraxit infidianibus regnantis quieti. Ita in omni vita genere præcipueque in latitia convivali omne quod videtur absonum in usum concordiam loni salva innocentia redigendum est. Sic Agathonis convivium, quia Socrates, Phaedros, Pausanias & Eryymachos habuit, sic de cœna, quam <sup>7</sup> Callias doctissimus dedit, <sup>8</sup> Charmadama dico Antisthenen & Hermogenen exterosque his similes, verbum nullum nisi philosophum sensit. at vero Alcinoi & Didonis mensa, quasi solis apta deliciis, habuit hæc Jopam, illa Demodocum cithara canentes, nec deerant apud Alcinoum saltatores viri, & apud Didonem Bitias sic hauiens merum, ut se totum superflua ejus effusione prolueret. Nonne, si quis aut inter Phœacas aut apud Poenos legendos de sapi-

<sup>6</sup> Sic Agathonis convivium, &c.] Vide ad hunc locum Paulum Leopoldum, lib. 18. cap. 31. indicante margine. Postan.

<sup>7</sup> Callias doctissimus dedit | Forte : doctissimis. Gronov.

<sup>8</sup> Charmadama dico | Editiones plerique

alii omnes, Carneadem. Videndum Plutar-chus lib. Symposiacion 1. [Charmidem leg. ex Xenophonte. Meursius. Ibidem pro Eryymachos legit idem Ereimachus ex Platone. Vide Leopoldum lib. 18. cap. 30.] Postan,

entia erutos convivalibus fabulis miscuisse, & gratiam illis coetibus aptam perderet? & in r̄sum plane justum moveret? Ergo prima ejus observatio erit estimare convivas. Deinde, ubi sibi locum patere videtur, non de ipsis profunditatis suar̄ secretis inter pocula loquetur, nec nodosas & anxias, sed utiles quidem, faciles tamen quæstiones movebit, nam sicut inter illos, qui exercitii genus habent in mediis saltare conviviis, si quis ut se amplius exerceat vel ad cursum vel ad pugilatum sodales lacepsiverit, quasi ineptus relegabitur ab alacritate confortii; sic apud mensam, quando licet, ap̄ts philosophandum est: ut crateri liquoris ad lætitiam nati adhibeatur non modo nympharum sed Musarum quoque admixtione temperies. nam sicut fateri necesse est, in omni conventu aut tacendum est aut loquendum; queramus silentium conviviis an & opportunus sermo conveniat. Nam si, apud Athenas Atticas<sup>10</sup> Areopagitez tacentes judicant, ita inter epulas oportet semper sileri; non est ultra quærendum inter mensas philosophandum nec ne sit. Si vero non erunt m̄ta convivia: cur, ubi sermo permittitur, honestus sermo prohibetur? maxime cum non minus quam dulcedo vini hilarent verba convivium. nam, si Homeri latenter<sup>11</sup> prudentiam scruteris altius, delenimentum illud quod Helena vino miscuit:

*Νύμφες τ', ἀχρόνη πε, κακῶν ὅπλισθος ἀπέτητε,*  
non herba fuit, non ex India luccus, sed narrandi opportunitas quæ hospitem m̄toris oblitum flexit ad gaudium. Ulyssis enim præclara facinora filio præsente narrabat.

Oīor καὶ τὸ δὲ ἔργον καὶ οὐταν ψευτεῖς ἀνήγ. Ergo paternam gloriam & singula ejus tortia facta digerendo animum filii fecit alacriorem; & ita credita est contra m̄torem vino remedium miscuisse. Quid hoc, inquis, ad philosophiam? immo nihil tam cognatum sapientiæ quam locis & temporibus aptare sermones, personarum quæ aderunt estimatione in medium vocata. alias enim relata incitabant exempla virtutum, alias beneficiorum, nonnullos modestiæ; ut qui aliter agebant s̄pē auditis talibus ad emendationem venirent. Sic autem vitiis irretitos, si & hoc in convivis exegerit loquendi ordo, feriet philosophia non sentientes, ut Liber pater thyrso tent per obliquationem circumfusa hederæ<sup>12</sup> latenter mucronem: quia non ita proficitur in convivio censorem ut palam vitia castiget. Ceterum his obnoxii repugnabunt: & talis erit convivii tumultus, ut sub hujusmodi invitati videantur edicto:

<sup>9</sup> Et in r̄sum plane justum moveret | Clarius v. et ceteræ, & in sc̄sum. Idem.

<sup>10</sup> Areopagita tacentes | Notat Macrobius lib. 5. Observat. Human. A Schottius, cap. 29. Orefis, non Areopagitarum hic silentium intelligendum monens atque addens, omnia haec ex Plutarchi Symp. haulta. Idem.

<sup>11</sup> Prudentiam scruteris | Omnes ante Stephanum inscruteris. Gronov.

<sup>12</sup> Latenter mucrone | Interpretatur hec Stephanus, qui sic statuavit, aut postremus editor, qui in alterius sententiam ivit. Omnes alii latente mucrone, quod interpretatione non eger. Rossii quoque: thysi ferit per ad. eis. hedera latente mucrone. Idem.

Quod

*Quod supereft, lati bene gefcis corpora reluf*

*Procurate viri, & pugnam sperate parati.*

aut ut Homerus brevius & expressius dixit;

*Nuñ d' ἔρχεσθαι δῆταν, Τινάξαγανδού ἀγα.*

Ergo si opportunitas necessaria reprehensionis emeretur, sic à philosopho proficietur, ut & tacta & ~~disciplina~~ quid mirum, si ferret sapiens, ut dixi, non sentientes, cum interdum sic reprehendat, ut reprehensus hilaretur & nec tantum fabulis suis sed interrogacionibus quoque vim philosophiae nihil ineptum loquentis ostendet. Hanc ergo nullus honestus actus locutus, coetus nullus excludat; quæ ita se aptat, ut ubique sic appareat necessaria, tanquam abesse illam nefas fuerit.

## C A P. II.

*De quibus libenter quisque interrogetur.*

**E**T Avienus: Novas mihi duas disciplinas videris inducere interrogandi & reprehendendi, ut alacritas utriusque his, ad quos fermox est, excitetur: cum dolor semper reprehensionem vel justam sequatur, unde hæc, quæ leviter attigisti, fac quælo enarrando planiora. Primum, inquit Eustathius, hoc teneas volo, non de ea me reprehensione dixisse quæ speciem accusationis habet, sed quæ vituperationis instar est. hoc Græci leomma vocant non minus quidem amarum quam accusatio, si importune proferatur: sed à lapiente proferetur ut dulcedine quoque non caret. Et, ut prius tibi de interrogatione respondam, qui vult amœnus esse consultor ea interrogat quæ sunt interrogatio facienda responsu, & quæ scit illum sedula exercitatione didicisse, gaudet enim quisquis provocatur ad doctrinam suam in medium proferendam: quia nemo vult latere quod dicavit; maxime si scientia quam labore quæsivit cum paucis illi facilius & plurimis sit incognita, ut de astronomia vel dialectica ceterisque similibus. tunc enim videntur consequi fructum laboris, cum adipiscuntur occasionem publicandi quæ dicerant sine ostentationis nota; qua caret qui non ingerit sed invitatur ut proferat. contra magnæ amaritudinis est si coram multis aliquem interroges, quod non optima scientia quæsivit. cogitur enim aut negare se scire (quod extreñum veræcundia dænum putant) aut respondere temere, & fortuito se eventui veri falsive committere. unde sepe nascitur lascitiæ proditio: & omne hoc infortunium pudoris sui imputat consulenti, necnon & qui obierunt maria & terras gaudentes cum de ignoto multis vel terrarum situ vel sinu maris interrogantur; libenterque respondent & describunt modo verbis, modo radio loca; gloriolantes quæ ipsi viderint aliorum oculis objicere. quid duces vel viriles & quam fortiter à se facta semper dicturunt & tamen tacent arroganter metu? nonne hi si ut hæc referant invitentur mercedem sibi laboris æstimant persolutam, remunerationem putantes inter volentes narrare quæ fecerint? Adeo autem id genus narrationum

habet quendam gloriæ saporem, ut si invidi vel æmuli forte praesentes sint, tales interrogationes obstrepido discutiant, & alias inferendo fabulas prohibeant illa narrari quæ solent narranti laudem creare. Pericula quoque præterita vel ærumnas penitus absolutas qui evasit, ut referat gratissime provocatus. nam qui adhuc in ipsis vel paululum detinetur, horret admonitionem & formidat relatum. Id adeo Euripides expressit,

*Ως ήδη τοι σωδύτε μεμνῆσθε πόνων.*

adjecit enim σωδύτε ut ostenderet post finem malorum gratiam plationis incipere. & poëta vester adjiciendo, olim, *quid nisi post γένετα in sortunia futuro tempore juvate dicit memoriam sedati laboris?*

*Forsitan & hec olim meminisse juvabit.*

Nec negaverim esse malorum genera, quæ non vult qui pertulit vel transacta meminisse: nec minus interrogatus offenditur, quam cum in ipsis malis fuit, ut qui carnifices expertus est & tormenta membrorum; aut qui infamias pertulit orbitates: vel cui nota quondam afflictæ cenoria est. cave interroges; ne videaris objicere. illum sæpe si potes ad narrandum provoca, qui recitando favorabiliter exceptus est, vel qui libere & feliciter legationem peregit, vel qui ab imperatore comiter affabiliusque suscepimus est, vel si quis tota poene classe à piratis occupata seu ingenio seu viribus solus evasit. quia vix implet desiderium loquentis rerum talium vel longa narratio. Juvat, si quem dicere iustus amici sui repentinam felicitatem, quam sponte non audebat vel dicere vel tacere, modo jactantiae, modo malitiae metu. Qui venatibus gaudet, interrogetur de silvæ ambitu, de ambage lustrorum, de venationis eventu. Religiosus si adest: da illi referendi copiam quibus observationibus meruerit auxilia deorum, quantus illi ceremoniarum fructus. quia & hoc genus religionis existimant numinum beneficia non tacere. adde quia volunt & amicos se numinibus æstimari. si vero & senex præfens est: habes occasionem qua plurimum illi contulisse videaris, si eum interroges vel quæ ad illum omnino non pertinent. est enim huic ætati loquacitas familiaris. hæc sciens Homerus quandam congeriem simul interrogationum Nestori fecit offerri:

*Ω Νέστο Νηλιαδών, αὐτὸν ἀληδίς θυσάρε.*

*Πότες ιδεις Ἀργειδης ἐνυκτήσιαν Ἀχαιέων;*

*Πέτε Μετέλαθος οἶων;*

*Ἡ οὖτος Ἀγραθος θεος Ἀχαιῶν.*

Tot loquendi semina interrogando concessit, ut pruritum scheldutis expleret. & Vergilianus Aeneas gratum sed ad omnia præfens Eandero varias illi narrandi occasionses ministrat. neque enim de uga re aut altera requirit,

*Quid nisi fortè emensa sortunia? V: c. Alias offixa sive adfixa. adfixa videatur auctor, quid aliud nisi p.e. i. uerit.*

*Vel cui nota quondam offixa censoria est? non cessat fingeret crimen. Ponit.*

*sed*

*sed singula latum*

*Exquirisque, auditque virum monumentis priorum.*

*& Evander consultationibus captus scitis quam multa narraverit.*

## C A P. III.

*De vario scommatum genere: & quam cause his usendum  
inter convivias.*

**H**EC dicentem favor omnium exceptit. sed mox subjicit Avienus.  
Vos omnes qui doctorum doctissimi adestis oraverim, ut hortatu-  
vestro Eustathius que de scommate paulo ante dixerit animetur aperi-  
re: omnibus que ad hoc provocantibus ille contexuit. Præter catego-  
riam que *ψῆστις* est & præter *παρελθόντων* que delatio est, sunt alia duo  
apud Græcos nomina, *λοιδολη* & *σκάψη*, quibus nec vocabula La-  
tina reperio, nisi forte dicas loedoriæ exprobationem esse ac dire-  
ctam contumeliam. scomma enim posse dixerim mortum figuratum,  
quia sepe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet aliud intelligas.  
nec tamen semper ad amaritudinem pergit, sed nonnumquam his in  
quos jacitur & dulce est. quod genus maxime vel sapiens vel alias ur-  
banus exercet, præcipue inter mensas & pocula, ubi facilis est ad ira-  
cundiam provocatio. nam sicut in præcipiti stantem vel levis tactus im-  
pellit; ita vino vel infusum, vel asperlum parvus quoque dolor incitat  
in furorem. Ergo cautius in convivio abstinentum scommate,  
quod teatam intra se habet injuriam. tanto enim pressius hærent dicta  
talia quam directæ loedoria, ut hami angulosi quam directi mucrones  
tenacius insiguntur: maxime quia dicta hujusmodi risu[m] praesentibus  
movent, quo velut assensus genere confirmatur injuria. Est autem  
loedoria hujusmodi: *Oblistusne es quia falsamente vendebas?* Scomma  
autem, quod diximus sepe contumeliam esse celatam, tale est: *Ma-  
rininus quando brachio te emungebas.* nam, cum res eadē utrobique  
dicta sit, illud tamen loedoria est quod aperte objectum exprobra-  
tumque est, hoc scomma quod figurare. Octavius, qui natu nobilis  
videbatur, Ciceroni recitanti ait; Non audio quæ dicis. ille respon-  
dit; *Certe solebas bene foratas habere aures.* hoc eo dictum est, quia  
Octavius Libys oriundus dicebatur, quibus mos est aurem forare. In  
eudem Ciceronem Laberius cum ab eo ad confessum non recipere-  
tur dicentem, *Reciperem te nisi anguste federem:* ait nimis ille mor-

*Quibus mos est aurem forare | Imo &  
mollem hoc scommate Octavium istum deno-  
taverit Tullius. Septimus Tertul. Aurem  
quoque forata effeminatus. Quod illi apud  
Sigum statua servus plane. Et Juvenal. Sat. 1.  
Quamvis Naturæ ad Euphratem, molles quod  
in aure senebra Arguerint, licet ipso necem.  
Quibus addit interpres venit: Arguit hanc.*

*næ qui cum propter libidinem libertatem moru-  
issent, & in libertinorum corpus & tribus re-  
lati essent, portu[m] auxib[us] signa libertinorum  
celare non poterant. Apulejus: nobilitatis in-  
signe appellavit in libro de dogmate Platonis:  
Auri tantum, quæcumque puer nobilitatis insigne  
in appendice gestans. Porwan.*

daciter;

datur; Atquin solebas duabus sellis sedere; objiciens tanto viro lubricum fidei. Sed & quod Cicero dixit; nisi anguste sederem, scommata fuit in C. Cæsarem; qui in senatum passim tam multos admittebat ut eos quatuordecim gradus capere non possent. Tali ergo genere, quod factum contumeliaz est, abstinendum sapiente semper, ceteris in conviviis est. Sunt alia scommata minus aspera quasi edentatæ beluze morsus. ut Tullius in consulem qui uno tantum die consulatum peregit, Solent, inquit, esse flamines diales; modo consules diales babemur. & in eundem: Vigilantissimus est consul noster, qui in consulatu suo somnum nos videt eidemque exprobranti sibi quod ad eum consulem non venisset. Veniebam; inquit, sed nox me comprehendit. Hæc & talia sunt, quæ plus urbanitatis minus amaritudinis habent: ut fuit & illa de nonnullis corporeis vitiis aut parum aut nihil gignentia doloris: ut si in calvitiunq; cuiusquam dicas vel in nasum seu curvam erectionem seu Socraticam depressionem. hæc enim, quanto minoris infortunii sunt, tanto levioris doloris. contra oculorum orbitas non sine excitatione commotionis objicitur. quippe Antigonus rex Theocratum Chium, de quo juraverat quod ei parlatus esset, occidit propter scommata ab eodem de se dictum. cum enim quasi puniendus ad Antigonum raperetur, solantibus eum amicis ac spem pollicentibus, quod omnimodo clementiam regis experturus esset cum ad oculos ejus venisset: respondit; Ergo impossibilem mibi dicitur spem salutis. erat autem Antigonus uno orbatus oculo; & importuna urbanitas maledicacem luce privavit. Nec negaverim philosophos quoque incurrisse nonnumquam per indignationem hoc genus scommatis. nam cum regis libertus ad novas divitias nuper erectus philosophos ad convivium congregasset, & irridendo eorum-minutulas questiones scire se velle dixisset, cur ex nigra & ex alba faba pulmentum unius coloris edatur: Aridices philo-

<sup>2</sup> Abstinendum sapienti semper, ceteris in convivio est | Sic Stephanus, sic Pontanus: tu si quod hic pejus etiam sapiente. Sed magna hic variatio. MS. cum Veneta abstinentia sapienti super, ceteris in convivio, est. & Vefal. & Camerat. abstinendum sapienti semper, ceteris in convivio, absque tñ est. Stoeriana: abstinentia sapienti semper, ceteris in omnino est, typorum lapsu, ut reor. Ex his iure præfero Venetæ & MS. lectionem. Nam cum joca sunt multiplicia, dissipatur nihil aliud, quam quæ ex iis in convivio singulos convivas, præsertim vero sapientem deceant. Ego inquit auctor, quis parvus quoque dolor vino adspersum facile irritat, super ceteros convivas certe sapientibus, non solum scommata sed & ledoria abstinendum, eo magis, quod hec apertam habeat injuriam, illud vero rectam, atque idem uerendum illis solo eo, quod vocavit rosum figuratum, qui etiam iis, in quos jecitur,

dulcis sit. Hæc vera sententia. Gronov.

<sup>3</sup> Ut Tullius in consulem qui uno tantum die Non Tullio hoc tribuit scommata superius Servius, sed M. Otacilio Pitholao. Vide lib. 2. cap. 2. Pontan.

<sup>4</sup> In nasum seu curvam erectionem seu Socraticam depressionem | Plato, lib. 5. Politicorum. & ex eo Aristonetus, lib. 1. Epist. 18. xxi ò τὸν τινὲς νῦν ὅτι αὔριος, οὐδὲ παρεῖται τὸν σπουδαῖον θεῖται. τὸ δὲ τὸ γένος βασιλεὺς ἐστιν. Itaque juvenato si quis sumus, tendas ne gratiosum, aduncum nasum repium appelles. Perse Cyri regis virtutes suscipientes adeo vel mortuum coluerunt, ut viros, qui aduncum haberent, qualiter Cyrus habuisse dicitur, nasum, etiam ad Plutarchi zetatem amarent. Author Plutarchus in Praeceptis Politicorum. Vide item Justini, lib. 39. & ad cum Notas Bonarii. Ubi docetur tales olim 'Grypus' appellatas. Idem.

sophus

*sophos* indigne ferens; Tu nobis, inquit, absolvias <sup>1</sup> cur & de albis & nigris loris similes maculæ gignantur. Sunt scommata quæ in superficie habent speciem contumelizæ; <sup>2</sup> sed interdum non tangunt audientes, cum eadem si obnoxio dicantur exagitent: ut contra sunt quæ speciem laudis habent, & personam audientis efficiunt contumelizæ plenam. De priore genere prius dicam. L. Quintius prætor de provincia nuper reverterat observata, quod mitem Domitiani temporibus, præturae maxima castitate, is cum ager assidendi amico diceret frigidas se habere manus; renidens ille ait; Atquin eas de provincia calidas paulo ante revocasti. risit Quintius delectatusque est, quippe alienissimus à suspicione furorum. contra si hoc diceretur male fibi conscio & sua furta recolenti, exacerbat et auditum. Critobulum famosæ pulchritudinis adolescentem Socrates cum ad comparationem formæ provocaret; jocabatur, non irridebat. certe si dicas consummatarum divitiarum viro, tibi excito creditores tuos, aut si nimis casto, grata sume tibi meretrices, quia continua eas largitate ditasisti: uterque delectabuntur, scientes his dictis suam conscientiam non gravari sicut contra sunt quæ sub specie laudis exigitant, sicut paulo ante divisi. nam si timidissimo dixero, Achilli vel Herculi comparandus es, aut famosæ iniquitatis viro, ego te Aristidis in equitate prepono: sine dubio verba laudem sonantia ad notam vituperationis suæ uterque trahitur est. Eadem scommata eisdem modo juvare modo mordere possunt, pro diversitate præsentium personarum. sunt enim quæ si coram amicis objiciantur nobis libenter audire possimus. uxore vero seu parentibus vel magistris præsentibus dici in nos aliquod scomma nullum; nisi forte tale sit quod illorum censura libenter accipiat. ut si quis adolescentem coram parentibus vel magistris irrideat, quod insanire posse conatur vigiliis lectionibusque nocturnis; aut uxore præfente, quod statim faciat uxorium se præbendo nec ullam elegantiam eligendo formarum. hæc enim & in quos dicuntur & præsentes hilaritate perfundunt. Commendat scomma & conditio dicentis si in eadem causa sit: ut alium de paupertate pauper irrideat, si obscurum natum natus obscurum. nam Tharsius Amphias, cum ex hortulano potens esset & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset; mox subjecit; Sed & nos de isdem seminibus sumus; & omnes pariter laetos fecit. Illa vero scommata directa laetitia eum in quem dicuntur infundunt; si virum fortem vituperes quasi salutis suæ prodigum & pro aliis mori volentem, aut si objeceris liberali quod res suas profundat minus sibi quam aliis consulendo. Sic & Diogenes Antisthenem Cynicum magistrum suum solebat veluti vituperando laudare. Ipse me,

<sup>1</sup> Cur & de albis & nigris loris similes macula gignantur | Servos lororum sive flagrorum gymnasia esse scimus luculentem ex Plauvo. Et ita fortassis capiendum legendumque istud eisdem comici Asinaria:

Eas nunc legibus, copias, exercitusque lorum. Nam in vulgaris est, cornua. In Scriptis quos

vidi forum, quod furum fors erit, sed hic, ut existimo, minus convenienter. Resplacit enim, quæ enumeraverat ibidem, servorum eruces, laminas, nervos, boias. Idem,

<sup>2</sup> Sed interdum non tangunt audientes | Leggo, sed interim. Meurs. aiebat,

aiebat, mendicium fecit ex divite, & pro ampla domo in dolio fecit habere. Melius autem ista dicebat quam si diceret: gratus illi sum, quia ipse me philosophum & consummata virtus virum fecit. Ergo, cum unum nomen scommatis sit, diversi in eo continentur effectus. ideo apud Lacedemonios <sup>7</sup> inter cetera exacta vita instituta, <sup>8</sup> hoc quoque exercitii genus à Lycurgo est institutum, ut adolescentes & scommata sine mox diceret, & ab aliis in se dicta perpeti disserent, ac si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, ulterius ei in alterum dicere non licebat. Cum ergo videoas, mi Aviene (instituenda est enim adolescentia tua quæ ita docilis est ut discenda præcipiat) cum videoas, inquam, anceps esse omne scommatum genus; suadeo in conviviis, in quibus letitiae insidiatur ira, ab ejusmodi dictis facetas. & magis quæstiones convivales vel proponas vel ipse dissolvas. quod genus veteres ita ludicum non putarunt; ut & Aristoteles de ipsis aliqua conscriperit, & Plutarchus, <sup>9</sup> & vester Apulejus: nec contempnendum sit, quod tot philosophantium curam meruit.

<sup>7</sup> Inter cetera exacta vita | Non dissimiliter Petronius, exactam legem dixit. Sic enim tegerim locum istum pag. 4.

pruis amore

Frugalitatis, legem pellat exactam.  
E: videtur item voluisse poeta Venusinus ad Mæcenatem: Fastidiosam desere copiam. Legem enim exactam, diuine exactum illud plenum, ut ira dicam, dimensum intelligo. Meminit etiam, alibi Petronius; Vellent tam innocens effe frugalitatis mea hostis ut deliniri posse. (Et statim initio pag. 3. Nolunt severa lege profici) Sed apud hinc ei loco Romano Philosophiæ Siren Seneca: Non posset studium salutare fieri sine frugalitate certa. Tocum itaque Arbitri locuna sic constituerim;

Artis separa si quis amat effectus,  
Montemque magnus appetit, pruis amore  
Frugalitatis legem pellat exactam.

Interim non me latet aliquid super his commentatio, quibus si ita videbitur, libens commentari de feminis. Postea.

<sup>8</sup> Hoc quoque exercitii genus à Lycurgo est institutum, ut adolescentes & scommata sine morte dicere | Scommata sine morte viderunt id esse quod dixit Plurarchus Lycurgo: παιζεν εἰδέσσοντες την σωματικήν ἀρετὴν βασιλοπόδες. Affinis sibi sunt iacere & ditteria citra scurrilitatem jaceret. Nam fuit alias acuta & acutata Lacedemoniorum dictio. Idem Plu-

tarchus Symposi. 2. quæst. 1. Existens pro clara illo Lacedemonio inter alias hac fuit disciplina falsè dicitur impetrare circa molestem, & aquo animo ditteria ferre. nam si quis truiquis ferret, alter fratris mordendi finem saciebat. Ita quidem interpres. Rei tamen & rationi consentaneum magis, si dixisset, is statim alterum mordendi finem faciet, ut indignantissimam potius quam indignationem inferenti reticentis poena statuta fuerit. Verba Graeca sunt: εἰς δὲ τὸν αὐτὸν οὐκανθρώπον, οὐδὲ διαβάντας ὑπερνούτα, quem preflus intuenda; nam Macrobius, quod dixi ego, omnino sensisse videatur aut verificari. Ac si quis, inquit, seruum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, ulterius ei in alterum dicere non licebat. Nec aliter capio Heraclidem Ponticum: Μάστιχα δὲ διμελῶς τῷ οὐράπτειον τῷ διατητίδιον quasi dicat, scommata & jactare argute & excipere seu pati animo. Sed de his optimus tu censor eris, amice noster Nicolaus Crati. Nam olim,

Quod fuit, hoc uni debebat Sparta Ly cargo;

Quod nunc est, rata est gloria lausque tua. Idem.

<sup>9</sup> Et vester Apulejus. | Joh. Sarisbenensis, qui locum hunc exscripsit, locupletus: Et vester Apulejus cum Fronte. Vide lib. 8. cap. 10. Idem.

CAP.

## C A P. IV.

*Cibum simplicem præferendum esse multiplici, ut qui sit digestu facilior.*

**E**T Prætextatus: Hoc quæstionum genus, cum & senilem deceat ætatem, cur soli juveni suadetur? Quin agite omnes, qui adestis hic, apta convivio fabulemur; nec de cibatu tantum, sed & siqua de natura corporum, vel alia; præsente maxime Disario nostro, cuius plurimum ad hoc genus quæstionum poterit ars & doctrina conserueare: fortiamurque, si videtur, ut per ordinem unusquisque proponat quam solvendam estimat quæstionem. Hic assensi omnes Prætextato anteloquium detulerunt, orantes ut, cum ipse coepisset, ceteris ex filo consultationis ejus interrogandi constitueretur exemplum. tum ille, Quero, inquit, utrum simplex an multiplex cibus digestu sit facilior: quia multos hunc, nonnullos illum lectantes videmus. & est quidem superba & contumax & veluti sui ostentatrix continentia: contra amoenam le & comem appetentia vult videri. cum ergo una censoria sit, delicata altera; scire equidem velim quæ servandæ aptior sit sanitati. Nec longe petendus affector est, cum Disarius adsit; qui quid conveniat corporibus humanis non minus casset, quam ipsa natura fabricæ hujus auctor & nutrix. dicas ergo velim quid de hoc quod queritur medicinæ ratio persuadeat. Si me, Disarius inquit, aliquis ex plebe imperitorum de hac quæstione consuluissest: quia plebeia ingenia magis exemplis quam ratione capiuntur, admodum illum contentus fore*s* iustificationis pecudum: quibus cum fuisse & uniformis cibus sit, mulier ~~familiæ~~ <sup>familiæ</sup> corporibus humanis; & inter ipsas illæ morbis implicantur, quibus ~~de~~ <sup>de</sup> illæ fiant offæ composite & quibusdam condimentis variaz farciuntur. nec dubitaret post hac; cum advertisset animalibus simplici cibo utentibus familiarem sanitatem, <sup>ag</sup>rescere autem inter illa quæ saginam composita varietate patientur. quia constat id genus alimonie non magis copia quam varietate crudescere. fortasse illum attentiorem exemplo altero fecisset, ut consideraret nullum umquam fuisse medicorum circa curas <sup>ag</sup>rescentium tam audacis negligentie ut febienti varium & non simplicem cibum daret. adeo constat quam facilis digestu sit uniformis alimonia, ut ei vel cum infirma est natura sufficiat. nec tertium defuissest exemplum, ita esse vitandam ciborum varietatem, ut varia solent yina vitari. quis enim ambigat eum qui diverso yino utitur in repentina ruere ebrietatem, nec dum hoc ~~otium~~ <sup>otium</sup> postulante; tecum

<sup>1</sup> *Ag*rescere autem inter illa quæ saginam quam varietate crudescere. Veriusq; sumen ~~com~~ <sup>com</sup> varietate patientur! Hec item Cap. editio es omnia brevius: agrescere autem quæ saginatur & composta varietate ~~com~~ Pontan.

autem,

autem, Vetti, cui soli perfectionem disciplinarum omnium contigit obtinere, non tam exemplis quam ratione tradandum est, quæ & me tacente clam te esse non poterat. Cruditates eveniunt aut qualitate succi in quem cibus vertitur s<sup>i</sup> non sit aptus humoris qui corpus obtinuit, aut ipsius cibi multitudine non sufficiente natura ad omnia quæ congesta sunt concoquenda. ac primum de succi qualitate videamus. Qui simplicem cibum sumit, facile quo succo corpus ejus vel juvetur vel gravetur usu docente cognoscit. nec enim ambigit cuius cibi qualitate possessus sit, cum utrum sumplerit. & ita sit ut noxa, cuius causa deprehensa sit, facile vitetur. qui autem multiplici cibo alitur, diversas patitur qualitates ex diversitate succorum: nec concordant humores ex materiæ varietate nascentes, nec efficiunt liquidum purumve sanguinem in quem jecoris ministerio vertuntur, & in venas cum tumultu suo transirent, hinc morbojum scaturigo, qui ex repugnantium sibi humorum discordia nascuntur. Deinde quia non omnium quæ esui sunt una natura est, non omnia simul coquuntur; sed alia celerius, tardius alia: & ita sit ut digestionum sequentium ordo turbetur. neque enim cibi quem sumimus una digestio est: sed ut corpus nutriat quatuor patitur digestiones. quarum unam omnes vel ipsi, quoque hebetes sentiunt; alias occultior ratio deprehendit. quod ut omnibus liqueat, paulo altius mihi causa repetenda est. Quatuor sunt in nobis virtutes, quæ administrandam alimoniam reperunt. quārum una dicitur *καθεξτικά*, quæ deorsum trahit cibaria confecta mandibulis. quid enim tam crassam materiam per fauum angusta fulciret, nisi eam vis naturæ occultior hauriret? hausta vero ut non continuo lapsu per omne corpus succedentibus sibi foraminibus pervium ad iūm usque descendant, & talia qualia accepta sunt egerantur, sed salutare officium digestionis exspectent, secundæ hoc cura virtutis est; quam Græci, quia retentatrix est, vocant *κρατερικά*. Tertia, quia cibum in aliud ex alio mutat, vocatur *αλλοιωματά*. Huic obsequuntur omnes; quia ipsa digestionibus curat. ventris enim duo sunt orificia. quorum superius erectum recipit devorata & in foliæ ventris recondit. hic est stomachus, qui paterfamilias dici meruit, quasi omne animal solus gubernans. nam, si ægrestat, vita in ancipiti est, titubante alimoniz meatu; cui natura tanquam rationis capaci velle ac nolle contribuit. inferius vero demissum intenſiñis adjacentibus inséritur, & inde via est egerendis. Ergo in ven-

<sup>2</sup> Dicitur *καθεξτικά*. Neutquam hæc vox exprimit virtutem deorsum trahendi. Itaque vel cum crudelissimo Leopardi, lib. 8. Enchd. cap. 9. leopardum *καθεξτικόν* cum Msr. Cognato. Observ. 10. *καθεξτικά*, quæ nempe trahit & suscipit alimentum. Sed quia priusnam virtutem solummodo autem dicit consistere in trahendo deorsum, sine dubio *Leopardo* accedendum: nam secunda,

quæ retentatrix & mora est immisi cibi, ideo quia tenet, videtur suscipere alimen- tum, quod Marsilius prius simul adscribit. Quare & pro *καθεξτικά*, ut vulgo se- cunda vocatur, libens repono *καθεξτικά*, obsecutus eidem doctissimo viro: nisi forte pro prima scribere mavis *καθελκτικά*. videtur prepositio suisse in MS. Granv.

tre sit prima digestio, virtute ~~et~~<sup>et</sup> in succum vertente quicquid acceptum est. cuius fax retinenda sunt, quæ per intestina inferiore orificio tradente labuntur: & officio quartæ virtutis, cui ~~et~~<sup>et</sup> nomen est, procuratur digestio. Ergo, postquam in succum cibus reformatur, his jam jecoris cura succedit. est autem jecur concretus languis. & ideo habet nativum calorem quod consecutum succum vertit in sanguinem. & sicut cibum in succum verti prima est, ita succum transire in sanguinem secunda digestio est. hunc calor jecoris administratum per venarum fistulas in sua quæque membra dispergit, parte quæ ex digestis frigidissima est in lienem refusa. qui, ut jecur calor, ita ipse frigoris domicilium est. nam ideo omnes dexteræ partes validiores sunt, & debiliores sinistre; quia <sup>3</sup> has regit calor visceris sui, illæ contagione frigoris sinistra obtinentis hebetantur. in venis autem & arteriis quæ sunt receptacula sanguinis & spiritus, tertia sit digestio. nam acceptum sanguinem quodammodo defæcant & quod in eo aquosum est, venæ in vesicam refundunt: liquidum vero purumque & alkalem sanguinem singulis totius corporis membris ministrant. & ita sit ut, cum cibum solus venter accipiat, alimonia ejus dispersa per universos membrorum meatus, ossa quoque & medullas & unguis nutriat & capillos. & hæc est quarta digestio quæ in singulis membris sit, dum quod unicuique membro datum est ipsi membro sit nutrimentum. nec tamen huic totiens defœcato rétrimenta sua desunt; quæ, cum membra omnia in sua sunt sanitatem, per occultos evanescunt meatus. si qua vero pars corporis ægrescat, in ipsam quasi infirmorem ultima illa quæ diximus retrimenta labuntur. & hinc nascuntur morborum causæ quæ ~~per~~<sup>per</sup> medicis vocare mos est. si enim fuerit ultimi succi justo uberior multitudo: hanc à se repellit pars corporis illa quæ sanior est, & sine dubio labitur in infirmam, quæ vires non habet repellendi. unde alieni receptio diffendit locum in quem cederit; & hitc creantur dolores. Hæc est ergo triplex causa vel podagra <sup>4</sup> vel eujustilibet morbi; multitudo humoris, fortitudo membra à se repellentis, & recipientis infirmitas. Cum igitur asseveramus quatuor in corpore fieri digestiones quarum altera perdet ex altera, & si præcedens fuerit impedita nullus fit sequentis effectus: recurramus animo ad illam primam digestionem quæ in ventre conficitur, & invenietur quid impedimenti ex multiformi nascatur alimonia. diversorum enim ciborum diversa natura est: & sunt qui celerius, sunt qui tardius digeruntur. Cum ergo prima digestio vertit in succum, quia non simul accepta omnia vertuntur, quod prius versum est dum alia tardius vertuntur acescit: & hoc sape etiam eructando sentimus. Alia quoque quibus tarda digestio est, velut ligna humida quæ urgente igne fumum

<sup>3</sup> Has regit calor visceris sui, illa] Vide sis, quæ scribit pater meus libro III. Observ. cap. 16. nam importunus erat Priceus. Idem.

<sup>4</sup> Vel eujustilibet morbi] Necessario ex Scripto &c vergeribus supplendum: Vel eujustilibet ex confluentib[us] morbi. Nam mala capit, quæ ex p[ro]v[er]biis orientur. Portan.

de se creant: sic & illa imminente igne naturæ fumant dum tardius concoquuntur. siquidem nec hoc senium eructantis evadit. cibus autem simplex non habet controversam moram, dum simul in simplicem succum vertitur: nec digestio ulla turbatur, dum omnes sibi stata momentorum dimensione succedunt. Siquis autem (quia nihil impatiens imperitia) rationes has dedignet audire, estimans non impediri digestionem, nisi sola ciborum multitudine, nec velit de qualitate tractare: hic quoque multiformis alimonia deprehenditur causa morborum. nam pulmentorum varietas recipit varia condimenta, quibus gula ultra quam naturæ necesse est laceficitur: & fit inde congeries, dum primitu desiderii amplius vel certe de singulis parve libantur, hinc Socrates suadere solitus erat illos cibos potuisse vitandos, qui ultra situm famemve sedandam producunt appetentiam. denique vel propter hoc edendi varietas repudietur quia plena est voluptatis; à qua seris & studiosis cavendum est. quid enim tam contrarium quam virtus & voluptas? Sed modum disputationi facio, ne videar hoc ipsum in quo sumus, licet sobrium sit, tamen quam varium est, accusare convivium,

## C A P. V.

*Contra, cibum multiplicem aptiorem esse quam sit simplex.*

**H**ÆC cum Prætextato & cæteris prona assensione placuerint: Evangelus exclamavit, Nihil tam indignum toleratu, quam quod aures nostras gratia linguae captivas tenet; & verborum rotunditati assentire cogimus circumventi volubilitate sermonis, qui ad extorquendam fidem agit in audientes tyrannum. & quia his loquendi labyrinthis impares nos fatemur; age, Vetti, hortemur Eustathium ut, recepta contraria disputatione, quicquid pro vario cibo dici potest velit communicare nobiscum. ut suis telis lingua violenta succumbat, & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanquam cornix cornici oculos effodiatur. & Symmachus: Rem jucundam, Evangele, amarius postulasti. audire enim contra tam copiose & eleganter inventa, res est quæ habeat utilem voluptatem, sed non tanquam ingenii insidiantes & gloriofis tractatibus invidentes hoc debemus expetere. nec abngeo potuisse me quoque tanquam palinodiam canere. est enim rhetorica profusio cotonunes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare. Sed quia filius Græcorum inventionibus à Græcis forte aliis relatæ respondent; te, Eustathi, oramus omnes ut sensa & inventa Disario contraria repellendo in integrum restitutas exauctoratum conviviorum leporem. Ille diu hoc à se officium deprecatus, ubi tot impellentium procerum quibus obviandum non erat, hortati succubuit sc̄Bellum, inquit, duobus mihi amicissimis cogor indicere, Disario & continentias: sed ab auctoritate vestra tanquam ab edicto prætoris impetrata venia

gulz

gulæ patronum, quia necesse est, profitebor. In primo speciosis magis quam veris, ut docebitur, exemplis pene nos Disarri nostri cepit ingenium, ait enim pecudes uti simplici cibo & ideo expugnari difficultius earum quam hominum sanitatem, sed utrumque falso probabo. nam neque simplex est animalibus mutis alimonia; nec ab illis quam à nobis morbi remotiores, testatur unum varietas pratorum quæ depascuntur, quibus herbae sunt amarae pariter & dulces, aliæ succum calidum aliæ frigidum nutrientes; ut nulla culina possit tam diversa condire quam in herbis natura variavit. Notus est omnibus Eupolis inter elegantes, habendus veteris comoediæ poëtas. is in fabula, quæ inscribitur *Æges*, inducit capras de cibi sui copia in hæc se verba jactantes;

*Βοσκόμεθ' ὅλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης.*

*Πείνει καρδάρε τε, πλέρεις ἀπαλὰς Σποραγύκους.*

*Καὶ τοὺς τέτοιους ἔτ' ἀλλ' οἴουντις τὸν ἡδὲ*

*Φάσκον τυάδη, χῇ σιλαχεῖ πλὴ τολύφυλλον.*

*Κόππον, χένον, μελίαν, πάνιλα, ἀλίαν, δρῦν, κιπύν, ἑβέκην.*

*Πρέψμαλον, βάμυον, ὄφλομον, αὐθεικόν, κιασόν,*

*Φηγῶ, θινα, δύμερον.*

Videtur ne vobis ciborum ista simplicitas, ubi tot enumerantur vel arbustæ vel frutices, non minus succo diversa quam nomine? Quod autem non facilius morbis homines quam pecudes occupentur Hómero teste contentus sum, qui pestilentiam refert à pecudibus inchoatam: quando morbus, antequam in homines posset irrepere, facilis captis pecoribus incubuit. Sed & quanta sit multis animalibus infirmitas, vitæ brevitas indicio est. quod enim eorum quibus notitia

*Πόνοι | Omnia legem, πένει, cum Camerario & Lugdunensi editione ne veteri. Gaza illeem interpretatur. Xylander eodem versu pro ἀπαλὰς & ταλὰς adducit. At πλέρεις ἀπαλὰς dixit Eupolis; quomodo apud Athenæum ἀπαλὰς ἀρνε dictus ob mollitiem & teneritudinem. Latte enim & olio ad sale panis iste condiebatur. Exstat Athenæi libro tertio. Vide ad hæc Salma-rium in Exercit. Plin. fol. 333. Pontan. Nulla editio, quantum scio, ne Stephanus quidem, aliter habet, quam Nebras Gronov.*

*Κόππον, χένον | Sola Lugdunensis editio, ἔχον, quod & animalis noinen, quem erinacum indigent. Unde adagio, ιχθὺς τεραχύτερος. Et tamen & herba, alias ἔρηνος appellata. Sed χένον non spreventum. Constantinus in Geoponics, ἡ ζῷα, τρεῖς διακρίταις, εποιησε. Quod ipsum ab Arato est, cujus verba vertit Divinatum primo Cicero,*

*Tunc vero semper viridis, semperque gravata  
Lenuissimæ, tripli solita granditatem facit;  
Ter fruges fundens; tria tempora monstrat  
arundi.*

Sed de ιχθύοι vide ad Theophrastum, & in eum Animadversionum Julii Cæsaris Scaligeri librum tertium cap. 10. Pontan.

*Φάλματον | Camerarii & Lugdunensis codex, φάλματον. Apud Suidam est φάλματον, οὐ φάλματον. At φάλματον οὐ φάλματον ετιτ. φάλματον itaque recte, & eadem sive que Lucernaria Empirico Marcello. Idem.*

*Καρδὸν | Iterum Camerarii & Lugdun. καρδὸν. Ego prius retinuerim. Pontanus. Inmo posterius. Gronov.*

*Σερὸς, quanta sit multis animalibus | Expressissimus Stephanus & quam invenimus scriptam lectionem. Non ambigo tamen quin ex ariaveri Macrobius, multis animalibus: quomodo etiam editiones vetustæ. Generatim autem notat in animalibus brutis vitæ brevitatem: speciatim vero, quod de corvis & cornicibus objici possit: obviat hic statim verbis. Nec recurras, inquit, ad ea que de corvis & carnicibus fabulosa dicuntur. Adi & Plutarchum Sympol. 4. Quest. 1. Pontan.*

accusas varietatem quasi gulæ irritamentum, cum salus sit hominis vi-  
gere appetentiam? qua deficiente languescit & periculo fit proprior.  
nam sicut in mari gubernator ~~mento~~ suo, etiam si nimius sit, contra-  
hendo in minorem modum ~~venia~~ prætervolant, & flatum cum major  
est coërcent, sopitum vero excitare non possunt, ita & appetentia  
cum titillatur & crescit rationis gubernaculo temperatur; si semel ce-  
ciderit, animal extinguitur. Si ergo cibo vivimus, & cibum appeten-  
tia sola commendat: elaborandum nobis est commento varietatis ut  
hæc semper provocetur; cum præsto sit ratio quia intra moderationis  
sue terminos temperetur. Memineritis tamen lerido me convivio  
adesse non anxi. nec sic admitto varietatem, ut luxum probem; ubi  
quæruntur æstivæ nives & hibernæ rosæ; & dum magis ostentui quam  
usui servitur, silvarum secretum omne lustratur, & peregrina maria sol-  
licitantur. ita enim sit ut, etiam si sanitatem sumentium mediocritas  
observata non faciet, ipse tamen luxus morum sit ægritudo. His fa-  
vorabiliter exceptis Disarius, Obscurus es, inquit, Eustathi dialecti-  
or, ergo medicus, qui volet eligere sequenda, usum consulat: &  
quid sit utilius sanitati experientia docebit.

\* \* \*

### C A P. VI.

*Vinum natura frigidum potius videri quam calidum: Et cur raro  
feminæ, senes citò inebriantur.*

Post hæc Flavianus: Et alios quidem medicos idem dicentes semper  
audivi vinum inter calida censendum. sed & nunc Eustathius cum  
causas ebrietatis attingeret prædicabat vini calorem. Mihi autem hoc  
sepe necum reputanti visa est vini natura frigori proprietor quam calo-  
ri: & in medium profero, quibus ad hoc æstimandum trahor, ut ve-  
strum sit de mea æstimatione judicium. Vinum, quantum mea fert opini-  
o, sicut natura frigidum est, ita capax vel etiam appetens est caloris  
cum calidis fuerit admotum. nam & ferrum cum tactu sit frigidum,  
Ἄνθρωποι δὲ οὐχ ξελλοῦ ὅδεσσι, si tamen solem pertulerit concilescit; &  
calor advena nativum frigus expellit. hoc utrum ita esse ratio persuadeat requiramus. Vinum aut potu interioribus conciliatur, aut fotu  
ut superficiem curet adhibetur. cum infunditur ~~enti~~ quin frigidum sit  
nec medici inficias eunt: calidum tamen in interioribus prædicant,  
cum non tale descendat sed admixtum calidis concalescat. certe re-  
spondeant volo cur stomacho in lassitudinem degeneranti ad instau-  
randas constrictione vires offerant ægrescenti vinum, nisi frigore suo  
lassata cogeret & colligeret dissoluta? & cum lasso, ut dixi, stomacho  
nihil adhibeant calidum, ne crescat ulterius lassitudo, à vini potu non  
prohibit, defectum in robur hac curatione mutantes. Dabo aliud  
indictum accidentis vino quam ingeniti caloris. nam, si quis aconitum  
nesciens hauserit, non nego haustu cum meri plurimi solere curari. in-  
fusum

fusum enim visceribus trahit ad se calorem, & veneno frigido quasi ca-  
lidum jam repugnat. si vero aconitum ipsum cum vino tritum potui  
datum sit : haurientem nulla curatio à morte defendit. Tunc enim  
vinum natura frigidum admixtione sui frigus auxit veneni, nec in inte-  
rioribus jam calecit ; quia non liberum sed admixtum est, imo in aliud  
versum, descendit in viscera. sed & sudore nimio vel laxato ventre de-  
fessis vinum ingerunt, ut in utroque morbo constringat meatus. In-  
sommem medici frigidis obliniant modo papaveris suco modo mandra-  
gora vel similibus ; in quibus est & vinum. nam vino somnus reduci so-  
let. quod non nisi ingeniti frigoris testimonium est. deinde omnia ca-  
lida Venerem provocant & semen excitant & generationi favent. hau-  
sto autem mero plurimo fiunt viri ad coitum pigriores. sed nec ido-  
neum conceptioni ferunt ; quia vini nimetas ut frigi facit semen  
exile vel debile. Hoc vero vel manifestissimam estimationis meæ ha-  
bet assertionem, quod quæcunque nimium algentibus, eadem contin-  
gunt ebriis. fiunt enim tremuli, graves, pallidi, & saltu tumultuantur  
spiritus artus suos & membra quatuntur. idem corporis torpor ambo-  
bus ; eadem linguae titubatio. multis autem & morbus ille quem  
~~σολεύειν~~ Græci vocant sic nimio vino ut multo algore contingit.  
Respicite etiam quæ genera curationis adhibeantur ebriis. nonne cu-  
bare sub multis operimentis jubentur, ut exstinctus calor rafeatur ?  
non & ad calida lavacra ducuntur ? non illisunctionum tempore calor  
corporis excitatur ? Postremo qui fiunt crebro ebrii cito senescunt. alii  
ante tempus competentis ætatis vel calvitio vel canicie insigniuntur.  
quæ non nisi inopia caloris eveniunt. quid aceto frigidius, quod cul-  
patum vinum est ? solum enim hoc ex omnibus humoribus crescentem  
flammam violenter extinguit ; dum per frigus suum calorem vincit  
elementi. nec hoc præterea quod ex fructibus arborum illi sunt frigi-  
diores, quorum succus imitatur vini saporem : ut mala seu simplicia  
seu granata vel eytonia, quæ cotonia vocat Cato. Hæc ideo dixerim,  
quod me saepe movit & exercuit mecum disputatorem : quia in medium  
proferre volui quid de vino estimaverim senescendum. Ceterum consul-  
tationem mihi debitam non omitto. te enim Disari convenio ut quod  
quærendum mihi occurrit absolvas. Legisse apud philosophum Græ-  
cum memini (ni fallor, ille Aristoteles fuit in libro quem de ebrietate  
composuit,) mulieres raro in ebrietatem cadere, crebro senes. nec cau-  
sam vel hujus frequentia vel illius raritatis adjectit. Et quia ad natu-  
ram corporum tota hæc quæstio pertinet, quam nosse & industria tuz  
& professionis officium est, volo te causas rei, quam ille sententia loco  
dixit, si tamen philosopho assentiris, aperire. tum ille : Recte & hoc  
Aristoteles; ut cætera. nec possum non assentiri viro, cuius inventis  
nec ipsa natura dissentit. Mulieres, inquit, raro ebriantur, crebro se-  
nes. rationis plena gemina ista sententia : & altera pendet ex altera. nam,  
cum didicerimus quid mulieres ab ebrietate defendat, jam tene-  
mus quid senes ad hoc frequenter impellat. contrariam enim sortita

naturam sunt muliebre corpus & corpus senile. mulier humectissimo est corpore. docet hoc & levitas cutis & splendor: docent præcipue assidue purgationes superficio exonerantes corpus humore. eum ergo epotum vinum in tam largum ceciderit humorem, vim suam perdit & fit dilutius, nec facile cerebri sedem ferit fortitudine ejus extincta. sed & hæc ratio juvat sententia veritatem, quod muliebre corpus crebris purgationibus deputatum pluribus consertum est foraminibus, ut pateat in meatus & vias præbeat humoris in egestionis exitum confluentis. per hæc foramina vapor vini celeriter evanescit. contra senibus siccum corpus est. quod probat asperitas & squalor cutis. unde & hæc ætas ad fletum fit difficultior; quod est indicium siccitatis. intra hos vi-nos nec patitur contrarietatem repugnantis humoris, & integra vi-sua adhaeret corpori arido; & mox loca tenet, quæ sapere homini ministrant. dura quoque esse senum corpora nulla dubitatio est. & ideo etiam ipso naturales meatus in membris durioribus obserantur: & hausto vino exhalatio nulla contingit; sed totum ad ipsam sedem mentis ascendit. hinc fit ut & sani senes malis ebriorum laborent, tremore membrorum, linguae titubantia, abundantia loquendi, iracundia con-citatione: quibus tam subjacent juvenes ebrii quam senes sobrii. Si ergo levem pertolerint impulsum vini, non accipiunt hæc mala sed incitant; quibus ætatis ratione jam capti sunt.

## C A P. VII.

*Fæminū frigidiorne sit natura quam viris, an calidior. Et cur mustum non inebriet.*

Probata omnibus Disarii disputatione, subjecit Symmachus: Ut spectata est tota ratio, quam de muliebris ebrietatis raritate Disarius invenit; ita unum ab eo prætermissum est; nimio frigore, quod in earum corpore est, frigescere haustum vinum, & ita debilitati, ut vis ejus quæ elanguit nullum calorem possit de quo nascitur ebrietas excitare. Ad hæc Horus: Tu vero Symmache frustra opinaris frigidam esse mulierum naturam; quam ego calidorem virili, si tibi volunti erit, facile probabo. Humor naturalis in corpore, quando ætas transit pueritiam; fit durior, & acutitur in pilos. ideo tunc & pubes & genæ & aliae partes corporis vestiuntur, sed in muliebre corpore hunc humorum calore siccante fit inopia pilorum. & ideo in corpore sexus hujus manet continuus splendor & levitas. Est & hoc in illis indicium caloris; abundantia sanguinis, cujus natura fervor est, qui, ne urat corpus si infidat, crebra purgatione subtrahitur. quis ergo dicat frigidas; quas nemo potest negare plenas caloris; quia sanguinis plena sunt? <sup>1</sup> Deinde, licet urendi corpora defunctorum usus nostro sæculo

<sup>1</sup> Deinde licet urendi corpora defunctorum usus nostro sæculo nullus fu | Signandum hoc, nistri denique virorum corporibus adjicere singula & quod sequitur porro: Solites funerum mi- mulietria: Et unius adjutu quasi natura flammæ & ideo celeriter ardoris catena fregimus nullus

nullus sit, lectio tamen docet eo tempore quo igni dari honor mortuis habebatur, si quando usu venisset ut plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros denis virorum corporibus adjicere singula muliebria. & unius adjutu, quasi natura flammæ & ideo celeriter ardenter, cetera flagrabant. Ita nec veteribus calor mulierum habebatur incognitus. Nec hoc tacebo; quod, cum calor semper generationis causa sit, foemina ideo celerius quam pueri sunt idoneæ ad generandum, quia calent amplius. nam & secundum jura publica duodecimus annus in foemina & quartus decimus in puer desipit pubertatis ætatem. quid plura? nonne videmus mulieres, quando nimium frigus est, mediocri veste contentas nec ita operimentis plurimis involutas ut viri solent, scilicet naturali calore contra frigus quod aër ingredit repugnante? Ad hæc renidens Symmachus Bene, inquit, Horus noster tentat videri orator ex cynico qui in contrarium veritatem sensu quibus potest muliebris corporis frigus probari. nam quod pilis, ut viri, non obſidentur, inopia caloris est. calor est enim qui pilos creat. unde & eunuchis defunt; quorum naturam nullus negaverit frigidorem viris. sed & in corpore humano illæ partes maxime vestiuntur, quibus amplius inest calor. leve autem est mulierum corpus, quasi naturali frigore densetur. comitatur enim algorem densitas, levitas densitatem. quod vero ſæpe purgantur non multi sed vitiosi humoris indicium est, indigestum est enim & crudum quod egreditur, & quasi infirmum effluit; nec habet sedem; sed natura quasi noxiū & magis frigidum pellitur. quod maxime probatur quia mulieribus, cum purgantur, etiam algere contingit. unde intelligitur frigidum esse quod effluit, & ideo in viyo corpore non manere quasi inopia caloris extinctum. quod muliebre corpus juvabat ardentes viros, <sup>2</sup> non calor erat sed pinguis carnis & oleo fuscis; quod non in illis contingeret ex calore. quod cito admonentur generationis; non nimii calor sed naturæ infirmioris est: ut exilia poma celerius maturescant, robusta serius. sed si vis intelligere in generatione veram rationem caloris, considera viros longe diutius perseverare in generatendo quam mulieres in pariendo: & hæc tibi sit indubitate probatio in utroque sexu vel frigoris vel caloris. nam vis eadem in frigore corpore celerius extinguitur, in calidore diutius perseverat. quod frigus aëris tolerabilius viris fertur; facit hoc suum frigus, similibus enim similia gaudent. ideo ne corpus earum frigus horē

<sup>1</sup> Adiungo Cornelii Taciti super Christianis locum Anon. i. 5.

<sup>2</sup> Et percutiēbā addita Indibria, ut ferarum pterigia contecti, lanatio canum interirent; aut crucibus affixi, aut flammāndi; atque ubi defecisset dies in usum luminis uerentur. Sed ambigō an satiū ī cohærens & firmus. scribit Sulpiius Severus, qui Tacitum ſæpe contradicit: Multi crucibus affixi, aut flammauti. Plerique in id reservagi, ut cum defec-

cisset dies in usum nocturni luminis uerentur. Unde cogitandum ne tonchinius fuerit in Cornelio: aut crucibus affixi aut flammauti; aliqui ubi defecisset dies. Poncat.

<sup>3</sup> Non calor erat sed pinguis carnis & olei simili | In Scripto reperiēbam: oleo similioris. Sed caro quomodo honeste affumulabitur oleo? Non dubitabis verum est, eleganter. Idem.

reat, facit consuetudo naturæ, quam sortitæ sunt frigidorem. Sed de his singuli, ut volunt, judicent. Ego vero ad sortem venio consulendi; & quod scitu dignum æstimo ab eodem Disario quero, & mihi usque ad affectum nimio amico & cum in cæteris tum in his optime docto. Nuper in Tusculano meo fui cum vindemiales fructus pro annua solennitate legerentur. erat videre permixtos rueticis servos haurire vel de expresso vel de sponte fluente mustum, nec tamen ebrietate capi. quod in illis præcipue admirabar, quos impelli ad insaniam parvo vino neveram. quero quæ ratio de musto ebrietatem aut tardam fieri faciat aut nullam. Ad hæc Disarius: Omne quod dulce est cito satiat nec diuturnam desiderii sui fidem tenet. sed in locum satietatis succedit horror. in musto autem sola dulcedo est; suavitas nulla. nam vinum cum in infancia est, dulce; cum pubescit, magis suave quam dulce est. esse autem harum duarum rerum distantiam certe Homerus testis est, qui ait;

*μέλιπ γλυκερῷ, καὶ οὐδὲ ὄντῳ.*

vocavit enim mel dulce, & vinum suave. mustum igitur, cum necdum suave est sed tantummodo dulce, horrore quodam tandem sumide se non patitur quantum sufficiat ebrietati. Addo aliud: naturali ratione ebrietati dulcedinem repugnare, adeo ut medici eos qui usque ad periculum distenduntur vino plurimo, cogant vomere: & post vomitum contra fumum vimi qui remansit in venis partem offerunt melle-illitum. & ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit. ideo ergo non inebriat multum, in quo est sola dulcedo: Sed & hoc de idonea ratione descendit; quod mustum grave est & fatus & aquæ permixtione; & pondere suo in intestina delabitur ac profuit, nec manet in lotis obnoxia ebrietati: delapsum vero relinquit sine dubio in homine ambas qualitates naturæ lux: quarum altera in flatu altera in aquæ substantia est: sed fatus quidem quasi æque ponderosus in imam delabitur: aquæ vero qualitas non solum ipsa non impellit in insaniam; sed & tiqua vinalis fortitudo in homine resedit, hanc diluit & extinguit. inesse autem aquam musto vel hinc docetur; quod cum in vétustatem prœredit sit mensura minus sed acrius fortitudine: <sup>3</sup> quia, exhalata aqua qua molliebatur, remanet vini sola natura cum fortitudine sua libera, nulla diluti humoris permixtione mollita.

<sup>3</sup> Quia, exhalata aqua | Nec aliter de hoc | ðætæððr ægðr ðra lñxer. Communicari quoque Aëter Geponicon: n̄ yðr c̄ aut̄ | vit illius Douza. Idem.

### C A P. VIII.

*De facilitate vel difficultate digestioni quorundam ciborum: deque aliis quibusdam, quæstionibus oppido quam argutis.*

POST hæc Furius Albinus: Ego quoque pro vigili portione Disarium nostrum inexercitum non relinquuo. dicas, quæsto, quæ causa difficile digestu facit insicium: quod ab infectione insicium dictum, (amissione

(amissione enim literæ postea quod nunc habet nomen obtinuit) cum multum in eo digestionem saturam juverit tritura, tam diligens & quicquid grave erat carnis assumperit consummationemque ejus multa ex parte confecerit. & Disarius: Inde hoc genus cibi difficile digeritur, unde putas ei digestionem ante provisam. levitas enim, quam tritura præsttit, facit ut innatet udo cibo, quem in medio ventris invenerit; nec adhæreat cuti ventris, de cuius calore digestio promovetur: sic & mox tritum atque formatum cum in aquam conjicitur natat, ex quo intelligitur quod idem faciens in ventris humore subducit se digestionis necessitatibus; & tam sero illic coquitur quam tardius conficiuntur, quæ vapore aquæ quam quæ igne solvuntur. deinde, dum instantius teritur, multis ei flatus involvitur, qui prius in ventre consumendus est: ut tum demum conficiatur quod remansit de carne jam liberum. Hoc quoque scire haveo, Furius inquit, quæ faciat cauſa nonnullos carnes validiores faciliter digerere quam tenues. nam, cum cito coquānt offas bubulas, in asperis piscibus concoquendis laborant. In his, Disarius ait, hujus rei auctor est nimia in homine vis caloris: quæ, si idoneam materiem suscipit, libere suscipitur, libere congregatur, & cito eam in concertatione confundit. levem, modo præterit ut latenter, modo in cinerem potius quam in succum vertit: ut ingentia robora in carbonum frusta lucentia igne vertuntur: paleæ si in ignem ceciderint; mox solum de eis cinerem restat videri. Habes & hoc exemplum non dissonum quod potentior mola ampliora grana confringit, integra illa quæ sunt minutiora transmittit. vento nimio abies aut quercus avellitur; cannam nulla facile frangit procella. cumque Furius delectatus enarrantis ingenio plura vellet interrogare: Cæcina le Albinus objecit; Mibi quoque desiderium est habendi paulisper negotii cum tam facunda Disarii doctrina. Dic, ore te, quæ facit cauſa ut sinapi & piper, si apposita cuti fuerint, vulnus excident & loca perforent; devorata vero nullam ventris corpori inferant lœsionem. & Disarius. Species inquit, & acres & calidæ superficiem cui opponuntur exulcerant: quia integra virtute sua sine alterius rei admixtione utuntur ad noxam. sed si in ventrem recepta sint, solvitur vis earum ventralis humoris alluvione, qua fiunt dilutiores. deinde prius vertuntur in succum ventris calore, quam ut integra possint nocere. Cæcina subjecit: Dum de calore loquimur, admoneor rei quam semper quæsitu dignam putavi: Cur in Agypto, quæ regionum aliarum calidissima est, vinum non calida, sed pene dixerim, frigida virtute nascatur? Ad hoc Disarius: Usu tibi, Albine, compertum est aquas, quæ vel de altis puteis vel de fontibus hauriuntur, fumare hie me, æitate frigescere. quod sit non alia de cauſa nisi quod aëre, qui nobis circumfulsus est, propter temporis rationem calente, frigus in terrarum ima demergitur

<sup>1</sup> In carbonum frustâ lucentia igne vertuntur | Scribo, i. c. frustal, i. v. Meurs.

ventri sens corpori. Pontan.

<sup>2</sup> Nullam ventris corpori | Leg. nullath

<sup>3</sup> Opponuntur | Leg. apponuntur. Idem.

& aquas inficit, quarum in imo est scaturigo, & contra, cum aër hiemem præfert, calor in interiora demens aquis in imo nascentibus dat vaporem. quod ergo ubique alternatur varietate temporis, hoc in Ægypto semper est, cuius aëris semper est in calore. frigus enim imma petens vitium radicibus involvit; & talem dat qualitatem succo inde nascenti. ideo regionis calidæ vina calore caruerunt. Tractatus noster, Albinus inquit, semel ingressus calorem non facile alio digreditur. Dicas ergo volo cur qui in aquam descendit calidam si se non moverit minus uritur; sed, si agitatu suo aquam moverit, majorem sentit calorem; & totiens aqua urit amplius, quotiens novus ei motus accesserit. & Disarius, Calida, inquit, quæ adhæserit nostro corpori mox præbet tactum sui mansuetiorem; vel quia cuti assuevit, vel quia frigus accepit à nobis. motus vero aquam novam semper a novam corpori applicat: & cessante assuetudine, de qua paulo ante diximus, semper novitas auget sensum caloris. Cur ergo, Albinus ait, estate cum aëris calidus flabro movetur, non calorem sed frigus acquirit? eadem enim ratione & in hoc fervorem deberet motus augere. non eadem ratio est, Disarius inquit, in aquæ & aëris calore. illa enim corporis solidioris est; & crassa materies cum movetur, integra vi sua superficiem cui admovetur invadit: aëris motu in ventum solvit, & liquidior se factus agitatu flatus efficitur. porro ut flatus illud removet quod circumfusum nobis erat, (erat autem circa nos calor) remoto igitur perflatum calore restat ut advenam sensum frigoris præstet agitatus.

## C A P. IX.

*Cur se in orbem rotantes patiantur vertiginem capitis. Et quomodo certi rebrum ipsum sensus expers, sensus tamen in certis membris gubernet. Ibique obire, que partes humani corporis sensu careant.*

**I**nterpellat Evængelus pergente consultationem: &, Exercebo, inquit, Disarium nostrum, si tamen minutis illis suis & rotantibus responsionibus satisfaciat consulentι. Die, Disari, cur qui ita se vertunt, ut saepe in orbem rotentur, & vertiginem capitum & obscuritatem patiuntur oculorum: postremo, si perseveraverint, ruunt, cum nullus alias motus corporis hanc ingerat necessitatem? Ad hæc Disarius: Septem, inquit, corporei motus sunt. aut enim accedit prorsum, aut retrorsum recedit, aut in dexteram levamve divertitur, aut sursum promovetur, aut deorsum, aut orbiculatum rotatur. ex his septem motibus unus tantum in divinis corporibus invenitur: sphæram dico

<sup>1</sup> *Minutis illis rotantibus responsionibus* | Benitissime Rotantibus, quasi que responsioni justæ & plenæ præluderent, quomodo, rotari olim milites, pugnæ. Transtulit quoque

| facete ad pocula Tullius: *Pocula, ut in Symposio Xenoplontis, minutæ aquæ rotantia. Dicenda haec censui, quia obsidet turpiter editiones peccatum rotantibus. Pontianus*

quo movetur cælum, quo sidera, quo cætera moventur elementa. terrenis animalibus illi sex præcipue familiares sunt, sed nonnumquam adhibetur & septimus. sed sex illi ut directi, ita & innoxii. septimus, id est, qui gyros efficit, cerebro conversu turbat, & humoribus capitis involvit spiramentum, quod animam cerebro quasi omnes sensus corporis gubernanti ministrat. hoc est autem spiramentum quod ambiens cerebrum singulis sensibus vim suam præstat; hoc est, quod nervis & musculis corporis fortitudinem præbet. Ergo vertigine turbatum & simul agitatis humoribus oppressum languescit & ministerium suum deserit. inde fit his qui rapteantur in gyros hebetior auditus, visus obscurior. postremo nervis & musculis nullam ab eo virtutem, quasi deficiente, sumentibus totum corpus, quod iis sustinetur & in robur erigitur, desertum jam fulcimentis suis, labitur in ruinam. sed contra hæc omnia consuetudo, quam secundam naturam pronuntiavit usus, illos juvat qui in tali motu sæpe versantur. spiramentum enim cerebri, quod paulo ante diximus, assuetum rei jam non sibi novæ, non pavescit hunc motum, nec ministeria sua deserit. ideo consuetis etiam iste agitatus innoxius est. & Evangelus: Irretitum te jam, Disari, teneo; &, si vere opinor, nulquam hodie effugies, & alios enim in arte tibi socios & ipsum te <sup>a</sup> audivi sæpe dicentem cerebro non inesse sensum; sed ut ossa, ut dentes, ut capillos, ita & cerebrum esse sine sensu. Verumne est hæc vos dicere solitos? an ut falsum refelles? Verum, ait ille. Ecce jam clausus es, ut enim concedam tibi præter capillos in homine aliiquid esse sine sensu, quod non facile persuasi est; tamen cur sensus omnes paulo ante dixisti à cerebro ministrari, cum cerebro non inesse sensum ipse fatearis? potestne excularé hujus contrarietatis ausum vel vestri oris nota volubilitas? & Disarius tenidens: Retia quibus me involutum tenes, nimis rara sunt, nimis patula. ecce me Evangelæ, sine nisu inde exemplum videbis. Opus naturæ est ut sensum vel nimium siccata vel nimium humectata non capiant ossa, dentes cum unguibus & capillis, nimia siccitate ita densata sunt, ut penetrabilia non sint effectui animæ qui sensum ministrat. adeps, medulla & cerebrum ita in humore atque mollicie sunt, ut eundem effectum animæ, quem siccitas illa non recipit, mollices ista non teneat. ideo tam dentibus, unguibus, ossibus & capillis, quam adipi, medullis & cerebro sensus inesse non potuit. & sicut sectio capillorum nihil doloris ingerit: ita si secerit vel dens, vel os, seu adeps, seu cerebrum, seu medulla; aberit omnis sensus doloris. Sed videmus, inquies, tormentis affici, quibus secantur ossa, torqueri homines & dolore dentium. hoc verum esse quis abneget? sed, ut os secerit, omentum quod impositum est ossi cruciatum, dum sectionem patitur, importat. quod cum medici manus transit, os jam cum medulla quam continet habent indolentiam sectionis similem

<sup>a</sup> Audiri sæpe dicentem cerebro non esse in sensu | Legi, inesse sensum. Aut ex v.c. esse sensum. Meurs.

capillorum : & cum dentium dolor est, non os dentis in sensu est, sed caro quæ continet dentem. nam & unguis, quantus extra carnem crescendo pergit, sine sensu secatur : qui carni adhæret, jam facit si fecetur dolorem non suo sed sedis suæ corpore. sicut capillus dum superior secatur nescit dolorem; si avellatur sensum accipit à carne quam deserit. & cerebrum, quod tactu sui hominem vel torquet vel frequenter interimit, non suo sensu sed vestitus sui, id est, omenti hunc importat dolorem. ergo diximus quæ in homine sine sensu sint & quæ hoc causa faciat indicatum est. reliqua pars debiti mei de eo est, cur cerebrum, cum sensum non habeat, sensus gubernet. sed de hoc quoque tentabo si potero esse solvendo. Sensus, de quibus loquimur, quinque sunt ; visus, auditus, odoratus, gustus & tactus. <sup>3</sup> hi aut corporei sunt aut circa corpus, solisque sunt caducis corporibus familiares. nulli enim divino corpori sensus ineſt ; anima vero omni corpore, vel si divinum est, ipsa divinior est. ergo si dignitas divinorum corporum sensum designatur, quasi aptum caducis : multo magis anima majoris est majestatis quam ut sensu egeat. ut autem homo constet & vivum animal sit, anima præstat, quæ corpus illuminat. porro illuminat inhabitando ; & habitatio ejus in cerebro est. sphæralis enim natura & ad nos veniens de alto partem in homine & altam & sphæram tenuit, & quæ sensu careat qui non est animæ necessarius. sed quia necessarius animali est, locat in cavernis cerebri spiramentum de effectibus suis, cuius spiramenti natura hæc est, ut sensus ingerat & gubernet. de his ergo cavernis, quas ventres cerebri nostra vocavit antiquitas, nascuntur nervorum septem συζυγια· cui rei nomen quod ipse voles Latinum facito. Nos enim συζυγια nervorum vocamus, cum bini nervi pariter emergunt & in locum certum desinunt. septem igitur nervorum συζυγια de cerebri ventre nascentes vicem implet fistularum spiramentum sensificum ad sua quæque loca naturali lege ducentes ; ut sensum vicinis & longe positis membris animalis infundant. Prima igitur συζυγια nervorum talium petit oculos, & dat illis agnitionem specierum & discretionem colorum. secunda in aures diffunditur ; per quam eis innascitur notitia sonorum. tertia naribus inseritur, vim ministrans odorandi. quarta palatum tenet ; quo de gustatibus judicatur. quinta vi sua omne corpus implet : omnis enim pars corporis mollia & aspera; frigida & calida discernit. sexta de cerebro means stomachum petit ; cui maxime sensus est necessarius. ut quæ desunt appetat, superflua respuat. & in homine sobrio se ipse moderetur. septima συζυγια nervorum, infundit sensum spinali medulla ; quæ hoc est animali quod est navi carina. & adeo uul aut dignitate præcipua est, ut longum cerebrum à medicis sit vocata. ex hac denique ut ex cerebro diversi nascuntur meatus virtutem tribus animæ propositis ministrantes. tria sunt enim quæ ex animæ providentia accipit corpus animalis ; ut vivat, ut decore vivat, & ut immortalitas ille successione queratur. his

<sup>3</sup> Hæc aut corporis sunt | Antiquiores, hi aut in corpore sunt. Gronov.

tribus propositis, ut dixi, animæ per spinalē medullā p̄̄ebetur effeſtus. nam cordi & jecori & spirandi ministeriis, quæ omnia ad vivendum pertinent, vires de spinalibus, quos dixi, meatibus ministrantur, nervis etiam manuum, pedum aliarumve partium per quas decore vivitur, virtus inde p̄̄estatur. & ut ex his successio procuretur, nervi ex eadem spinali medulla pudendis & matrici, ut suum opus impleant, ministrantur. ita nulla in homine pars corporis sine spiramento, quod in ventre cerebri locatum est, & sine spinalis medullæ beneficio constat. Sic ergo fit ut, cum ipsum cerebrum sensu careat, sensus tamen à cerebro in omne corpus proficiat. Euge Græculus noster, Evangelus ait, tam plane nobis ostendit res opertu naturæ tectas, ut quicquid sermo descripsit oculis videre videamur. sed Eustathio jam cedo, cui præripui consulendi locum. Eustathius: Modo vel vir omnium disertissimus Eusebius, vel quicumque volent alii ad exercitium consultationis accedant. nos postea liberiore otio congregemur.

\* Ita nulla in homine pars | Expuli ver- | cerant novitii, tantum, opinor, ad turbes  
substantivum, quod post Tō nulla adje- | ciendas. Idem.

## C A P. X.

*Qui fiat ut calvitium pariter atque canities anteriores capitū partes pri-  
mum invadant : Deinde, cur fæminæ atque eunuchis vox sit quam  
viris exiliior.*

ERgo, ait Eusebius, habendus mihi sermo, Disari, tecum de ætate cuius januam jam pæne ambo pulsamus. Homerus, cum senes mollescentes vocat, quæro utrum ex parte poëtico more totum caput significare velit, an ex aliqua ratione canos huic præcipue parti capitū assignet? & Disarius: Et hoc divinus Ille vates prudenter ut cætera. nam pars anterior capitū humidior occipitio est; & inde crebro solet incipere canities. Et si pars anterior, ait ille, humidior est, cur calvium patitur? quod non nisi ex siccitate contingit. Opportuna, inquit Disarius, objectio. sed ratio non obscura est. Partes enim priores capitū fecit natura rariores, ut quicquid superflui aut fumei flatus circa cerebrum fuerit evanescat per plures meatus. unde videmus in siccis defunctorum capitibus velut quasdam suturas, quibus hemisphæria, ut ita dixerim, capitū alligantur. quibus igitur illi meatus fuerint ampliores, humorem siccitate mutant; & ideo tardius canescunt, sed non calvicio carent. Si ergo siccitas calvos efficit, & posteriora capitū sicciora esse dixisti; cur calvum occipitum numquam videmus? ille respondit: Siccitas occipitii non ex vitio sed ex natura est. ideo omnibus sicca sunt occipitia. ex illa autem siccitate calvium pascitur, quæ per malam temperiem, quam Græci *Surgejorū* solent vocare,

vocare, contingit. <sup>1</sup> unde quibus capilli sunt crisi, quia ita temperati sunt ut capite sicciores sint, tarde canescunt, cito in calvicium transeunt, contra qui capillo sunt rariore, non eo facile nudantur, nutritient humore quod φλέγμα vocatur; sed fit illis citu canicies. nam ideo albi sunt cani; quia calorem humoris quo nutriuntur imitantur. Si ergo senibus abundantia humoris capillos in caniciem tingit: cur senecta opinionem exacte siccitatis accepit? Quia senecta, inquit ille, extinctio per vetustatem naturali calore, fit frigida: & ex illo frigore gelidi & superflui nascuntur humores. ceterum liquor vitalis longevitate siccatus est. inde senecta sicca est inopia naturalis humoris; humecta est abundantia vitiosi ex frigore procreati. hinc est quod ex vigiliis ætas gravior afficitur: quia somnus qui maxime ex humore contingit de non naturali humore nascitur. sicut est multus in infancia, quæ humida est, abundantia non superflui sed naturalis humoris. Eadem ratio est, quæ pueritiam canescere non patitur, cum sit humectissima, quia non ex frigore nato phlegmate humida est, sed illo naturali & vitali humore nutritur. ille enim humor, qui aut de ætatis frigore nascitur <sup>2</sup> aut cujuslibet vitiositatis occasione contrahitur, ut superfluus ita & noxius est. hunc videmus in foeminis nisi crebro egreditur extrema minitantem; hunc in eunuchis debilitatem tibiis ingarentem: quarum ossa quasi semper in superfluo humore natantia naturali vigore caruerunt; & ideo facile intorquentur, dum pondus superpositi corporis ferre non possunt: sicut canna pondere sibi imposito curvatur. Et Eusebius: Quoniam nos à senectute usque ad eunuchos traxit superflui humoris disputatio, dicas volo cur ita acutæ vocis sint ut saepe mulier an eunuchus loquatur nisi videoas ignores? Id quoque facere superflui humoris abundantiam ille respondit. Ipse enim αριθμεῖται, per quam sonus vocis ascendit, efficiens crassiorem angustat vocis meatum: & ideo vel foeminis vel eunuchis vox acuta est: viris gravis; quibus vocis transitus habet liberum & ex integro patentem meatum. nasci autem in eunuchis & in foeminis ex pari frigore parem poene importuni humoris abundantiam etiam hinc liquet; quod utrumque corpus saepe pingueſcit. certe ubera prope similiter utrique grandescunt.

<sup>1</sup> Unde quibus capilli sunt crisi? Venustius & brevius veteres, Unde capillo crisi. Pontanus.

<sup>2</sup> Aut cujuslibet vitiositatis occasione? Anglicanus emendatissime, viscum: ut occasione. Et confidenter superioris paulo, pariter refitudo: Inde senecta sicca est inopia naturalis

humoris, humecta est abundantia rufos ex frigore procreati. Nam rufos similiter viscosum est. Senescientium enim phlegma innat, & quæ illud Plautini sensim non meminat?

Minime spumat, screator sum, itidem minime mucidus. Idem.

## C A P. XI.

*Cur is quos pudet, aut qui gaudent, rubescant : ac metuentes pallor invadat.*

**H**IS dictis, cum ad interrogandum ordo Servium jam vocaret: naturali pressus ille verecundia usque ad prodigionem coloris erubuit. Et Disarius: Age, Servi, non solum adolescentium qui tibazquezvi sunt sed senum omnium doctissime, commascula frontem; & sequestrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiscum libere quod occurrit; interrogationibus tuis non minus doctrinæ collaturus quam si aliis consulentibus ipse respondeas. cumque diutile tacentem crebris ille exhortationibus excitaret; Hoc, inquit Servius, ex te quero, quod mihi contigisse dixisti; qua faciat causa ut rubor corpori ex animi pudore nascatur? & ille, Natura, inquit, cum quid ei occurrit honesto pudore dignum, imum petendo penetrat sanguinem: quo commoto atque diffuso cutis tinguitur; & inde nascitur rubor. dicunt etiam physici quod natura pudore tacta ita sanguinem ante se pro velamento tendat, ut videmus quemque erubescensem manum sibi ante faciem frequenter opponere. nec dubitare de his poteris, cum nihil aliud sit rubor nisi color sanguinis. addit Servius: Et qui gaudent cur rubescunt? & Disarius, Gaudium, inquit, extrinsecus contingit. ad hoc animoso occursu natura festinat; quam sanguis comitando quasi alacritate integratatis suæ compotem tinguit cutem. & inde similis color nascitur. idem refert: Contra qui metuunt qua ratione pallescant? Nec hoc, Disarius ait, in occulto est. natura enim cum quid de extrinsecus contingentibus metuit in altum tota demergitur: sicut nos quoque cum timemus latebras & loca nos occulentia querimus. ergo tota descendens ut lateat, trahit secum sanguinem, quo velut currū semper vehitur, hoc demerso humor dilutor cuti remanet; & inde pallescit. ideo timentes & tremunt: quia virtus animæ introrsum fugiens nervos relinquit, quibus tensabatur fortitudo membrorum; & inde saltu timoris agitantur. hinc & laxamentum ventris comitatur timorem: quia musculi, quibus claudebantur retrimentorum meatus, fugientis introrsum animæ virtute deserti laxant vincula, quibus retrimenta usque ad digestionis opportunitatem continebantur. Servius his dictis venerabiliter assensus obticuit.

<sup>1</sup> Commascula frontem; & sequestrata verecundia, quam in te facies rubore indicat | Praeclare de hac re Seneca, Epist. 11. Ubi se collegit, verecundiam, bonum in adolescentia signum, vix posuit excusare: adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hie illum, quantum suspicior, etiam cum se confirmaverit, & omnibus

vitiis exuerit sapientem quoque sequetur. Pont. <sup>2</sup> Trahit secum sanguinem, quo velut currū, semper vehitur. Suspicionem meam, tem puto: quo velut currū supervehitur. Apulius de Deo: currū volunti superferint, in li bello de Mundo. Idem.

## C A P. XII.

*De questionibus quindecim Disario ab Avieno propositis.*

Tunc Avienus: Quia me ordo, ait, ad similitudinem consultationis applicat, reducendus mihi est ad convivium sermo, qui longius à mensa jam fuerat evagatus & ad alias transferat questiones. Sepe apposita salita carne, quam *laridum* vocamus, ut opinor, quasi *large aridum*, querere mecum ipse constitui qua ratione carnem ad diuturnitatem ulus admixtio salis servet. hoc licet estimare mecum possim; malo tamen ab eo qui corporibus curat certior fieri. & Disarius: Omne corpus suapte natura dissolubile & marcidum est, & nisi quodam vinculo contineatur, facile defluit. continetur autem quandiu inest anima reciprocatione aëris qua vegetantur conceptacula spiritus, dum semper novo spirandi nutriuntur alimento. hoc cessante per animalia discessum membra marcescunt; & omne pondere suo confictum corpus obteritur. tum sanguis etiam, qui quandiu fuit compos caloris dabat membris vigorem, calore discedente versus in sanie non manet intra venas, sed foras exprimitur: atque ita laxatis spiramentis effluit tabes fæculenta. id fieri sal admixtus corpori prohibet. est enim natura siccus & calidus: & fluxum quidem corporis calore contrahit, humorem vero siccitate vel coercet vel exsorbet. certe humorem sale differri sive consumi fit hinc cognitu facile: quod si duos panes pari magnitudine feceris, unum sale alpersum, sine sale alterum; invenies indigentem salis pondere propensiorem; scilicet humore in eo per salis penuriam permanente. Et hoc à Disario meo quæsitus volo, cur defæcatum vinum validius sit viribus sed infirmius ad permanendum; & tam bibentem citò permovet, quam ipsum si manserit facile mutatur; Quod cito, inquit Disarius, permovet hæc ratio est: quia tanto penetrabilius in venas efficitur bibentis, quanto fit liquidius fæce purgata. ideo autem facile mutatur; quod nullo firmamento nixum undique sui ad noxam patet. fæx enim vino sustinendo & aleando & viribus sufficiendis quasi radix ejus est. Et hoc quero, Avienus ait, cur fæx in imo subsedit omnium nisi mellis: mel solum est quod in summum fæcem exspuat? ad hæc Disarius; Fæcis materia ut spissa atque terrena cæteris laticibus pondere præstat, melle vincitur. ideo in illis gravitate devergens ad fundum decidit; in melle vero, ut levior, de loco victa sursum pellitur. Quoniam ex his quæ dicta sunt ingerunt se similes questiones; cur, Disari, ita mel & vim divitis æstatibus habentur optima; mel quod recentissimum, vim quod vetustissimum; unde est & illud proverbium, quo utuntur gulones: *Mulsum quod probe tempores miscendum esse novo Hymetio* <sup>1</sup>

<sup>1</sup> *Mulsum quod probe tempores, miscendum cantilarum mulso & multo contemptra. Pu-*  
*esse novo Hymetio & Falerno vetero | Apule-*  
*ius 10. Lautum diligenter ecce illum aurum | tem, muſo. Marzial.*  
*Altica ne statim turbatis mella falernum.*  
*vetero*

*verulo Falerno.* Propterea, inquit ille, quia inter se ingenio diversa sunt. vini enim natura humida est, mellis arida. si dicto meo addubitaveris: medicinæ contemplator effectum. nam, quæ udanda sunt corporis, vino foyentur; quæ siccanda sunt, melle detergentur. igitur longinquitate temporis de utroque aliquid exsorbente vinum sic meracius, mel aridus: & ita mel succo privatur, ut vinum aqua liberatur. Nec hoc, quod sequitur, dissimile quæfitis est: cur, si vasinae vini atque olei diutule semiplena custodias, vinum ferme in acorem corruptitur, oleo contra sapor suavior conciliatur. Utrumque, Disarius ait, verum est. in illud enim vacuum, quod superne liquido caret, aër advena incidit qui tenuissimum quemque humorem elicit & exsorbet. eo siccato vinum quasi spoliatum viribus prout ingenio imbecillum aut validum fuit vel acore exasperatur vel austerritate restrinxitur. oleum autem, superfluo humore siccato velut mucore qui in eo latuit absterso, acquirit novam suavitatem saporis. Rursus, ait Avienus, Hesiodus cum ad medium dolii perventum est, compercendum, & cæteris ejus partibus ad satietatem dicit abutendum; optimum vi-num sine dubio significans quod in dolii medietate consisteret, sed & hoc usu probatum est in oleo optimum esse quod supernatat, in melle quod in imo est, quæro igitur cur oleum quod in summo est, vinum quod in medio, mel quod in fundo, optima esse credantur? nec cunctatus Disarius ait: Mel quod optimum est reliquo ponderosius est. in vase igitur mellis pars, quæ in imo est, utique præstat pondere; & ideo supernante preciosior est. contra in vale vini pars inferior admixtione fecis non modo turbulenta sed & sapore deterior est: pars vero summa aëris vicina corruptitur, cuius admixtione fit dilutior. unde agricolæ dolia non contenti sub tecto reposuisse defodiunt, & operimentis extrinsecus illijs muniunt, removentes in quantum fieri potest à vino aëris contagionem; à quo tam manifeste laeditur, ut vix se tueatur in vase pleno & ideo aëri minus pervio. cæterum si inde hauseris, & locum aëris admixtioni patefeceris, reliquum quod remansit omne corruptitur. media igitur pars quantum à confinio summi utriusque, tantum à noxa remota est quasi. nec turbulentia nec diluta, adjectit Avienus: Cur eadem potio meracior videtur jejuno, quam ei qui cibum sumpsit? & ille: Venas inedia vacue facit, saturitas obstruit. igitur cum potio per inanitatem penitus influit, quia non

*Miseri decet hoc à Ganymede merum.  
Ubi mi ceri, infundi est. Glossarium Ara-  
bico Latinum, misceo, infundo. Et Juvenal.  
Nescit tot mellissus emptus Pauperibus mi'cere  
puer. Item Ovidius, lib. i. Amorum Eleg. 4.  
Quod sibi miscerit, sajna, bibat ipse jubero.  
Ubi & observandum sapere pro gustare.  
Glossarium vero, quod dixi, ineditum est;  
fuitque penes peritissimum Orientalium Lin-  
guarum Franciscum Raphelengium. Fuit*

dico, sed invitus. Cogit tamen illa vis nu-  
pera fati, quæ & hunc nobis invidit virum  
& rapuit. Sed rapuit, ut res humane sunt,  
lucem ei sollicitam, & æratem senilim: fa-  
mam vero meritorumque gloriam adeo non  
abstulit ut etiam auxerit. Vivit vivetque  
per hominum memoriam Raphelengius, &  
opus monumentis posteritati traditus, ref-  
ces laude recens. Pontan.

obtusas cibo venas invenit, neque fit admixtione dilutior & per vacuum means gustatu fortiore sentitur. Hoc quoque sciendum mihi est, Avienus ait; cur qui esuriens biberit aliquantulum famem sublevat; qui vero sitiens cibum sumperit, non solum non domat sitim sed magis magisque cupidinem potus acendit? Nota est, inquit Disarius, causa, nam liquori quidem nihil officit, quin sumptus ad omnes corporis partes quoquo versus permanet, & venas compleat. & ideo inedia quæ inanitatem fecerat accepto potus remedio quasi jam non in totum vacua recreatur. cibatus vero utpote concretior & grandior in venas non nisi paulatim confessus admittitur. ideo sitim quam reperit & nullo subsidio sublevat; immo quicquid foris humoris nactus est exforbet: & inde penuria ejus quæ sitis vocatur augetur. Nec hoc mihi, Avienus ait, ignoratum relinquo: cur major voluptas est cum sitis potu extinguitur, quam cum fames fedatur cibo? & Disarius: Ex prædictis hoc quoque liquet. nam potionis totius haustus in omne corpus simul penetrat & omnium partium sensus facit unam maximam & sensibilem voluptatem: cibus autem exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur. ideo voluptas ejus multisfariam comminuitur. Hoc quoque, si videtur, addo quæsitis: cur qui avidius vorant facilius satias capit quam qui eadem quietius ederint. Brevis est, inquit illa responsio. nam, ubi avide devoratur, tunc multus aer cum edulibus infertur propter hiantium rictus & crebritatem respirandi. igitur ubi aer venas complevit ad objiciendum fastidium pro cibo pensatur: Ni molestus tibi sum, Disari, patere plus nimio ex discendi cupidine garrantem; & dicas, quæso, cur edulia calida facilius comprimitur ore quam manu sustinemus; & si quid eorum plus servet quam ut diutius possit mandi, illico devoramus, & tamen alvis non perniciose uritur? & ille: Intestinus calor qui in alvo est quasi multo major vehementiorque quicquid calidum accipit magnitudine sua circumvenit ac debilitat. ideo præstat si quid ori fervidum admoveris, non, ut quidam faciunt, hiare (ne novo spiritu fervori vires ministres) sed paulisper labra comprimere; ut major calor qui de ventre etiam ori opitulatur comprimat minorem calorem. manus autem ut rem servidam ferre possit nullo proprio juvatur calore. Jamdudum, inquit Avienus, nosse haveo cur aqua quæ obsita globis nubium perducitur

<sup>2</sup> Nullo subsidio sublevat | Omnes ante Stephanum nullo solatio subl. quod multo gratius. Et sic paulo post: cibus exiguo subministratu paulatim penuriam consolatur. Sed & posterioribus solatii usurpat pro subsidio. Paulus apud Eutropium, lib. 13. Cum barbarorum solatii regnum tentaret invadere. Valerius quoque Maximus x. cap. ult: Alimenta inopia laborantibus, doles virginibus paupertate pressi, detrimentorum incursum quaessatis solatia erogabantur. Cento, quem vir eruditus bujus verbi occasione

attexat vult Floro, nauci non est. Gronev.

<sup>3</sup> Aqua que obsita globi nubium | His; quoque scripta lectio, non nivium. Et videatur ita nivem rigide convolutam, proprie appellasse. Sammonicus Serenus:

Desinet interea glomerari farrea nubes,

Cessabitque gravis crebra porrigitus imber.

Et adde proprie Sidonii Apollinaris verba ex libro, 2. Epist. 2. Nœvulnus maculas & frusta nobularum. Ubi frusta nobularum idem notant, quod Macrobo globi nubium. Pontan.

ad

ad nivalem rigorem <sup>4</sup> minus in potu noxia est, quam ex ipsa nive aqua resoluta.<sup>5</sup> scimus enim quot quantaque noxx epoto nivis humore nascantur. & Disarius: Addo aliquid à te quæstib. aqua enim ex nive resoluta etiam si igne calefiat & calida bibatur, æque noxia est, ac si epota sit frigida. ergo non solo rigore nivalis aqua perniciosa est, sed ob aliam causam; quam non pigebit aperire auctore Aristotele; qui in physicis questionibus suis hanc posuit, & in hunc sensum, ni fallor, absolvit: Omnis aqua, inquit, habet in se aëris tenuissimi portionem, quo salutaris est, habet & terream fæcem, qua est corporulenta post terram. cum ergo aëris frigore & gelu coacta coalescit; necesse est per evaporationem velut exprimi ex ea auram illam tenuissimam: qua discedente conveniat in coagulum sola terrea in se remanente natura. quod hinc appareat. quia, cum fuerit eadem aqua solis calore resoluta, minor modus ejus reperitur quam fuit antequam congelasceret. deicit autem quod evaporatio solum in aqua salubre consumptis. nix ergo, quæ nihil aliud est quam aqua in aëre densata, tenuitatem sui cum denseretur amisit? & ideo ex ejus resolutæ potu diversa morborum genera visceribus inseminantur.. Nominatum gelu veteris, quæ molestie agitare, admonuit quæstionis, cur vina aut numquam aut rarerter congelascant, cæteris ex magna parte humoribus nimietate frigoris cogi solitis? num quia vinum semina quædam in se caloris habet, & ob eam rem Homerus dixit *αἴδομε οὐσίαν*, non, ut quidam putant, propter colorem? an alia quæpiam caula est? quam quia ignoro scire cupio. ad hæc Disarius: Esto, vina naturali muniantur calore, num oleum minus ignitum est, aut minorem vim in corporibus calefactandis habet? & tamen gelu stringitur. certe, si putas ea quæ calidiora sunt difficilius congelascere, congruens erat nec oleum crescere, & ea quæ frigidiora sunt facile gelu cogi. acetum autem omnium maxime frigorificum est; atque id tamen numquam gelu stringitur. num igitur magis oleo causa est coaguli celerioris quod? & levigatus, & spissius est; faciliora enim ad coëundum videntur, quæ levigatoria densioraque sunt. vino autem non contingit tanta mollicies; & est quam oleum multo liquidius. acetum vero & liquidissimum est inter cæteros humores; & tanto est acerbius, ut sit acore tristificum; & exemplo marinæ aquæ quæ ipsa quoque amaritudine sui aspera est, numquam gelu contrahitur. nam quod Herodotus historiarum scriptor,

*Aqua qua osita globis nubium | Lego, | globi nivium. Meuri.*

<sup>4</sup> Non minus in potu noxia est | Primam dictionem vel Mureti libri fide eliminavimus. Nam omnino verum, minus in potu noxia est. Et vidimus ipsi, in Urbe Orbis quondam domina, hanc, quam tangit Macrobius, rationem, nivibus videlicet intra vires phialas circumvallandi fine mixtione potabilem liquorem. Martialis quoque intellexit illo versu:

*Non fatere nivem, sed aquam patare rigentem | De nive commenta est ingeniosa sita. | Sed maxime si tali interpunctione legas, sed aquam patare rigentem De nive, commenta est ingeniosa sita. | Et ita Raphelengiana editio. Idem enī vult quod dixit Macrobius istis paulo ante verbis; *Aqua, qua osita globis nivium, perducunt ad nivalem rigorem. Rigentem itaque de nive, est ob nivem phialas circumjectam. Idem.**

contra omnium ferme qui hæc quæsiverunt opinionem, scripsit mare Bosphoricum, quod & Cimmerium appellat, earumque partium mare omne quod Scythicum dicitur id gelu constringi & confistere; aliter est quam putatur, nam non marina aqua contrahitur: sed quia plurimum in illis regionibus fluviorum est & paludum in ipsa maria influentium, superficies maris cui dulces aquæ innatant congelascit: & incolimi aqua marina videtur in mari gelu sed de advenis undis coactum, hoc & in Ponto fieri videmus. in quo frusta quædam, & ut ita dixerim, proficiæ gelidæ feruntur contractæ de fluvialium vel palustrium undarum multitudine: s in quas licet frigori quasi levatores marina plurimum autem aquarum talium influere Ponto & totam superficiem ejus infectam esse dulci liquore, præter quod ait Sallustius, *mare Ponticum dulcissimus quam cetera*. est hoc quoque testimonio: quod si in Pontum vel paleas vel ligna seu quæcumque alia natantia projeceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem, atque ita in mare quod alluit Asiz oram; cum constet in Pontum influere maris aquam, non effluere de Ponto. meatus enim qui solus de oceano receptas aquas in maria nostra transmittit in freto est Gaditano, quod Hispaniam Africamque interjacet, & sine dubio inundatio ipsa per Hispaniens & Gallicanum litora in Tyrrhenum prodit: inde Hadriaticum mare facit. ex quo dextra in Parthenium, Iæva in Ionum, & directum in Ægeum pergit; atque ita ingreditur in Pontum. Quæ igitur ratio facit ut rivatim aquæ de Ponto fluant, cum foris influentes aquas Pontus accipiat? sed constat utraque ratio. nam superficies Ponti propter nimias aquas quæ de terra dulces influunt foras effluit: deorsum vero intro pergit influxio. unde probatum est natantia, quæ, ut supra dixi, jaciuntur in Pontum, foras pelli; si vero columna deciderit, intror-

*s In quas licet frigori quasi levatores marina | Hiantia hæc verba & fracta. Libri vero stiores & Caiensrii: In quas licet frigore concreta, tamen sunt natantes, quasi levatores marina: quæ pleniora, nec plena tamen plene aut proba. Q[uo]d enim referas istud, in qua? Rem ipsam vide; nec ambigo quin probabis quod conjectando inventum: *luculentum licet frigore concreta*. Vult enim dicere Ponti illas glacierum proficias, quantæcumque licet rigiditatis & molis fuerint, fluere tamen & vagari utpote leviores aqua, quæ falsidet, falsa. Fefellit autem librarios insolentior dictio, *inquantum licet frigore concreta*, quæ tamen & Plinius juniori frequenterata. Quæ, inquit, ut dumus ipsa, perirent, a metu tamen inquantum poterit, requarentur. Ponto de Pontico mari, imo omni marina aqua quod differt contra Herodotum Macrobii, vis esse videlicet eam congelationis capacem; nos, ut de Ponto*

nostro Danico omittamus dicere, contrarium ex Nasone (nisi cum ut portam elevatas) cognoscimus. Ait ipse non stringi modo leviter gelu Bosphoricum, & illum sinum, aut proficias ei solas, ut verba Macrobi sunt, innatæ & superfluere; sed regi planitus & transvehi plaustris. Versus sunt:

*Ifse vides certe glacie concrescere Pontum,*

*Ifse vides gelido stantia vina gelu.*

*Ifse vides onerata serox us ducat Lacia*

*Per medias Istri plaustra bubulcus aquæ.*

Ubi & de vino obiter habes, quod idem Aurelius nostre nunquam aut rarerenter credit stringi. Cui addas velim insignem hunc ex Cominiano locum: *Vinson sic erat astritum gelu in ipsis vasis, ut securi fractum distribueretur militibus, qui acito alimendo caitore, circumferebant illud, donec liqueferet. Et Maronis hoc de Scythis tractu, lib. 3. Georg. cadunq[ue] securibus bastida vino.* Idem.

fuma minari. & hoc saepe usū probatum est, ut graviōra quæque in fundo Propontidis ad Ponti interiora pellantur. Adjecta hac una consultatione reticebo. Cur omne dulcium magis dulce videtur cuā frigidum est quam si caleat? respondit Disarius: Calor sensum occupat, & guttatum linguae fervor interpedit. ideo ex asperatione oris præventa suavitatis excluditur. quod si caloris absit injuria: tum demum potest lingua incolumi blandimento dulcedinem pro merito ejus excipere. præterea succus dulcis per calorem non impune penetrat venarum receptacula: & ideo noxa minuit voluptatem.

## C A P. XIII.

*De questionibus tribus quas Horus Disario proposuit.*

**S**UCCESSET Horus, &c. Cum multa, inquit, de potu & cibitu quæfiset Avienus, unum maxime necessarium, sponte an oblitus ignoro, prætermisit; cur jejunii magis fitiant quam esuriant. hoc in commune nobis, Disari, si videtur, absolve. & ille, Rem tractatu dignam, inquit, Hore quæfisti; sed cuius ratio in aperto sit. cum enim animal ex diversis constet elementis: unum est de his quæ corpus efficiunt, quod & solum aut maxime ultra cetera aptum sibi quærat alimentum: calorem dico, qui liquorem sibi exigit ministrari. certe de ipsis quatuor elementis extrinsecus videmus nec aquam, nec aërem, neque terram aliquod quo alatur aut quod consumat exigere, nullamque noxam vicinis vel appositis sibi rebus inferre. solus ignis alimenti perpetui desiderio quicquid offendit absumit. inspice & primæ ætatis infantiam, quantum cibum nimio calore conficiat: & contra senes cogita facile tolerare jejunium; quasi extincto in ipsis calore, qui nutrientis recreari solet. sed & media ætas, si multo exercitio excitaverit sibi naturalem calorem, animosius cibum appetit. consideremus & animalia sanguine carentia, quæ nullum cibum quærant penuria caloris. Ergo si calor semper est in appetentia; liquor autem proprium caloris alimentum est; bene in nobis, cum ex jejunio corpori nutrimenta quæruntur, præcipue calor suum postulat: quo accepto corpus omne recreatur, & patientius expectat cibum solidiorem. His dictis anulum Avienus de mensa retulit, qui illi de brevissimo dexteræ manus digito repente deciderat. cumque à præsentibus quæreretur cur eum alienæ manui & digito & non huic gestamini deputatis potius inficeret: ostendit manum lœvam ex vulnere tumidiorem. hinc Horo nata questionis occasio, & dic, inquit, Disari, (omnis enim situs corporis pertinet ad medici notionem. tu vero doctrinam ultra & quam medicina postulat consecutus es) dic, inquam, cur sibi communis assensus anulum in digito, qui minimo vicinus est, quem etiam medicinalem vocant, & manu præcipue siniitra gestandum esse persuasit? & Disarius: De hac ipsa questione sermo quidam ad nos ab Ægypto

venerat, de quo dubitabam fabulamne an veram rationem vocarem, sed libris anatomicorum postea consultis verum reperi, nervum quendam de corde natum priorum pergere usque ad digitum manus finistræ minimo proximum, & illic desinere implicatum cæteris ejusdem digiti nervis: & ideo visum veteribus, ut ille digitus annulo tamquam corona circundaretur. & Horus: Adeo, inquit, Disari, verum est ita ut dicis Ægyptios opinari, ut ego sacerdotes eorum, quos prophetas vocant, cum in templo vidissim circa deorum simulachra hunc in singulis digitum conflictis odoribus illinire, & ejus rei causas requisissim: & de nervo quod jam dictum est principe eorum narrante dicerim, & insuper de numero qui per ipsum significatur. complicatus enim senarium numerum digitus ille demonstrat, qui omnifariam plenus, perfectus, atque divinus est. causaque cur plenus sit hic numerus ille multis asseruit. ego nunc ut præsentibus fabulis minus aptas relinquo. Hæc sunt quæ in Ægypto divinarum omnium disciplinarum compote cur anulus huic digito magis inseratur agnovi. Inter hæc Cæcina Albinus. Si volentibus vobis erit, inquit, in medium profero quæ de hac eadem causa apud Ateium Capitonem pontificii juris inter primos peritum legisse memini: qui, cum nefas esse sanctaret deorum formas inculpi anulis eo usque processit, ut & cur in hoc digito vel in hac manu gestaretur anulus non taceret. veteres, inquit, non ornatus, sed signandi causa anulum secum circumferebant. unde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero. <sup>1</sup> quos solos fides deceret, quæ signaculo continetur. ideo jus anulorum famuli non habebant. in primebatur autem sculptura materia anuli sive ex ferro sive ex auro foret: & gestabatur ut quisque vellet, quacunque manu, quolibet digito. postea, inquit, usus luxurianti etiam signaturæ preciosis gemmis cœpit insculpere: & certatim hæc omnis imitatio laceffivit, ut de augmento preciis quo sculpentes lapides parassent gloriarentur. binc factum est ut usus anulorum exemplis dexteræ, que multum negotiorum gerit, in levam re'legaretur, que otiosior est: ne crebro motu & officio manus dexteræ pretiosi lapides frangerentur. Electus autem, inquit, in ipsa leva manu digitus minimo proximus, quasi aptior cæteris, <sup>2</sup> cui commendaretur anuli preciositas. nam pollex, quis nomen ab eo quod pollet accepit, nec in sinistra cessat, nec minus quam tota manus semper in officio est. unde apud Græcos αὐτίχεια, inquit, vocatur, quasi manus altera. pollici vero vicinus nudus & sine tuitione alterius appositi videbatur. nam pollex ita inferior est ut vix radicem ejus excedat. medium & minimum vitaverunt, inquit, ut ineptos, alterum magnitudine, brevitate alterum: & electus est qui ab utroque clauditur, & minus officii gerit,

<sup>1</sup> Quos solos fides deceret? Servosne igitur fides dedecet? Putem verius quod in Scripto & editionibus prisca: discerneret. Discernebantur à servis liberi, signaculi portestate & possessione. Postea tamen & in-

valescente Romanorum luxu aliter obtinuit. Plinius videto & alios. Pontan.

<sup>2</sup> Cui commendaretur annuli preciositas? Vetus idem, otiositas. Idem.

*& ideo servando anulo magis accommodatus est.* Hæc sunt quæ lectio pontificalis habet. unusquisque ut volet vel Etruscum vel Egyptiacam opinionem sequatur. Inter hæc Horus ad consulendum reverlus, Scis, inquit, Disari, præter hunc vestitum qui me tegit, nihil me in omni censu aliud habere. <sup>3</sup> unde nec servus mihi est, nec ut sit opto: sed omnibus usum, qui vivo ministrandus est, ego mihi metu subministro. Nuper ergo, cum in Hostiensi oppido moraser. sordidatum pallium meum in mari diutule lavi; & super litus sole siccavi: nihilque minus exdem in ipso post ablutionem maculæ sordium visebantur. cumque me res ista stupefaceret: assistens forte nauta, Quin potius, ait, in fluvio ablue pallium tuum, si vis emaculatum? parui ut verum probarem; & aqua dulci ablutum atque siccatum vidi splendori suo redditum: & ex illo causam requiro, cur magis dulcis quam salsa aqua idonea sit sordibus abluendis. Jamdudum, Disarius inquit, hæc quæstio ab Aristotele & proposita est & soluta. ait enim aquam marinam multo spissiorem esse quam est dulcis: immo illam esse fæculentam, dulcem vero puram atque subtilem. hinc facilius, ait, vel imperitos nandi mare sustinet: cum fluvialis aqua quasi infirma & nullo adjumento fulta mox cedat, & in imum pondera accepta transmittat. ergo aquam dulcem dixit quasi natura levem celerius immergere in ea quæ abluenda sunt; & dum siccatur, secum sordium maculas abstrahere: marinam vero quasi crassiorem nec facile penetrare purgando propter densitatem sui, & dum vix siccatur non multum sordium secum trahere. cumque Horus his assentiri videretur: Eustathius ait; Ne decipias, quælo, credulum, qui se quæstionemque suam commisit fidei tuz. Aristoteles enim, ut nonnulla alia, magis acute quam vere ista differuit. adeo autem aquæ densitas non nocet abluendis; ut sèpe qui aliquas species purgatas volunt, ne sola aqua vel dulci tardius hoc efficiant, admisceant illi cinerem, vel si defuerit, terrenum pulverem; ut crassior facta celerius possit abluere. nihil ergo impedit marinæ aquæ densitas. sed nec ideo quia salsa est minus abluit. salinitas enim findere & velut aperire solet meatus: ideo magis elicere debuit abluenda. sed hæc una caula est cur aqua marina non sit ablutioni apta, quia pinguis est; sicut & ipse Aristoteles sèpe teiltatus est; & sales docent, quibus inesse quiddam pingue nullus ignorat. est & hoc indicium pinguis aquæ marinæ, quod, cum inspergitur flammæ, non tam extinguit quam pariter accenditur aquæ pinguedine alimoniam igni subministrante. postremo, Homerum sequamur, qui solus fuit naturæ conscius. facit enim Nauficaam Alcinoi filiam abluentem vestes, cum super mare esset, non in mari sed fluvio. idem locus Homeri docet nos marinæ aquæ quiddam inesse pingue permistum. Ulysses enim cum jamdudum mare evasisset, & itaret siccato corpore, ait ad Nauficæ famulas:

<sup>3</sup> Unde nec servus mibi est | Catullus, Furi, cui neque servus est negre arca. Idem.

Αμφισσολοις επιθετον των θυσιαστην, οφρέγα αυτός

Δικιος άμυνον θυσιαστην.

post hoc cum descendisset in fluvium,

Εκ κεφαλης έσπειρε αλλος χθεν.

divinus enim vates, qui in omni re naturam secutus est, expressit quod fieri solet; ut, qui ascendunt de mari si in sole steterint, aqua quidem celeriter sole siccetur, maneat autem in corporis superficie veluti flos quidam, qui & in detergendo sentitur. & haec est aqua marina pinguedo, quae sola impedit ablutionem.

### C A P. XIV.

*Simulacra cur sub aqua majora esse videantur quam revera sint. Tum in universum quomodo visio fiat: an susceptione simulacrorum que à rebus in oculos promanant, an potius emissione radiorum ex ipsis oculis.*

**E**T, quia à ceteris expeditus mihi te paulisper indulges, modo autem nobis de aqua sermo fuit: quæcumque cur in aqua simulachra majora veris videntur? quod genus apud popinatores pleraque scitamentorum cernimus proposita, ampliora specie quam corpore, quippe videmus in doliolis vitreis aqua plenis & ova globis majoribus & jecuscula fibris tumidioribus & bulvas spiris ingentibus: & omnino ipsum videre, qua nobis ratione constat? quia solent de hoc nonnulli nec vera nec verisimilia sentire. Et Dilarius, Aqua, inquit, densus est aëris tenuitate; ideo eam cunctatio visus penetrat, cuius offensiva percussa videndi acies scinditur, & in se recurrat. scissa dum reddit; jam non directo iectu sed undique versum incurrit liniamenta simulachri: & sic fit ut videatur imago archetypo suo grandior. nam & solis orbis matutinus solito nobis major appetet: quia interjacet inter nos & ipsum aëris adhuc de nocte roscidus: & grandescit imago ejus tamquam in aqua speculo visatur. ipsam vero videndi naturam non insubide introspexit Epicurus: cuius in hoc non est ut zestimo improbanda sententia, adstipulante præcipue Democrito. quia sicut in ceteris ita & in hoc paria senserunt. Ergo censet Epicurus ab omnibus

<sup>1</sup> *Bulvas spiris ingentibus* | Corrigitur in margine *vultas*. Vide supra ad cap. 14. lib. 2. *Pontian.*

<sup>2</sup> *Ab omnibus corporibus jugi flore* | Admonet me hic locus loci Velleiani; cui quis non symbolam suam contulit pag. 56. editionis postremæ, *Nusquam erat Pompeius corpore, adhuc ubique Juba nomine?* Versatur, inquam in, vexaturque à Criticis & invicem co: vexat. Conjecturas has reperio: *adhuc inique ibat nomine, item vivebat nomine; item, ubi nesciuntur nomine. Titii antagonista*

*deleri turbantem vocem Juba placuit; quod & mihi perplacet, nisi constantes adeo libri omnes fuggerent. Quocirca, Me quoque permixtum duecibus cognoscite Achrius; lego, adhuc ubique jugi nomine. Corripuele in doles manifesta est, & aliam similem in eodem Velleib, sed rei maioris & quæ ad historie seriem faciebat, probavimus olim elegansissimo & publici rei literariorum boni inique amantissimo viro Martino Lydio. Sed nunc præterfugimus, occasioni reservatai & temporis. Idem.*

*corpori-*

corporibus jugi fluore quæpiam simulachra manare ; nec unquam tantulam moram intervenire, quin ultiro ferantur inani figura cohærentes corporum exuviae, quarum receptacula in nostris oculis sunt : & ideo ad deputatam sibi à natura sedem proprii sensus recurrent, hæc sunt quæ vir ille commemorat, quibus si occurris obvius, exspecto quid referas. ad hæc tenidens Eustathius, In proposito est, inquit, quod decepit Epicurum. à vero enim lapsus est aliorum quatuor sentium securus exemplum : quia in audiendo, gustando & odorando atque tangendo nihil è nobis emittimus, sed extrinsecus accipimus quod sensum sui moveat. quippe & vox ad aures ultiro venit, & auræ in nares influunt ; & palato ingeritur quod gignat saporem ; & corpori nostro applicantur tactu sentienda. hinc putavit & ex oculis nostris nihil foras proficiisci ; sed imagines rerum in oculos ultiro meare. cuius opinioni repugnat, quod in speculis imago adversa contemplatorem suum respicit : cum debeat, siquidem à nobis orta recto meatu proficiiscitur, posteram sui partem cum discedit ostendere, ut lœva lœvam, dextera dexteram respiciat. nam & histrio personam sibi detractam ex ea parte videt, qua induit ; scilicet non faciem sed posteriorem cavernam. deinde interrogare hunc virum vellem, an tunc imagines è rebus avolant, cum est qui velit videre : an & cum nullus aspicit emicant undique simulachra. nam si quod primum dixi teneat, quæro cuius imperio simulachra præsto sint intuenti, & quotiens quis voluerit ora convertere, totiens se & illa convertant ? sin secundo inhæreat, ut dicat perpetuo fluore rerum omnium manare simulachra : quæro quamdiu cohærentia permanent nullo coagulo juncta ad permanendum ? aut si manere dederimus, quemadmodum aliquem retinebunt colorem : cuius natura cum sit incorporea, tamen numquam potest esse sine corpore ? dein quis potest in animum inducere simulatque oculos verteris incurrire imagines cœli, maris, litoris, prati, navium, pœcudum, & innumerabilium præterea rerum quas uno oculorum jactu videmus ; cum sit pupula quæ visu pollet oppido parva ? & quoniam modo totus exercitus visitur ? an de singulis militibus profecta simulachra se congerunt, atque ita collecta tot milia penetrant oculos intuentis ? Sed quid laboramus opinionem sic inanem verbis verberare, cum ipsa rei vanitas se refellat ? constat autem visum nobis hac provenire ratione. Geminum lumen è pupula, quacunque eam verteris, directa linea emicat. id oculorum domesticum profluvium, si repererit in circumfuso nobis aëre lucem, per eam directim pergit, quamdiu corpus offendat : & si faciem verteris ut circumpicias, utrobique acies videndi directa procedit. ipse autem jactus, quem diximus de nostris oculis emicare, incipiens à tenui radice in summa sit latior : sicut radii à pictore finguntur. ideo per minutissimum foramen contemplans oculus videt cœli profunditatem. Ergo tria ista nobis necessaria sunt ad effectum videndi ; lumen quod de nobis emittimus, & ut aës qui interjacet lucidus sit, & corpus quo offenso definat

definat intentio. quæ, si diutius perget, rectam intentionem lassata non obtinet; sed scissa in dexteram levamque diffunditur. hinc est quod ubicunque terrarum steteris tibi quandam coeli conclusionem videre; & hoc est quod *bizontem* veteres vocaverunt. quorum indago fideliter deprehendit directam ab oculis aciem per planum contra aspicientibus non pergere ultra centum octoginta stadia, & inde jam recurvari. *per planum*, ideo adjeci, quia altitudines longissime aspicimus. quippe qui & coelum videmus. Ergo in omni horizontis orbe ipse qui intuetur centrum est. & quia diximus quantum à centro acies usque ad partem orbis extenditur: sine dubio in horizonte *diaphys* orbis trecentorum sexaginta stadiorum est: &, si ulterius qui intuetur accesserit seu retrosum recesserit, similem circa se orbem videbit. Sicut igitur diximus cum lumen quod pergit è nobis per aëris lucem in corpus inciderit, impletur officium videndi: sed ut possit res visa cognosci, renuntiat visam speciem rationi sensus oculorum; & illam advocata memoria recognoscit. Ergo videre oculorum est, judicare rationis, memoriarum meminisse. quia trinum est officium, quod visum complet ad dignoscendam figuram, sensus, ratio, memoria. sensus rem visam rationi refundit. illa quid visum sit recordatur. adeo autem in tuendo necessarium est rationis officium, ut sèpe in uno videndi sensu etiam alium sensum memoria suggestente ratio deprehendat. nam, si ignis appareat, scit euni & ante tactum ratio calere. si nix sit illa quæ visa est; intelligit in ipsa ratio etiam tactus rigorem. hac cessante visus inefficax est: adeo ut quod remus in aqua fractus videtur, vel quod turris eminus visa cum sit angulosa rotunda existimatur, faciat rationis negligentia: quæ, si se intenderit, agnoscit in turre angulos & in remo integratem; & omnia illa discernit, quæ Academicis damnandorum sensuum occasionem dederunt: cum sensus unus inter certissimas res habendus sit, comitante ratione; cui nonnunquam ad discernendam speciem non sufficit sensus unus. nam si eminus pomì, quod malum dicitur, figura visatur; non omnimodo id malum est. potuit enim ex aliqua materia fangi mali similitudo. advocandus est igitur sensus alter, ut odor judicet. sed potuit inter congeriem malorum positum auram odoris ipsius concepisse. hic tactus consulendus est, qui potest de pondere judicare. sed metus est ne & ipse fallatur, si fallax opifex materiam quæ pomì pondus imitaretur elegit. configiendum est igitur ad saporem. qui si formæ consentiat; malum esse nulla dubitatio est. Sic probatur efficaciam sensuum de ratione pendere. ideo deus opifex omnes sensus in capite, id est, circa sedem rationis, locavit.

\* Cum sit angulosa rotunda existimatur,  
faciat rationis negligentia | Pulchre Petronii-  
us & apposite:

Fallant nos oculi, vagique sensus

Oppressa ratione mentientur.  
Nam turris, prope qua quadrata surgit,  
Attritus procul angulis rotatur. Idem.

## C A P. XV.

*Sæcis, recte scriptum sit à Platone, cibum per stomachum trahi : potum vero per arteriam quæ trachia dicitur, fibris pulmonis illabi.*

**H**IS dictis, favor ab omnibus exortus est admirantibus dictorum soliditatem, adeo ut attestari vel ipsum Evangelum non pigeret. Disarius deinde subjicit : ' Iti plausus sunt, qui provocant philosophiam ad vindicandos fibi de aliena arte tractatus, unde saepe manifestos occurrit errores. ut Plato veleter, dum nec anatomica quæ medicinæ propria est abstinet, risum de se posteris tradidit. dixit enim divisas esse vias devorandis cibatui & potui ; & <sup>2</sup> cibum quidem per stomachum trahi, potum vero per arteriam quæ trachia dicitur fibris pulmonis illabi. quod tantum virum vel æstimasse vel in libros retulisse mirandum est, vel potius dolendum. unde Erasistratus medicorum veterum nobilissimus in eum jure invectus est, dicens retulisse illum longe diversa quam ratio deprehendit. duas enim esse fistulas instar canalium, easque ab oris faucibus proficiisci deorsum ; & per earum alteram induci delabique in stomachum elculenta omnia & poculenta, ex eoque ferri in ventriculum, quod Græce appellatur *πραχτία ἀγμεία*, atque illic subigi digerique ; ac deinde aridiora ex his retrimenta in alvum convenire, quod Græce *κόλον* dicitur ; humidiora autem per renes in vesicam trahi, & per alteram de duabus superioribus fistulam, quæ Græce appellatur *πραχτία ἀγμεία*, spiritum à summo ore in pulmonem, atque inde rurum in os & in nates, commicare ; perque eadem vocis fieri meatum : ac ne potus cibusve aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore labereturque in eam fistulam per quam spiritus reciprocatur, ex eaque offensione intercluderetur animæ via, impositam esse quadam & ope naturæ *στηγλωσίᾳ*, quasi clavistrum mutuum utriusque fistulæ, que sibi sunt cohærentes : eamque *στηγλωσίᾳ* inter edendum bibendumque operire ac protegere *τὸν πραχτίαν ἀγμείαν*, ne quid ex esca potuve incideret in illud quasi æstu-

<sup>1</sup> Ipsi plausus sunt | Arbitrus, Damus omnes plausum à familia cepemus. Unde enunciandus obiter Epistolarum libro septimo Plinius junior :

*Quatuor libros Galli legerem, quibus ille parvus.*

*Plausus de Cicerone daret, palmarumque decusque.*

Nam vulgo est, ausus de Cicerone dare. & corrigitur alias ex veteri, ut intelligo, libro, daret. Sed liber ille, firmaverit solum quod divinavimus aliqui frigida lectione. Quid enim esset ausus dare de Cicerone ? Suetonius in Nerone, cap. 20. Undique elegit, qui plausum genera condiscerent. Quo spe-

Etat & illud Ovidii de Arte : In medio plausus, plausus tunc arte carebat. Pontan.

<sup>2</sup> Dixit (Plato) cibum quidem per stomachum trahi ; potum vero per arteriam, quæ trachia dicitur, fibris pulmonis illabi. | Ostendere nititur in ea heresi Platonem non fuisse, Galenus, lib. *αἰθέριος γενετικής* xij. πλάνη νοσο δημοσίου δ. Hippocrates vero ipse quid de re ea tota senserit opere prestitum existimo adnotasse. At in libri *αἰθέριον* l. 1. p. 3. dicitur αἱ θεῖαι τοι τὸ πότον εἰς τὸ πλάνην εἰσιόντες, εὐανέσσουσαι ita que qui potum per pulmones ferri consentient adversari. Id.

antis

antis animæ iter ; ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriæ communito. hæc Erafistratus. cui, ut æstimo, vera ratio consentit. cum enim cibus non squalidus siccitate sed humoris temperie mollis ventri inferendus sit : necesse est eandem viam ambo-bus patere ; ut cibus potu temperatus per stomachum in ventrem condatur : nec aliter natura componeret nisi quod salutare esset animali. Deinde, cum pulmo & solidus & levigatus sit, si quid spissum in ipsum deciderit, quemadmodum penetrari aut transmitti potest ad locum digestionis ; cum constet si quando casu aliquid paulo densius in pulmonem violentia spiritus trahente deciderit, mox nasci tussim nimis asperam, & alias quassationes usque ad vexationem salutis ? si autem naturalis via potum in pulmonem traheret. <sup>3</sup> cum polenta bibuntur, vel cum haeritur potus admixtis granis seu ex re aliqua densiore, quid his sumptis pulmo pateretur ? unde ἀγριλαρης à natura provisa est ; quæ, cum cibus sumitur, operimento sit arteriæ, ne quid per ipsam in pulmonem spiritu passim trahente labatur. sicut, & cum sermo emitendus est, inclinatur ad operiendam stomachi viam, ut ἀγνειας voci patere permittat. Est & hoc de experientia notum quod qui sensim trahunt potum ventres habent humectiores, humore qui paulatim sumptus est diutius permanente. si quis vero avidius hauserit, humor eodem impetu quo trahitur præterit in vesicam ; & sicciori cibo provenit tarda digestio. hæc autem differentia non nasceretur, si à principio cibi & potus divisi essent meatus. Quod autem Alcæus poëta dixit & vulgo canitur ;

Oīrō ποδίμωνα τίγγε,  
4 Τὸ γῷ ἀσπον δεστέλλεται,

<sup>3</sup> Cum plenta bibuntur | Ita scripta & Stephani editionis lectio, quam reliquimus. Aliae editiones, corporenta. Polenta hoc genere aut forma alibi non reperio. Apulejus usurpavit vulgariter. Locum, quia ab hoc non admodum abit, adscribam ut corrigatur, statim sub initium libri primi Miles. Sermonis :

Ego denique vesperna, dum plenta caseata offulam grandiorem in convivias amulas contruncare gestio, molitus cibi glutinosi fancilia inherentis, & ima gula spiritus detinens, minimo minus interierit.

Ita quidem editiones recentiores. In antiquis auctiis legitur, ut etiam in Bergaldina Venetiis cusa. Nam habent : Ego denique vesperna, dum plenta caseata modico securius. De utroque varie commentatur idem Beroldus. Ego conabar : dum plenta caseata immordice securius, offulamque grandiorrem. Ira certe rite decurret oratio; imo via alias cohærebit solide. Causa enim offendit securitas fuit ingluendi. Introduxit autem erroris hanc primam labem particule que in lectione offulam à proxima absorptio-

Hoc quam saepe turbaverit in optimis scriptoribus & ii abunde monuerunt. Ego sub uno insuper & claro ostendam exemplo, ac definam. Exstat in Culice Virgiliano, pag. 4.

Illi dulcis adest requies, & para voluptas  
Libera simplicibus curia.

Et vidit tamen accuratus ille & stupescens editor mendo ob sideri postrema ista verba, Libera simplicibus curia. Nam quomodo, simplicibus curia, cum liquido graves sententia depositas molestatque ? Quare quod tunc concinnatum non est ipse postliminio expediam ; scioque pictum Poete, Liberaque implicibus curia, eleganti nec obvia cuivis voce. Et dixit haud absimiliter Martialis, lib. 3. Ambulator liber acribus curis. Ubi idem valet acribus curis, quod hic implicibus curis. Implices autem dicit ab implicando ut duplices & duplicando. Id.

<sup>4</sup> Τὸ γῷ ἀσπον δεστέλλεται | Viderur legisse Agellius ἄξετ, quomodo quoque nostra Venus. Et quæ præcedunt; Alcæus posse dixit & vīgo canitur, Oīrō ποδίμωνα τίγγε, vīosum cum arguant, nati scriberet ideo

ideo dictum est, quia pulmo revera gaudet humore, sed trahit quantum sibi estimat necessarium. Vides latius fuisse philosophorum omnium principi alienis abstinere, quam minus nota proferre. ad hæc Eustathius paulo commotior, Non minus te, inquit, Disari, philosophis quam medicis inferebam. sed modo videris mihi rem consensu generis humani decantatam & creditam oblivioni dare, philosophiam artem esse artium & disciplinam disciplinarum. & nunc in ipsam invenitur particidali ausu medicina : cum philosophia illic se habeatur augustior, ubi de rationali parte, id est, de incorporeis disputat ; & illic inclinetur, ubi de physica, quod est de divinis corporibus vel coeli vel siderum, tractat. medicina autem physicæ partis extrema fæx est, cui ratio est cum testeis terrenisque corporibus. sed quid rationem nominavi, cum magis apud ipsam regnet conjectura quam ratio ? quæ ergo conjicit de carne lutulenta, audet inequitare philosophiz de incorporeis & vere divinis certa ratione tractanti. Sed ne videatur communis ista defensio tractatum vitare pulmonis : accipe causas quas Platonica majestas secuta est. ὅμηλωψις quam memoras inventum naturæ est ad tegendas detegendasque certa alternatione vias cibatus & potus ; ut illum stomacho transmittat, hunc pulmo suscipiat. propterea tot meatibus distinctus est & interpatet rimis, non ut spiritus egressiones habeat, cui exhalatio occulta sufficeret ; sed ut per eos, si quid cibatus in pulmonem deciderit, succus ejus mox migret in fedem digestionis. deinde ἀγνεία si quo calu scissa fuerit, potus non devoratur, sed quasi fillo meatu suo rejeclatur foras incolumi stomacho. quod non contingere nisi ἀγνεία via esset humoris. Sed & hoc in propatulo est ; quia quibus æger est pulmo accenduntur in maximam sicutim. quod non eveniret nisi esset pulmo receptaculum potus. Hoc quoque intuere ; quod animalia quibus pulmo non est, potum nesciunt. natura enim nihil superfluum, sed membra singula aliquod vivendi ministerium fecit ; quod cum deest ; usus ejus non desideratur. Vel hoc cogita ; quia si stomachus cibum potumque susiperet, superfluu foret vesicæ usus. poterat enim utriusque rei stomachus retrimenta intestino tradere, cui nunc solius cibi tradit : nec opus esset diversis meatibus quibus singula traderentur, sed unus utrique sufficeret ab eadem statione transmisso. modo autem seorsum vesica, & intestinum seorsum saluti servit : quia illi stomachus tradit, pulmo vesicæ. Nec hoc prætereundum est, quod in urina, quæ est retrimentum potus, nullum cibi vestigium reperitur, sed nec aliqua qualitate illorum retrimentorum vel coloris vel odoris inficitur. quod si in ventre simul fuissent ; aliqua illarum folidum qualitas inficeretur.

insuper Athenaeus, lib. 10. c. 9. n. Αλνέος  
δι ε μελοποιος, και Αρεστος δι μελοποιος  
δι μελοποιος τη ποιησαται. Idem.

<sup>5</sup> Quibus æger est pulmo accenduntur in  
maximam sicutim Aliisque samem cum

pulmo falso Arderet. Juvenal. Sat. 6. Hinc eleganter Tertullianus adversus Psych. Dexti tibi venter est, & pulmo templum, & aquilonius altare. Ideam.

näm

nam postremo lapides, qui de potu in vesica nascuntur, cur numquam in ventre coalescant, cuin non nisi ex potu fiant & nasci in ventre quoque debuerint, si venter esset receptaculum potus? In pulmonem defluere potum nec poëtae nobiles ignorant. ait enim Eupolis in fabula, quæ inscribitur Colaces: Πίνειν γάρ ἐπιστατέος ἐνίδως, ίμερος τὸν κύριον παῖδιμον ἐπλήνεται φοῖς. & Eratosthenes teletatur idem.

Kαὶ βασίν ἀχρήτη παῖδιμον τεγγόρθιον.

Euripides vero hujus rei manifestissimus astipulator est:

Οἰνός μέγας παῖδιμον διαρρέει.

Cum igitur & ratio corporeæ fabricæ, & testium nobilis auctoritas astipuletur Platoni: nonne quisquis contra sentit insanit?

## C A P. XVI.

*Ovumne prius fuerit an gallina.*

Inter hæc Evangelus gloriæ Græcorum invidens & illudens: Facies-  
tant, ait, hæc quæ inter vos in ostentationem loquacitatis agi-  
tantur. quin potius, si quid callet veltra sapientia, scire ex vobis volo  
ovumne prius exstiterit an gallina? Iridere te putas, Disarius ait; &  
tamen quæstio quam movisti, & inquisitu & scitu digna est. cur enim  
tibi de rei utilitate comparans consulisti, utrum prius gallina ex ovo  
an ovum ex gallina cœperit. \*\*\* sed hoc ita seriis inferendum est,  
ut de eo debeat vel anxie disputari. & proferam quæ in utramque par-  
tem mihi dicenda subvenient, relicturus tibi utrum eorum verius ma-  
lis videri. Si concedimus omnia quæ sunt aliquando cœpisse: ovum  
prius à natura factum jure æstimabitur. semper enim quod incipit im-  
perfectum adhuc & informe est, & ad perfectionem sui per proce-  
dantis artis & temporis additamenta formatur. ergo natura fabricans  
avem ab informi rudimento cœpit, & ovum, in quo necdum est spe-  
cies animalis, effecit. ex hoc perfectæ avis species exstítit procedente  
paullatim maturitatis effectu. deinde, quicquid à natura variis ornatu-  
bus comptum est, sine dubio cœpit à simplici; & ita contextio[n]is ac-  
cessione variatum est. ergo ovum visu simplex & undique versum pari  
specie creatum est: & ex illo varietas ornatum quibus constat avis  
species absoluta est. nam sicut elementa prius exstiterunt; ita & reli-  
qua corpora de commixtione eorum creata sunt: ita rationes semi-  
nales quæ in ovo sunt, si venialis erit ista translatio, velut quædam  
gallinæ elementa credenda sunt. nec importune elementis de quibus  
sunt omnia ovum comparaverim. in omni enim genere animantium,  
quæ ex coitione nascuntur, invenies ovum aliquorum esse princi-  
pium instar elementi. aut enim graduntur animantia, aut serpunt,  
aut nando volandove vivunt. in gradientibus lacertæ & similia ex ovis  
creantur. quæ serpunt ovi nascuntur exordio. volantia universa de  
ovis prodeunt; excepto uno quod incertæ naturæ est. nam vispertilio  
volat

volat quidem pellitis alis, sed inter volantia non habendus est; quia quatuor pedibus graditur formatosque pullos parit & nutrit lacte quos generat. nantia poene omnia de ovis oriuntur generis sui; crocodilus vero etiam de testeis, qualia sunt volantium. &, ne videar plus nimio extulisse ovum elementi vocabulo, consule initiatos sacris Liberi patris; <sup>1</sup> in quibus hac veneratione ovum colitur, ut ex forma tereti ac pene sphærali atque undique versum clausa & includente intra se vitam, mundi simulachrum vocetur. mundum autem consensu omnium constat universitatis esse principium. Prodeat qui priorem vult esse gallinam; & in hæc verba tenteret quod defendit asserere. Ovum rei cuius est nec initium nec finis est. nam initium est semen, finis avis ipsa formata. ovum vero digestio est seminis. Cum ergo semen animalis sit, & ovum seminis: ovum ante animal esse non potuit; sicut non potest digestio cibi fieri antequam sit qui edit. & tale est dicere ovum ante gallinam factum; ac si quis dicat matrem ante mulierem factam. & qui interrogat quemadmodum gallina sine ovo esse potuit, similis est interroganti quonam pacto homines facti sint ante pudenda; de quibus homines procreantur. unde sicut nemo recte dicet hominem seminis esse sed semen hominis; ita nec ovi gallinam sed ovum esse gallinæ. deinde si concedamus, ut ab adversa parte dictum est, hæc quæ sunt ex tempore aliquod lumpsissime principium: natura primum singula animalia perfecta formavit; deinde perpetuam legem dedit ut continuaretur procreatione successio. perfecta autem in exordio fieri potuisse testimonio sunt nunc quoque non pauca animantia, quæ de terra & imbre perfecta nascuntur: ut in Ægypto mures, & aliis in locis ranæ, serpentesque, & similia. ova autem numquam de terra sunt procreata; quia in illis nulla perfectio est. natura vero perfecta format, & de perfectis ista procedunt, ut de integritate partes. nam, ut concedam ova avium esse seminaria; videamus quod de semine ipsa philosophorum definitio testatur. quæ ita sancit; Semen generatio est ad ejus ex quo est similitudinem pergenit, non potest autem ad similitudinem pergit rei quæ necdum est: sicut nec semen ex eo quod adhuc non subsistit emanat. ergo in primo rerum ortu intelligamus cum cæteris animantibus quæ solo semine nascuntur, de quibus non ambigitur quin prius fuerint quam semen suum, aves quoque opifice natura exstitisse perfectas. &, quia vis generandi inserta sit singulis, ab his jam procedere nascendi modis, quos pro diversitate animantium natura variavit. Habes Evangelie utsique quod teneas: & dissimulata paulisper irrisione tecum delibera

<sup>1</sup> In quibus hac veneratione ovum colitur, ut ex forma tereti ac pene sphærali! Plutarchus in Symposiaco: ὅτεν μή δύναται τέρψις τοῦ φερεῖ τον Διονυσον ὀργησαμένης, οὐ μηδὲ μη τὸ τὰ πάντα γεννήτος καὶ πελεκάρτος εἰσαύτης, στραγγεῖσθαι τὸ αἷρεν. Quare non

abs re in Bacchi orgiis ovum sacratum est, velut simulachrum mundi ē quo cuncta natura sunt, cuiusque complexus cuncta continentur. Vide quæ super hoc annotavit uberiorius Hadrianus Junius libro Animædversorum 4. cap. 4. Puntan.

quid

quid sequaris. & Evangelus : Quia & ex jocis seria facit violentia loquendi : hoc mihi absolvatis volo, cuius diu me exercuit vera deliberatio. Nuper enim mihi de Tiburti agro meo exhibiti sunt apri, quos obtulit silva venantibus. &, quia diutule continuata venatio est, perlati sunt alii interdiu, noctu alii. quos perduxit dies, integra carnis incolumitate durarunt : qui vero per noctem lunari plenitudine lucte portati sunt, putruerunt. quod ubi scitum est : qui sequenti nocte deferebant infixo cuicunque parti corporis acuto zeno apos carne integra pertulerunt. quero igitur, cur noxam quam pecudibus occisis solis radii non dederunt lunare lumen effecit ? Facilis est, Disfarius inquit, & simplex ista responsio. nullius enim rei fit aliquando putredo nisi calor humorque convenerint. pecudum autem putredo nihil aliud est nisi cum defluxio quzdam latens soliditatem carnis in humorem resolvit. calor autem, si tempeatus sit & modicus, nutrit humores : si nimius ; exsiccat & habitudinem carnis extenuat. Ergo de corporibus enectis sol ut majoris caloris haurit humorem : lunare lumen, in quo est non manifestus calor sed occultus tepor, magis diffundit humecta, & inde provenit injecto teperc & aucto humore putredo. His dictis Evangelus Eustathium intuens, Si rationi dicta assentiris, ait, annuas oportet ; aut si est quod moveat, proferre non pigeat : quia vis vestri sermonis obtinuit ne invita aure vos audiam. Omnia, inquit Eustathius, à Disario & luculente & ex vero dicta sunt. sed illud pressius intuendum est utrum mensura caloris sit causa putredinis, ut ex majore calore non fieri & ex minore ac temperato provenire dicatur. Solis enim calor, qui nimum fervet quando annus in æstate est, & hieme tepelcit, putrefacit carnes æstate non hieme. ergo nec luna propter summissiorem calorem diffundit humores. sed nescio quæ proprietas, quam Græci *ιδηλεια* vocant, & quzdam natura inest lumini, quod de ea defluit ; quæ humectet corpora & velut occulto rore madefaciat : cui admittus calor ipse lunaris putrefacit carnem, cui diutule fuerit infusus. neque enim omnis calor unius est qualitatis, ut hoc solo à se differat si major minorve sit. sed esse in igne diversissimas qualitates nullam secum habentes societatem rebus manifestis probatur. Aurifices ad formandum aurum nullo nisi de paleis utuntur igne : qui cæteri ad producendam hanc materiam inhabiles habentur. medici in remedis concoquendis magis de farmentis quam ex alio ligno ignem requirunt. <sup>2</sup> qui vito solvendo firmandoque currant. de arbore cui myricæ nomen est igni suo escam ministrant. calor de lignis oleæ, cum sit corporibus salutaris, perniciosus est balneis, & ad dissolvendas juncturas marmorum efficaciter noxius. non est ergo

<sup>2</sup> Qui vitro solvendo firmandoque currant |  
Scriptus videbatur referre, nitro : sed falso.  
Firmatus enim lectio illa calcuio Plutarchi  
Sympos. lib. 3. Quæstione 10. ubi est,  
ογκὴ δὲ τῶν οὐκέτι μάλαξις καὶ τύπωσι, unde

firmiter in Aurelio etiam refingo, solvendo  
formandoque. μάλαξις enim ea καὶ τύπωσι  
emollitio firmatioque vitri sit, non formatio.  
Idem.

mirum si ratione proprietatis quæ singulis inest, calor solis arefacit, lunaris humectat. <sup>3</sup> hinc & nutrices pueros alentes oportentis obtengunt cum sub luna prætereunt; ne plenos per uitatem naturalis humoris

<sup>3</sup> Hinc & nutrices pueros alentes oportentis obtengunt; Locus quem non remere aut leviter transtulit. Quæ enim gratia aut notatio verborum, nutrices pueros alentes? Nam infantes innuere vult qui lacte adhuc & manu veluti aliena nutruntur. Ad quod liquido dicit & juvat verus sive scripta lectio, quæ habebat, pallentes, nec dubitabis germanissimum verum esse: pueros pascentes. Ifidorus, pascere, natos cibo saginare. Loquendi autem mos ex præfæ elegantia est; nec abdulit hoc Vergilianum: sponte sua sandys pascentes vestiet agnos. Sed Macrobius istud suum de Petronio, si rectum iudicium meum est, adumbraverat, pag. 3. editionis postremæ; ubi vulgatur:

*Et eloquentiam, qua nihil esse majus confitentur, pueris induant adhuc nascientibus. Nam omnino imbibi exaratum Arbitrio: pueris induant adhuc pascientibus. Nascientibus enim enormis effet figura ac oppido intempetiva, quod alii quoque viuum. Deinde literæ p facilem & crebrum esse deflexum in & annotavi aliquot locis in Veterum scriptis. Duo jam adducere non pigebat, ut, quod dico penitus stabiliatur. Martialis, lib. 3. Epigr. 25. in pigros nauras, Cessatis pueri nihilque nosfit. Fallor enim? aut scribendum, nihilque positis. Positis pro potefitis, ut biftis, terfisis pro bibifitis, terfisis & familia veteribus & potissimum poëtis crebra. Praetulxit ad hanc correctionem Cl. Lipsius. Ille, inquam, qui hodie Belgio suo, mox Europæ universa doctrina, virtute præduceret. Conjecerat tamen ipse, nihilque nosfit, animo meo minus convenienter præmissæ & subfatis quibus: movetis enim ex eis poscent non movifitis. Scriptum continenter: Cessatis, figites, luditis. Apro itaque confrontat his, posfisis, quod & sensu isto elegansissime frequentari, clarum. Ipse alibi Martialis,*

*Pessum nil ego sobrius, bibenti*

*Succurrunt mihi quindecim poëta.*

Plautus quoque non inveniuste usurpavit: Non hic ut posuit, edit; sed posse caput, ut edat. Alterum deinde quod innuo, in Pervigilio Veneris est, & ita editur:

*Vere concordant amores, vere nubent alites. Emeadant nubum. At scriptis quisquis ille scriptor, vere pubent alites, idq; valer quod dicitur vulgo, vernant. Plautus. Dum avicula vernant. Et Arbitrus, vernam esque comes tristis abegit hitum. Sententiam vero hanc esse adstruit quoq; quod sequitur: Et nemus comam veludit de mariis imbris. Totum ita expressit Nafo;*

*Prætare pubescant variornum flore colorum, Indecilique loquax gutture vernar avus. Sed ut ad prius & rem redcam, quomodo itaque pueros pascentes dicebant veteres, sic quoque inuberes & sububeres direbant. Glosse, sububeres, ~~in~~ uberes. Et Gloffe Iudor: Sububeres, infantes qui adhuc sunt sububeres. Priorum vocem redonandam Catullo puto, ubi vulgatur, de Atty: Ego puer, ego adolescent, ego ephesus, ego puer. Sic enim meliores libri. Pudenter tamen veritatis indagandas ab illis dissentior. Nam dici certe aliquid hic possit de pubertate & adolescentia; utramque videlicet vocem eodem quasi spectare ac referri. Sed talia jam omitto. Lectio vetus: Ego mulier. Unde elementis & sententia plane manuducentibus eliciebam: Ego inubor. Ex quis dubitat ita fuisse rescribendum? Notebat dictio tota, litterula vix mutat. Inuita vero Poeta etatem que uberum suctum jam primulum desuevit, & ut Hippocrates ait *εύτυπον μετέστη*. Graci *διαρράκην* appellabant, quomodo etiam infantes exuberanter intellexit magnus Fetti censor. Nec absimile valde est, quod Agellius, *οὐτε τε μιλεῖτε*, dixit, que senio Lunæ macrescunt; plenitudine enim illius & ubertate quodaramodo pascuntur & crescent. Et dum hic sum, unicum adhuc adferam ex eodem Catullo Coronidis velut vicem. Exstat versu de Acme & Septimo:*

*Hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante,*

*Dextram sternuit approbatorem,*

*Corruptum arguit sententia. Nam hoc deum loco sternuit Amor dextram approbatorem non ante. Quod etiam vir doctus admonuit; & obiter concinnabat hac forma: Hoc ut dixit amans Amor sinistra. Sed scripto doctiss. poetarum:*

*Hoc ut dixit, Amor sinistra amans.*

*Virii causa fuit quod a in alterum vicinus abierit ac remanserit manu, unde natum impunitum istud, ~~ut~~ ante. Quod quam prounum fuerit qui non vider? Rebus vero jam sequitur infra, Hoc ut dixit, Amor sinistra, ut ante. Hec dum scribo redit in memoriam parvus plane apud Plautum corruptio, que hactenus & torpiter occupavit. Ego non ultra permittam, tam bella prefertum occasione. Editur Menachmis Scena, Si volvis.*

M. so. Postquam ad nos renunciatus est, ~~ut~~

*& patrem esse mortuum,*

*Auos noſter mutavit, quid tibi nomen est, fecit mibi.*

*Quid sis Acci? Vide ne si hoc verum sit, commedia ea tota probetur vana. Nam quid*

amplius lunare lumen humectet; & sicut ligna adhuc virore humida accepto calore curvantur, ita & illorum membra contorqueat humoris adjectio. Hoc quoque notum est; quia si quis diu sub luna somno se dederit ægre excitatur & proximus fit insano, pondere pressus humoris, qui in omne ejus corpus diffusus atque dispersus est proprietate lunari: quæ ut corpus infundat omnes ejus aperit & laxat meatus. hinc est quod Diana, quæ luna est, *ἀρτεμις* dicitur, quasi *ἀρτεμις* hoc est aërem secans. Lucina à parturientibus invocatur; quia proprium ejus munus est distendere rinas corporis, & meatibus viam dare; quod est ad celerandos partus salutare. & hoc est quod elegantur poëta Timotheus expresit;

*Διαὶ τὸ λαμπεῖν πόλον ἀσπαν*

*Διαὶ τὸ ακυτόκονο σπλάντζει.*

Nec minus circa inanima lunæ proprietas ostenditur. nam ligna quæ luna vel jam plena vel adhuc crescente dejecta sunt, inepta fabricis sunt, quasi emollita per humoris conceptionem. & agricolis cura est frumenta de areis non nisi luna deficiente colligere, ut sicca permanent. contra quæ humecta desideras luna crescente conficies. tunc & arbores aptius seres, maxime cum illa est super terram: quid ad incrementa stirpium necessarium est humoris alimentum. aëris proprieatem lunaris humoris & patitur & prodit. nam cum luna plena est

hanc operari simplicè fratrem scribis, querandi & omnes oras, quasi mare (ut ipse loqueris) insulas, circumeuundi, si mortuum germandrum rumor attrumperet, non futreum? Et adde quod in fabula hac omni de nuncio tali me nu quidem. Quid multa? Falsitatis convincunt vel illa prologi rui verba:

*Postquam Syracusas de re ea nuncius redit,  
Ad avam puerorum, puerum subductum  
alterum,*

*Patrem pueri Tarenti esse emortuum,  
Inmatas nomen avos huic gemino alteri.*

Clare parentem emortuum inquit; puerum vero subductum. Quapropter similis, ut dixi, absorptio hic facta, nec elementi tantum sed vocabuli pleni. Scribo:

*Postquam ad nos renniciatum est de te, &  
patrem esse emortuum.*

Hujus illiusque in Catullum conjecturæ Hafnia olim arbitrum approbatoremque habuimus memini virum elegantisimum veterisque literaturæ diligenterissimum Jonam Venustinum, cuius mihi multis de causis merito colenda memoria. Atque hæc digressio non inutilis, spero, fuerit. Certè constare jam potem Macrobius Perronique suam, id est, genuinam permanentam lectionem de *pueris paucentibus*. Et ne vel minima porro superius ambigendi suspicio; iniecit, dum haec ista fabulamur, felicissimi ingenii adolescentis Petrus Scriverius, Juvenalis illo loco Sat. 14.

*Hac monstrant vetula pueris reptantibus offa-*  
Iniecit, inquam, concipi in MSS. *pueris pa-*  
*centibus*, quomodo diserte etiam in nostro  
Scripto. Quocirca & illici *pueris paucentibus*  
legendum, ne vel ipsi Pyrrhonii, Philoso-  
phi qui de omnibus dubitare solebant, ad-  
dubitent. *Pontan.*

*Hinc & matrices pueros alentes experimentis*  
obtegunt | Emendaveram ex conjectura p.  
sellantes, cum v. Cl. Theodosius Canterus sig-  
nificat mihi etiam se id fecisse ex veteri  
libro. *Mens.*

Ne sis nefcius, editionibus usus sum binis, unâ recenti Hen. Steph. anni C. I. C. LXXXV. alterâ vetustâ Bononiensi anni C. I. C. I. cum quâ hanc posteriore contul. [Quum tamen Bononiensi ista editio cum hac no-  
stra in capitum sita non conveniret, coactus fuit Typographus hac editione Notas quam-  
plurimas transponere (adscriptis paginarum numeris) ut cum nostro textu ubique quadra-  
rent; & Lectori nulla remora obiceretur.] Quod si placere tibi hunc laborem meum intellexero, proximâ fixaturâ Arnobium cum Critico libello quingentis amplius locis emendatum dabo, si mihi vitam vite au-  
ctor. Vale, &c, quisquis es, extermitatem co-  
gita. *Mens.*

\* *Ἀρτεμις* | *xviii* legit Had. Junius,  
lib. 4. cap. 23. *Animad. Pont.*

vel cum nascitur, (& tunc enim à parte qua sursum suspicit plena est,) ær aut pluviam solvitur, aut si sudus sit multum de se roris emittit. unde & Alcman Lyricus dixit, rorem Aëris & Lunæ filium. ita undique verbum probatur ad humectandas dissolvendasque carnes inesse lunari lumini proprietatem ; quam magis usus quam ratio deprehendit. Quod autem dixisti Evangelie de acuto æneo, ni fallor, conjectura mea à vero non deviat. est enim in ære vis acrior, quam medici stipticam vocant. unde squamas ejus adjiciunt remedijis quæ contra perniciem putredinis advocantur. deinde qui in metallo æris morantur semper oculorum sanitatem pollut ; & quibus ante palpebrae nudatae fuerant, illic convestiuntur. aura enim quæ ex ære procedit in oculos incidens haurit & exsiccat quod male infuit. unde & Homerus modo *διλυσει*, modo *ναλεγμα χελκον* has causas secutus appellat. Aristoteles vero auctor est vulnera quæ ex æreo mucrone fiunt minus esse noxia, quam ferro, faciliusque curari. quia inest, inquit, æri vis quedam remedialis & siccificativa, quam demittit in vulnere. Pari ergo ratione infixum corpori pecudis, lunari repugnat humor.

---

AMBRO-

---



---

A M B R O S I I  
M A C R O B I I  
T H E O D O S I I .  
D E  
D I F F E R E N T I I S  
E T  
S O C I E T A T I B U S  
Græci Latinique verbi,  
L I B E L L U S.

---

A a a



E X

# L I B R O

## AMBROSII MACROBII

### THEODOSII

### D E

*Differentiis & Societatibus Græci Latinique verbi.*

**G**ræcæ Latinæque linguae conjunctissimam cognitionem natura dedit. Nam & iisdem orationis partibus absque articulo, quem Græcia sola sortita est, iisdem pene observationibus, figuris, constructionibusque uteque sermo distinguitur ; ut propemodum qui utramvis artem didicerit, ambas noverit : in multis tamen differunt, & quasdam proprietates habent ; quæ Græce idiomata vocantur.

Magna cum religione secuti sumus veteris codicis auctoritatem, ita ut Græca vocabula Latinis litteris scripta, iisdem hic quoque representaverimus, ut *idiomata, enclisis, diathesis, periphrasis, burtonum, aparemmphanton,* & similia : quia τοιχεῖα ista Latinis satis trita sunt. *λόγια* quod vulgo subscriptum vocant, in plerisque negleximus, quod auctore hujus quidem usquam meminerit. At ubi adscriptum fuit, fidelier expessimus. & pag. 659. εὐνεγέρπεια cum eodem scribere

volumus, quanquam Grammaticorum consuetudo οὐχίσθε proberet. Verum licentia majore usi sumus in accentuum notatione, & Græcarum vocum representatione, quæ in antiquo exemplari partim Latinis, partim Græcis characteribus deformatae, nullis aut pravis apicibus insignitate, perperam modo coactæ, modo distractæ fuerant. De mendosis vero in sequentibus monulimus. Pan. 1.

*De verborum utriusque differentiis vel societatibus*

**A**ccidunt verbis utriusque linguae persona, numeri, figura, conjugatio, tempus, modus quem Græci Enclisis vocant. Latini cum formis qualitatem posuerunt. genus, quod apud Græcos Diathesis nuncu-

<sup>1</sup> *Modus quem* | Hic versus & duo sequentes non bene coherent. Concinnior foret lectio : *modus quem Græci ἑνκλισιν vocant, qualitas, forma five species, genus quod apud*

*Græci ἑνκλισιν nuncupantur. Latini eandem pene cum Græcis in ceteris constructionem formant. Oplopœus.*

patur, eandem, pene cum casibus constructionem servant, ut *miseror illius, pareo illi, veneror illum*: φερτίζω τύδε, πειθομαι τύδε, φιλῶ τύδε. Ablativum Græcia non recipit. Eadem illis personarum similitudo: prima *voco*, secunda *vocas*, tercua *vocat*: καλῶ, καλέσ, καλεῖ. In numeris una dissensio est, quod *duikōν*, id est dualem, nulla Latinitas admisit, Græci vero in verbis nominibusque *duikō* videntur habere.

### *De figuris.*

